

CIRCVMDVCI VT COPIAS SVAS NOSCERENT IVSSIT ) Ut ingentem terrorem Alexander & Macedonibus ex magnitudine exercitus incuteret. Certè vt Diodorus Siculus est auctor, Cilices ante subacti ab Alexandro, visis Darij copijs & ipso rege prælente, defecerunt omnes qui erant circa Isum & Amanum. Tunc, inquit, regionum illarum homines, magna Persarum multitudine perterriti, Macedonum paucitatem continebant, eisque desertis Dario se adiunxerunt, commeatus aliqua necessaria prompto animo ei subministrantes. Ipsorum denique sententia Persis in manu, certissima Victoria videbatur.

SATISQUE SPECTATIS OMNIBVS NVNCIARE QVAE VIDISSENT REGI SVO IVSSI T ) Ita Valerius Leuinus Cos. cum intra castra sua exploratorem hostium deprehendisset, magnamque copiarum suarum fiduciā haberet, circumduci eum iussit, terrendique hostis causa exercitus tuos viendos speculatoribus eorum quoties voluissent, patere. Idem olim fecerat Xerxes Græcis exploratoribus in castris deprehensis, vt Herodotus & Polyænus Stratag. lib. 8. refert; & postea Scipio, vt Appianus lib. bell. Punicorum.

MOTIS ERGO CASTRIS SUPERABANT PINARVM AMNEM ) Darius capta Isto, Alexandrum ratus Tarsum versus fugere, cœpit omni ope persequi, & Pinarum amnem transmittere. Tu locum ita animo concipe: Secundum Isum ex monte Pinarus cadebat inter Aegeas & Isum, mare que Cilicium recto cursu ptebat: Darius ultra Pinarum constitit, cis Alexander, qui & mare habebat à sinistro latere, vti Darius à dextro. Montem Alexander à dextris, à sinistri Darius. Pinarus medius vtriusque exercitum diuidebat.

VIX FIDES HABEBAT VR ) nuncijs, quamuis pro fide trunca brachia ostentantibus. Alexander, inquit Arrianus, simulac audiuuit Darium à tergo relatum, quoniam illi parum hic nuncius certus videbatur, quoſdam ex amicis triremi impositos Isum remittit, exploraturos, an quæ nunciabantur, vera essent. Qui triremi consensa, quod mare illud sinuosum sit, facile cognoverunt Persas ibi castra posuisse, atque Alexander renunciant Darium in manibus esse.

CVM SPECVLATORES ) antequam malim.

ITAQVE EO IPSO LOCO METARI CASTRA SVOS IVSSERAT ) Reuerlus Alexander, vt Plutarchus & Arrianus tradunt, ad pylas quas iam in Syriam iturus Alexander transierat (vt Curtius, ex Pylis tantum occupatis ad Pinorum) sub mediam noctem rursus Pylas Syriae Ciliciam ingressus quieuit ad lucem, inde rectâ in hostem contendit. Eo ipso loco quo exploratores adesse Darium nuntiantes audierat, intra & post Pylarum angustias castra poluit ea nocte, sed Curtius aliter, vt infra cognoscet.

LAETVS QVOD OMNI EXPETERAT VOTO IN ILLIS POTISSIMVM ANGVSTIIS DECERNENDVM ) Idem Plutarchus & Diodorus Siculus præter alios affirmant. ipse apud Arrianum Alexander suos cohortatus, Deum ait pro ipsis pugnare, qui Darium impulerit, vt exercitum ex spacioſissimo campo in illas angustias adduceret, vt Macedonibus commodus ad explicandam phalangem locus esset: hostibus vero tanta multitudo ad pugnandum inutilis. Plutarchus addit Darium serò intellexisse Amyntam vera modis, & mox voluisse errorem corrigere, & exercitum in Mesopotamiae campos reducere.

LAETVS ) Amplius prodest locus sèpè quam virtus.

## C A P V T XV.

### A R G V M E N T V M.

Aestuat curis Alexander, nocte quæ prælium antecessit, sacrificat, manè instructo milite in hostem pergit, aciemque ad prælium disponit.

 Aeterūm, ut solet, cū vltimi discriminis tempus aduentat, in solicitudinē versafiducia est. illam ipsam fortunam, qua aspirante res tam prosperè gesserat, verebatur. nec iniuria. ex his que tribuisset sibi, quam mutabilis esset, reputabat. vna superesse noctem, qua tanti discriminis moraretur eventum. Rursus occurrebat maiora periculis præmia. & sicut dubium esset an vinceret, ita illud virique certum esse, honeste & cum magna laude moriturum. Itaque corpora milites curare iussit, ac deinde tertia vigilia instructos & armatos esse. Ipse in iugum editimontis ascenait, multisque collucentibus

bus facibus, patrio more sacrificium dys praesidibus loci fecit. Iamque tertium, sicut praecepit erat, signum tuba miles acceperat, timeri simul paratus & praelio: strenueque iussi procedere, oriente luce peruererunt ad angustias, quas occupare decreuerant. Varium triginta inde stadia abesse, premisi indicabant. Tunc consistere agmen iubet, armisque ipse sumptus aciem ordinat.

**CAETERVM VT SOLET**) Codices plerique omnes habent, vt solet fieri, sed illud fieri, glosa-  
ma iuxta cum Modio existimo.

**ADVENTAT**) aduenerat alij; alij aduenerit, seruo primam scripturam.

**IN SOLICITVD. VERSA FIDVIA EST**) Idem accidit & militibus, & Alexandro in extre-  
ma cum Dario pugna ad Arbela: fluctuare, inquit, animo rex, & modo suum, modo Parmentonis  
consilium sera estimatione perpendere: & mox infra: Alexander non alias magis territus, ad vota & pre-  
ces Aristandrum vocari iubet. Carolus V. Maximus, felicissimus & fortissimus Imperator, Orbisque  
Christiani sempiternum decus, cum ad imminentem pugnam corporis munimenta fumeret, in-  
tremuisse totis artibus fertur, vbi verò equum ascenderat, interritum leonis animum resume-  
bat.

**EAM IPSAM FORTVNAM**) Inconstantiam fortunæ, quæ solum constans in levitate sua est,  
merito verebatur, & vim illius reputabat, quod mille casibus, omnia quæ ageremus, essent subiecta,  
& quod Seneca verè postea sensit & dixit:

--- Nemo se tuto diu

Periculis offerre tam crebris potest.

Sæpè enim omnia audacissimè incipiente fortuna secessit, & quo altius extulit, hoc fædus abieci-  
nam

Se mel profecto prentere felices Deus

Cum cœpit, virget, hos habent magna exitus.

Sæpè, vt Ephesi Heraclitus docet, accidit, vt fortissimi ab ignauissimis vincerentur.

Ζυντὴναὶ θεοὶ τὸν κλανέντα κατέκρα

Mars communis, & interimit quoque iam perimentem.

In prelijs, inquit Vegetius, amplius solet fortuna potestatis habere quam virtus. Fortunam ergo quam  
ad id temporis temperfauentem expertus fuerat, timebat ne subito mutaretur. Multum enim, inquit,  
Cæsar l.6.bell. Gall. cum in omnibus rebus, tum in re militari potest fortuna. Cicero pro Marcello: Et  
cerè in armis militum virtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, commeatus militum multum  
adiuant, maximam verò partem, quasi suo ture fortuna sibi vendicat, & quicquid est prospere gestum,  
id pene omne dicit esse suum.

**EX HIS QVAE TRIBVISSET SIBI QVAM MVTABILIS ESSET REPV TABAT**) Mens est:  
perpendebat Alexander quæ sibi fortuna dedisset, & alijs antea felicibus ademisset, atque inde  
illius vices verebatur, cum modo his opes, terras, regna, gloriam adimit, ademptaque alijs tri-  
buit. Idem sibi posse contingere intelligebat, nec certus erat fortunæ, quæ Thebas euerterat,  
Dario Hellespontum, Inlulas, Phrygiam, Lydiām, Cariam, Lyciam, Pamphyliam, Cap-  
padociam, Ciliciam ademerat, & Alejandro dederat. Solet quos plurimi beneficijs ornauit,  
ad duriorem casum reservare, metuebat Alexander ne subito auersa omnia quæ dedisset momento  
auferret. Atque inter expectationem & euentum tanti discriminis unicam noctem intercedere.  
Sequentem mox lucem declaraturam quem regnare velit hera, quidque latura sit fors.

**MAIORA PERICVLIS PRAEMIA**) Ieu vinceret, Ieu vinceretur: victoriam à fortuna sibi ex-  
torqueri posse, gloriam & pulchram saltem per vulnera mortem non posse. à victoria totam Asiam  
pendere, quam si non teneret, magnistamen ausis magnam gloriam fore, totius orbis possessionē  
anteponendam.

**CORPORA CVRARE**) Cibo & somno reficere.

**TERTIA VIGILIA**) Nox, vt passim ex scriptoribus & literis etiam sacris notum, in quatuor  
vigiliis militia diuidebatur, singulæ vigiliæ tribus horis ad clepsydram dimensis definiebantur,  
Vegetius lib. 3.c. 8. In quatuor partes ad clepsydram sunt diuisæ vigiliæ, vt non amplius quam tribus horis  
nocturnis necessæ fit vigilare. De clepsydris etiam ille Cæsar locus l.5. accipiendo est in descriptione  
Britanniaæ, certis ex aqua mensuris (clepsydris nempe) breuiores esse noctes, quam in continente vi-  
debamus. Singulis vigilijs è singulis centurijs quaterni equites & quaterni pedites ex cubabant. Nox  
incipiebat cum sole occidente, vti cum eodem nascente dies, & in horas duodecim, vti dies, tribue-  
batur, longiores ac breuiores proratione anni sive hyemis & aestatis. tuba vocabat vigiles, cornu seu  
buccina dimitebat. Vegetius: A tibicine omnes vigiliæ committuntur, & finitis horis à tibicine reuocantur.  
Tuba ergo initium dabat, buccina finem. trihorium erat singularium vigiliarum. De his passim  
Yates;

Luca-

*Lucanus* --- *iam castra filebant*

*Tertia iam vigiles commouerat hora secundos.*

*Ausonius* --- *noctisque per umbras*

*Tergemini (an tergeminam?) vigiles --*

*Propertius:*

*Et iam quarta canit venturam buccina lucem.*

*Clepsydræ vel ostendebant singulas horas, vel iunctæ tres, vel unica trihorium continet, poterat enim modiolus aquæ fieri ut tres horas impleret. De clepsydris nos copiosè ad Martialem in Anatolis, verum ibi non de castrenibus, sed forensibus tractatum.*

*TERTIA VIGILIA INSTRVCTOS*) media nocte inchoabat tertia, cuius initium est apud nos post duodecimam noctis, inchoante prima, quando solet altissimus esse somnus, de qua Sillius:

--- *mediam somni cum buccina noctem*

*Diuidet, iamque excubias sortitus iniquas,*

*Tertius abrupta vigil iret ad arma quiete.*

*Qui de vigilijs plura cognoscere studet, Polybius de militia Romana consulat, eiusquæ interpres Lipsum, itemque Vegetum cum Stevvechio, huic loco hæc sufficere visa.*

*IPSE IN IVGVM EDITI MONTIS ASCENDIT, MVL TISQVE COLLVCENTIBVS FACIBVS PATRIO MORE SACRIFICIVM DIIS PRAESIDI BVS LOCI FECIT*) Motes, silvas, lucos, nemora, valles, colles, campos veteribus sacros fuisse sacræ & profanæ literæ narrant. Et certos quoque montes ab ipso numine quod adoramus, consecratos ex Mole dicimus, qui se iussus dislocare, antequam accederet, locus enim in quo stas terra sancta est. Sed profanæ gentes his ad idolatriam abusæ sunt. Nos ad Curtium veniamus.

*IN IVGVM MONTIS*) Iugis quoque præterant Dij, vnde Latinis Iugatinus Deus, vt Bacchus. O reus montanus dictus, & Oreades nymphæ montanæ. Hinc tot Dryades, Siluani, Fauni, Sileni, Nemestrini, Collinæ & alia geniorum monstra.

*MORE PATRIO*) Græco more, vt supra Aesculapio, Herculi & Mineruæ circumgestatis fabi bus fecit.

*DIIS PRAESIDI BVS LOCI*) Genium loci vocabant. ex Pythagoræ disciplina, qui singulis locis genium præesse docuit. Eò factum est, vt qui nouam regionem ingredierentur, præsidem & genium loci adorarent. Virgiliius:

*Incertus geniumne loci, famulumne parentis*

*Esse putet. ---*

*Et: Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo  
Implicat, & Geniumque loci, primamque Deorum  
Tellurem, Nymphasque, & adhuc ignota precatur  
Numina ---*

*Ouidius:*

*Dyque petitorum, dixit, saluete locorum,  
Tuque nouos calo, terra datura Deos.  
Fluminaque & fontes, quibus utitur hospita tellus,  
Et nemorum & Nymphæ, Naiadumque chori.  
Este bonis auribus visi natoque, mihi que,  
Ripa que felici tacta sit ista pede.*

*Et concludit:*

*Quis tantum fati credat habere locum.*

Nicolaus Serarius ad Iosue lib. c. 4. q. 11. p. 395. disputat, num recte & religiosè, non superstitione salutari Israelitæ terram promissam, quando ex Aegypto profecti illam salutarunt. Vbi & hunc Curtij locum, aliosque ex Virgilio aliosque laudat.

*IAMQVE TERTIVM SIGNVM*) Tertium signum initium dabat tertiae vigiliæ, ad quam omnes instructos & armatos esse præceperat. Ergo ex castris exercitus omnis media nocte processit, & Darid ad Pinarum amnum occurrit.

*AD ANGVSTIAS*) sinus montium & valles intelligit, ex quibus in planum campum, vbi prælium est commissum, descendebatur. Illæ tamen angustæ tam spatiæ erant & laxæ, vt tricenos binos armatorum uno versus latum incedentes caperent, mox plures, vt infra audies.

*OCCUPARE*) Ne hostis anteuerteret, locus enim in bellis maximum saepe momentum adfert victoriæ. Vide quæ hic Diodorus Siculus & Arrianus tradant.

*DARIVM TRIGINTA INDE STADIA ABESSE*) Vnicam parafangam duobus stadijs minus nontrate millari, seu quatuor millibus passuum. Diodori Siculi interpres male collocauit septem millia passuum, cum in Græco sit *r̄piçovra s̄adīs*, vt noster Curtius habet. Stadium autem continet passus centum viginti quinque, triginta ergo stadia passus efficient ter mille septingentos quinquaginta,

ta, ita ut centum quinquaginta passus absint à iusto milliari Germanico, nam quater octo stadia, seu triginta duo stadia implet quatuor millia passuum.

## C A P V T X VI.

## A R G . V M E N T V M .

Trepidatio in exercitu Darij & tumultuatio orta, auditio adesse Alexandrum. Darius conatur circumuenire Alexandrum, multa simul imperat, nemo imperata vel audit, vel exequitur.

**D**ario aduentum hostium pauidi agrestes nuntiauerunt, vix credenti, occurrere etiam, quos ut fugientes sequebatur. Ergo non mediocris omnium animos formido incesserat: quippe itineri quam prælio aptiores erant, raptimque arma capiebant. Sed ipsa festinatio discurrentium, suosque ad arma vocantium, maiorem metum incusit. alij in iugum montis euaserant, ut hostium agmen inde prospicerent: equos plerique frenabant: discors exercitus, nec ad unum intentus imperium, vario tumultu cuncta turbauerat. Darius initio iugum montis cum parte copiarum occupare statuit, & à fronte, & à tergo circuiturus hostem. à mari quoque, quo dexterum eius cornu tegebatur, alios obiecturus, ut undique pergeret. Prater hac viginti millia præmissa cum sagittariorum manu, Pinarum amnum, qui duo agmina interfluebat, transire, & obicere sese Macedonum copijs iussérat. Si id præstare non possent, retrocedere in montes, & occultè circuire ultimos hostium. Ceterū destinata salubriter omni ratione potentior fortuna discubuit: quippe alij præmetu imperium exequi non audebant, alij frustra exequabantur: quia ubi partes labant, sumaturbatur.

PAVIDI AGRESTES) In montibus & agris deprehensi, aut materiam cedentes, aut agrum fodientes.

SED IPSA FESTINATIO METVM INCVSSIT) Huius festinationis & trepidationis exemplum habes apud Cælarem, qui in Neruios profectus ex itinere quoque fuit oppreslus. Cæsari, inquit Cæsar, omnia erant uno tempore agenda: vexillum proponendum, signum tuba dandum, ab opere reuocandi milites, qui paullò lögii processerant accersendi, acies instruenda, milites cohortandi, signum dandum, quarum rerum magnam partem temporis breuitas, & successus, & incursum hostium impedithebat. Hæc & his plura Cæsar, qui nunquam proprius abfuit à clade, & extrema sui exercitus internecione. sic enim sequitur: Cæsar, quartæ cohortis omnibus centurionibus occisis, signiferoque imperfecto, signo anisiffo reliquarum cohortium omnibus ferè centurionibus occisis, in his Primipilo P. Sextio Baculo fortissimo viro multis grauibusque vulneribus confecto, vt iam se sustinere non posset, reliquos esse tardiores, & nonnullos à nouissimiis desertos prælio excedere, ac tela vibrare, hostes neque à fronte ex inferiore loco subeuntes intermittere, & ab utroque latere instare, & remesse in angusto vidit, neque pellum esse subsidium quod submitti posset, scuto ab nouissimiis vni militi detracto, in primam aciem proposit.

DARIUS INITIO IVGV MONTIS CVM PARTE COPIARVM OCCVPARE STATVIT) Ut hic locus & sequens caput intelligatur, delineanda regio, & situs campi montisque & maris est circa Iissum & Pinarum amnum, & hoc ex antiquis & probis scriptoribus. Ex Herodiano colligi potest fuisse planitem ad mare Cilicum instar stadij cursorij porrectam, in qua vtrimeque stetit equitatus trans Pinarum Darij; cis versus Syriam. Alexandri, locumque totum monte Tauro velut Theatro clausum. Testatur Herodianus suo tempore adhuc stetisse tropæum, seu urbem Alexandriam in colle sitam, & æneum Alexandri simulacrum. Addit quædam distinctius Callisthenes, spaciū illud in quo decertatum est inter Alexandrum & Darium à mari usque ad montem, patuisse quatuordecim stadia in latitudinem, & inter castella Alexandri & Darij Pinarum amnum interfluxisse, amnum alta crepidine, spinisque septum. Hæc Callisthenes comes Alexandri, & spectator loci, quem de intervallo spatij redarguit

Polybius, non potuisse aciem explicari eo numero quem ipse posuisset Callisthenes, & hoc geometrica & tactica ratione ostendit, vt infrà referemus. Hic tantum de loco & campo eiusque spacio tractamus.

Arrianus locum in quo Darius aciem instituebat nonaginta passuum non amplius capacem fuisse scribit. Mons in quo acies viginti millium instructa erat à Dario aliqua ex parte introrsum recedens sinum quendam veluti in mari faciebat: deinde in anfractum porrectus efficiebat, vt qui ad radicem montis constituti erant, dextrum Alexandri cornu auersum cernerent. Ripas Pinari idem quoque præruptas fuisse testatur, immò etiam aggere munitas, vbi facilior ascensus erat. Mare autem sinistrum Alexandri cornu, dextrum Darij tegebat: ita vt collecta ex dictis summa mons cinxerit utramque ferè aciem, è cuius regione erat sinus Issicus, & porrectum planumque littus, vbi maximè eques depugnabat. Pinarus amnis medius utramque aciem à montibus usque ad mare distinguebat, quem primus cum suis ingressus Alexander Darium est aggressus. Nunc ad Curtium enarrandum veniamus.

DARIUS ET A FRONTE ET A TERGO CIRCIVITVRVS HOSTEM A MARI QVO-  
QE ALIOS OBIECTIVRVS VT VNDIQVE VRGERET ) Consilium Darij non erat intul-  
sum, si qui parebant, fortiter imperata fuissent executi. statuerat enim & potuerat à multitudine  
circumuenire totum illius exercitum ipse à fronte; per duces à lateribus hinc montis, inde ma-  
ris, à tergo etiam quod mons instar sinus se flecteret, vt extremi per montem à Dario dispositi ter-  
gum phalangis Macedonicae, vt ait Arrianus, viderent. A mari per classem quam habebat in Issico  
finu, vt inde latus sinistrum Alexandri incleserent, quod tametsi plerique historici tacent, tamen  
& Curtius hic docet, & Iustinus signat post Victoriam ait Parmenionem ad occupandam Persicam  
classem missum.

QVO DEXTRVM CORNV EIVS TECEBATVR ) Darij cornu dextrum mari tege-  
batur, mari enim propinquum erat, & per littus porrectum, vt lauum Alexandri. tegebatur, in-  
quit, mare enim defendebat dextrum cornu Darij, ne circuiri posset aut oppugnari ab Alexandre,  
vel tegebatur, erat ad mare collocatum, stabat iuxta littus.

TECEBAT ) Ita infrà: *A parte dextra erat Tigris nobilis fluuius, lauum tegebat Euphrates, vt mi-  
rer Acidalium huc in sole quatissile tenebras.*

VICINTI MILLIA PINARVM AMNEM TRANSIRE ) Transisse dicit Arrianus,  
& quidem plures ante aduentum Alexandri ad Pinorum, vt posset securè aciem ordinare, tra-  
missolque poste reuocauit. Sic enim Arrianus: *Darius postquam ei nunciatum est Alexandrum in-  
structa acie aduentare, triginta millibus equitum, & viginti millibus expeditorum Pinorum flumen tran-  
sit, vt reliquum exercitum securius instruat.* Ipse tamen non transiit, sed intra Pinorum amnem aciem  
composuit.

PRÆSTARE) spuria & subiecta vox præter gustum & genium Curtij videtur.

DESTINATA SALVBRITER OMNI RATIONE POTENTIOR FORTVNA DISCVS-  
SIT ) Nobilis & haec gnome, vt Theophrasti in Callisthene apud Ciceronem: *Vitam regit fortu-  
na, non sapientia.*

Tύχη τὰ πάντα τὰ βρέφεις ἐπισκοπεῖ.

*Fortuna humana fingit & arctat ut lubet.*

PRÆ METV EXEQVI NON AVDEBANT ) Quia, vt mōx subiicit, nec obstat ve-  
nientibus, nec circuire prætergressos ausi, funditorum maximè aspectu territi profuge-  
runt.

VBI PARTES LABANT SVMMA TVRBATVR ) Et hoc effatum Curtii ut oraculum  
Delphicum notandum. Vbi miles imperata negligit, imperator vietus est.

## C A P V T X V I I .

### ¶ R G V M E N T V M .

## Darius aciem ad pugnam instruit.



Cies autem hoc modo stetit: Nabarzanes equitatu dexterum cornutus  
batur, additis funditorum, sagittariorumq; viginti fermè millibus, in  
eodem Thymodes erat, Gracis peditibus mercede conductis triginta mil-  
libus præpositus. Hoc erat haud dubie robur exercitus, par Macedoni-  
cæphalangi acies. In lauo cornu Aristomedes Theffalus viginti millia  
Barbarorum peditum habebat. In subsidys pugnacissimas locauerat gen-  
tes.

tes. *Ipsum regem in eodem cornu dimicaturum tria millia delectorum equitum asueta corporis custodia, & pedestris acies xl. millia sequebantur. Hyrcani deinde, Mediq. e- quites, his proximi caterarum gentium ultra eos dextra lauaque dispositi. Hoc agmen si- cut dictum est instructum, sex millia iaculatorum funditorumque antecedebant. Quid- quid in illis angustis adiri poterat, impleuerant copia: cornuaque hinc ab iugo, illinc a ma- ri stabant: uxorem, matremque regis, & alium faminarum gregem in medium agmen acceperant.*

**NABARZANES**) De hoc dictum supra cap. ii.

**DEXTERVM CORNV**) perit & sapienter aciem dispositus Darius, si tam exercitatum ha- buisset militem (cum numinis fauentia) quam habuit numero, vicislet. dextrum cornu ad ma- re collocatum contra lauum Alexandri, cui Parmenio praesit ibidem ad mare.

**THYMODES**) qui supra luanerat Dario, vt rediret in latos Metopotamiae campos. Ita videa- tur hoc scribendum, non Thymodes, cum a Graeco θυμός animosus, iracundus, generosus dedu- catur, vt si aliter supra scriptum legas, emendes. nisi scribas Thymondas, vt variant passim codi- ces.

**HOC ERAT HAVD DVBLIE ROBVR EXERCITVS**) supra: *Iamque Greci milites, quos Thy- mondes (sic enim ibi scriptum est) a Pharnabazo acceperat, praeipua spes, & propemodum vnitiva, ad Da- rium peruenierant.*

**PAR MACEDONICAE PHALANGI**) Erant quinquaginta millia in cornu Nabarzanis cum sagittarijs & funditoribus, Alexander nusquam legitur habuisse tot millia in vniuerso exercitu ad Isum. Sed hictantum comparat Graecum militem mercede conductum, cum phalanxe Alexan- drii, non multopluribus triginta millibus constante. Aut par acies accipi potest de virtute militum Graecorum, praelertim cum dicet suisle robur totius exercitus.

**ARISTOMEDES**) In lauo cornu curabat Alexandro oppositus, in quo & Darius decernebat. Erat hic Pheraeus patria, vt Arrianus est auctor, transfuga ab Alexandro ad Darium, vt Amyntas & Thymodes aliquique complures.

**IN SVBSIDIIS**) De subsidijs optimè Vegetius: *Sed optima, inquit, ratio est, & ad victoriam plurimum confert, vt lectissimos de peditibus & equitibus, cum vicarijs, comitibus, tribunisq. vacantibus habeat post aciem in subsidijs preparatos, alios circa cornua, alios circa medium, vt sic ubi hostis vehemen- tius insilit, ne rumpatur acies, prouolent subito, & suppleant loca, addita que virtute, inimicorum audaci- am frangunt. Addit Vegetius Lacedaemonios inuentores, alios populos imitatores, docetque ad o- minem vsum praelij necessaria, Romanos vbiique seruas; & ex Liuio, Cælare, aliquique scriptoribus appareat. Casar profecto, vt est apud Frontinum, beneficio subsidiariarum cohortium in Palæpharali prælio Pompeium vicit.*

**IN EODEM CORNV**) lauo, quod dextro Alexandri erat obiectum, ita vt rex contra regem es- set dimicatus.

**CONS VETA CORPORIS CVSTODIA**) Ex popularibus hi αχμοφόροι καὶ σωματοφύλακες erant, non externo milite, proinde Nabarzanes proditor & parricida Darij per literas apud Alexandrum purgans, crimen ait Darium agitasse, custodiā corporis sui contra ius fasque peregrino militi tra- dere, damnata popularium fide, quam per ducentos annos in uiolatam Regibus suis præstis silent. De hac regum Persarum custodia copioso Brislonius de regno Persarum.

**HYRCANI DEINDE MEDIQVE**) Medi decem, Hyrcani sex equitum millia adduxerant, vt Curtius supra censuit.

**CAETERARVM GENTIVM**) quas supra indigitauerat.

**IACULATORVM**) Iaculatores non sunt iidem, sed plane diuersi. AElianu: περὶ σπάτηγικῶν τὰ ἔπον ἀκοντίσας appellat iaculatores, sagittarios τρόχορας, eosque pedestres & equestres & iaculatores, e- questres ἀπαντόλες, sagittarios equites ἀποτρόχοτας nominat.

**CORNVAQVE HINC AB IVGO ILLINC A MARI STABANT**) duo exercitus Dariani cornua lauum & dextrum, lauum vique ad iugum montis pertinebat, dextrum ad mare porrigeba- tur:

**VXOREM MATREMQUE**) Impedimenta paullò ante Damascum miserat, matrem, coniugem, tandemque sororem & virgines regias duas cum sexenni filio, & nutribus spadonibusque scutum retinuit & in medium agmen accepit.

Hic ergo fuit ordo Persici exercitus contra Alexandrum a Dario ordinatus.

Eundem ordinem ferè obseruatum Dario tradit Callisthenes, qui equitatum mari adiungit, mercenarios ad ripam Pinari admouet, reliquos usque ad montem ait pertinuisse. Arrianum hic inspice.

## C A P V T X V I I .

## A R G V M E N T V M .

Alexander ita militem collocauit, vbi nulla ratione posset circuiri, aut concludi.



*L*exander phalangem, quo nihil apud Macedonas validius erat, in fronte constituit: dextrum cornu Nicanor Parmenionis filius tuebatur: huic proximi stabant Cœnos, & Perdiccas, & Meleager, & Ptolemaeus, & Amyntas, sui quisq; agminis duces. In laeo, quod ad mare pertinebat, Craterus, & Parmenio erant: sed Craterus Parmenioni parere iussus. Equites ab utroque cornu locati, dextrum Macedones Thessalis adiunctis, laeum Peloponenses tuebantur. Ante hanc aciem posuerat funditorum manum sagittarj̄s admixtis. Thraces quoque & Cretenses ante agmen ibant, & ipsi leuiter armati. At ijs, qui pramisi ab Dario iugum montis insederant, Agrianos oppojuit, ex Gracia nuper aduectos. Parmenion autem praeceperat, ut quantum posset, agmen ad mare extenderet, quod longius abesse acies montibus, quos occupauerant Barbari. At illi neque obstatuientibus, nec circuire pratergressos ausi, funditorum maximè aspectu territi profugerant. ea quæres Alexandro tutum agminis latus, quod ne superne incesseretur, timuerat, praestit. Triginta & duo armatorum ordines ibant: neque enim latius extendi aciem patiebantur angustia. Paulatim deinde laxare se & sinus montium, & maius spatiū aperi- re cœperant, ita ut non pedes solum pluribus ordinibus incedere, sed etiam lateribus circumfundi posset equitatus.

**ALEXANDER PHALANGEM**) Alexander principio in fronte collocauit tricenos binos in uno versu, quos totidem in sequentibus sunt fecuti, ita ut duo & triginta ordinis efficerentur, donec progressus pluribus posset ordinibus laxatis vijs incedere. Dextrum Nicanor cornu tuebatur aduersus laeum Darij; laeum Parmenioni supremo & socio Cratero assignauit, ipsem Alexander in dextro decertauit, medijs erant in fronte quaque præstantes duces Cœnos, Perdiccas, Meleager, Ptolomæus & Amyntas, de quibus singulis infra sapè. Hoc audi, Amyntam non esse illum transfigam, sed cognominem tantum illi. de hoc fido multa infra, vbi reus coniurationis factus absolvitur. Equitatum ad latera corneum constituit, Thessalos & Macedones ad dextrum, subductis tamen clam Thessalos & in laeum missis) Peloponentes ad sinistrum. Funditores & iaculatores phalangem cum Thracibus & Cretensis leuiter, hoc est, hastis & gladijs, armatis, præcedere aciem iusserunt. Agrianos ijs qui montem à latere & tergo offenderant, obiecit, ita ut dextrum cornu forficis aut forficis figuram referret. cum pars frontis Darium à fronte obiectum spectaret, pars montem versus. Totum exercitum quantum potuit à tergo & latere montis remouit Alexander, ne ex superiori parte telis impeteretur. Barbari qui montem à tergo & latere maximè insederant, conspectis Agrianis funditoribus, primi omnium inde refugerunt ad exercitum Darij, vnde nactus Alexander est liberum à montibus latus, quod ipsum magnum ad victoriam momentum attulit. Paullò expressius diuidit frontem Arrianus, quem leges. Legi Polybij disputationem contra Callisthenem, quæ tota est de hac tractica Darij & Alexandri copiarum collocatione & pugna, fragmentum ex Callisthene petitum, quod Polybius ingens auctor, & Scipioni Numentano in expeditione Africana comes refutat, miraque & mera Callisthenis deliria & monstra affirmat. Verus Callisthenes hodie non extat, Pseudo-Callisthenes pasim reperitur.

**AGRIANOS**) Inter Hæmum & Rhodopen collocant hos Græci. Stephanus: *Agriæ, siue Agriani, siue Agrianæ gens Pœonia inter Hæmū & Rhodopen sita.* laudantur Ptolomæo, Straboni, Polybio & alijs.

**PRAETER GRESSOS**) Extenderat enim Alexander frontis partem in modum forficij ultra montis, quem insederant barbari, anfractum.

**TRIGINTA ET DVQ ARMATORVM ORDINES IBANT**) Duo & triginta scripserat Curtius, vel: triginta duo, de qua re infra. In quatuor acies totus peditatus erat distributus, singulæ acies in duo agmina, ita ut octo agmina ducretur, ex octo agminibus quaterni in frontis serie collocati efficiebant triginta duos ordines, ita ut vnum agmen in quatuor ordines tribueretur, hoc modo:

Parm.

## EXPLANATIONES.

77

Parm.	Crat.	Meloag.	Ptolem.	Amyntas.	Perdice.	Cænus	Nicanor	
Ad mare Cilicum.	....	....	....	....	....	....	....	Ad mōtes.

Et sic deinceps, donec totus militum numerus exhauriaretur.

Ergo cum longitudo continuerit duos & triginta, latitudo minimum mille implebat. Et si se latitudo longior fuit longitudine propter angustias locorum, inquit Curtius, donec se laxarent sinus montium, ut frons explicari posset, & pluribus ordinibus incedere, immo & circumfundi ab utroque latere equitatus.

Ex Appiani libro de bellis Syriacis optimè cognosci potest phalangis Macedonicae in campo stantis ordo & facies, sic enim ille de Antiochi phalange contra Cn. Domitium: Ανέσχωδ' ἦν σπατὸς ἀναζέωτακισμύριοι, καὶ τέτων τὸ κράτερον ἐν φάλαγγες μακεδόνων, ἀνδρες ἔξακτοις καὶ μύριοι, ἐς τὸν Αλεξανδρεῖον καὶ φιλίππου τοπογραφίαν πεποιημένοι. Ιση δ' αὐτοὺς ἐν μέσῳ, διελὼρ ἀνὰ χιλίους καὶ ἔξακτους ἐς δεκα μέρη. καὶ τέτων ἔκαστοις μέρεσι, δύο καὶ ἕκαστοιν. Η δὲ δύσις ἐν τῆς μὲν φάλαγγος, δια τέχνης, τῶν δὲ ἐλεφάντων, διον πύργων. In Antiochi verò exercitu LXX. M. numerabantur. Robur erat phalanx XV I.M. Macedonū ornata ex instituto regum priscorum Alexandri Philippi. Hac media acies fuit in decem partes diuisa, earum singula in fronte quinquagenos armatos habebant: a fronte introrsus, in duos & triginta ordines patebant acies. (in singularum partium lateribus duo & viginti) phalanx muri speciem præse ferebat, elephantis inter partes eminentibus, tamquam turribus. Hæc tantum phalange Appianus, qui addit huic alas. Sed illos viginti duos omittit interpres Gilius.

## C A P V T X I X.

## A R G V M E N T V M.

Clamor tollitur ingens ab utraque parte, Alexander suos hortatur ad prælium.

**A** min conspectu, sed extra teli iactum utraque acies erat, cum priores Persæ inconditum & trucem sustulere clamorem. Redditur & à Macedonibus maior exercitus numero, ings montium, vastisq; saltibus repercussus: quippe semper circuicta nemora, petraq; quantamcumq; accepere vocem multiplicato sono referunt. Alexander ante prima signa ibat, identidem manu suis inhibens, ne impensis ob nimiam festinationem concitato spiritu caperet prælium. Cumq; agmini obequitaret, varia oratione, ut cuiusq; animis aptum erat, milites alloquebatur. Macedones tot bellorum in Europa victores ad subigendam Asiam, atq; ultima Orientis, non ipsius magis, quam suo ductu profectos, in ueterate virtutis admonebat. illos terrarum orbis liberatores, emensosq; olim Herculis & Liberi patris terminos, non Persis modò, sed etiam omnibus gentibus imposituros iugum. Macedonum Bactra & Indos fore: minima esse quæ nunt tuerentur, sed omnia victoria aperiri. non in præruptis petris Illyriorum, & Thracie saxis sterilem laborem fore: spolia totius Orientis offerri. vix gladio futurum opus, totam aciem suo pauore fluctuantem vmbonibus posse propelli. Victor adhac Atheniensum Philippus pater inuocabatur, domitaque nuper Bœotia, & urbis in ea nobilissimæ ad solum diruta species repræsentabatur animis: iam Granicum amnem, iam tot urbes aut expugnatæ, aut infidem acceptas, omniaq; quæ post tergumerant strata, & pedibus ipsorum subiecta, memorabat. Cum adicerat Gracos, admonebat ab illis gentibus illata Gracia bella: Darij prius, deinde Xerxis insolentia aquam, aquam ipsam terramque \*populantum, ut neque fontium haustum, nec solitos cibos relinqueret. dedita deis templi ruinis & ignibus esse deleta. urbes eorum expugnatæ, fædera diuini humaniq; turis violata, referebat. Illyrios vero, & Thracas, raptor viuere assuetos, aciem hostium, auro purpuraq; fulgentem, intueri iubebat, prædam non armæ gestantem. irent, & imbellibus feminis aurum viri eriperent. aspera montium suorum iuga, nudasq; calles, & perpetuo rigentes gelu, ditibus Persarum campis, agrisq; mutarent.

\* poscentiū postulantiū, paf- centum.

IAM IN CONSPECTV) Vbi se mutuo hostes conspexere, Alexander equo præcedens ar-

rem sequentium inhibuit, ne festinando vires debilitarent. Mox vniuersas copias abiens singulos singulari adhortatione populos ad prælum incendit: Macedones, reliquos Græcos & Thraces atque Illyrios cum Agrianis & Cretensibus. Estque velut epitome rerum ante gestarum; cum admonet exercitum præteritarum in Illyricis, Thracibus, Bœotia, Thebis, Granico victoriarum.

**I N C O N D I T U M E T T R U C C E M C L A M O R E M**) Clamor hic ante pugnam omnibus propè gentibus usurpatus, de quo Lipsius singularem dialogum de re militari condidit, qui vndecimus est in volumine quarto, quem videbis.

**R E D D I T U R E T A M A C E D O N I B V S E X E R C I T U S N U M E R O I V G I S M O N T I V M V A S T I S Q U E S A L T I B V S R E P E R C V S S V S**) Echūs, quam Latini Reponam vocant, naturam adumbrat, & causam exponit, cum vox ad scopulos allata, velut pila resultat. Eleganter hanc ipsam rem descripsit Lucretius:

*Par's solidis adlisa locis, reiecta sonorem  
Reddit: & interdum frustratur imagine verbi.  
Quæ benè cum videoas, rationem reddere possis  
Tute tibi, atque alijs quo pacto per loca sola  
Saxa pares formas verborum ex ordine reddant  
Palantes comites, cum montes inter opacos  
Quærimus, & magna dispersos voce ciemus.  
Sex etiam aut septem loca vidi, reddere voces  
Vnam cum iaceres, ita colles collibus ipsis  
Verba repulsantes iterabant dicta referre.*

Virgil. ---- aut rbi concava pulsu

*Saxa sonat, vocisq; offensa resultat imago.*

Ostendit & Aristoteles quo pacto fiat Echo: ἡχῶ γίνεται ὅταν ἀπὸ τῆς θύρας γίνομέν εἰσι τὰ ἄγνωτα διορίσαντες καλλίσταν θρησκευτικά, πάλιν δὲ τὴν ἀπόθητην σφῆται. Echo fit, cum ab aère, qui unus efficiatur, propter vas definiens & prohibens ne frangatur, aer repulsus fit ut globus. Plura de Echone nos ex Plinio, Ausonio, & alijs ad illum versum Martialis:

*Nusquam Gracula quod recanteret Echo.*

Ingeniosè Ouidius eandem describit lib. Transform. 3. fab. 5. De artificiosis ædificijs, turribus, alijsque locis vocem redditibus, hic non ago.

**N O N I P S I V S M A G I S Q V A M S V O D V C T V**) ambiguam orationem declinavit in vocibus ipsis & suo, ita ut ipsis referatur ad Alexandrum, suo ad ipsos milites, hoc intellectu, Macedones tam promptè ad expeditionem Asiaticam & Persicam profectos, ut suamet ipsorum potius voluntate profecti sint, quam Alexandri impulsu, quo ipso declarat studium Macedonum bellandi, & iam visitatam notamque virtutem, qua re sibi conciliauit benevolentiam exercitus, adiungit acta & agenda ab eisdem.

**E M E N S O S Q V E O L I M H E R C U L I S E T L I B E R I P A T R I S T E R M I N O S .**) Docet quo usque voluerit progredi cum victore exercitu. Herculem certè & Bacchum vicit. liberatores orbis, rectius prædones, vt ille, vocasset, sed ad Herculis acta allusit, qui orbem à monstris perpurgauit: noti sunt Herculis labores, & Herculis columnæ, quas vicit, & superiori saeculo Carolus V. Maximus. Nec obscura Bacchi in Indos expeditio. De Herculis terminis infrà copiosius ad illa Curtij verba: Transferant iam Liberi patris terminos, quorum monumenta lapides erant crebris interuallis dispositi, arboresque proceræ, quarum stipites hedera contexerat. De triumpho autem quem ex Indis egit, Bacchum imitatus itidem infrà ad finem voluminis noni. Solinus: Cepit Indianam emensus omnia ad qua Liber & Hercules accesserant.

**B A C T R A E T I N D O S )** De Bactrianis singulatim infrà, vt & de Indis.

**P R A E R V P T I S P E T R I S I L L Y R I O R V M**) Strabo, Illyrici loca quædam, inquit, prorsus a-spera sunt ex parte verterat relatos, cætera laudat Illyriorum terram velut optimam & fertilem, nisi, qua montosa est & Borea tunditur. Stephanus Illyriam ab Illyrio Cadmi filio dictam ait regionem proximam Pangæo: Incolæ dicuntur Illyrij: Regio Illyria, & Illyris, & Illyrias, & Illyrion; Continebat olim quidquid est à Danubio ad Italiam, vtque ad oram Istri, hodiè Sclavoniam dicunt; Erat Illyrici nomen auctore Zonora, prius alijs locis tributum, post in superiorem continentem, & Thracias intra Hænum & Rhodopen transiit. Deinde situm fuit Illyricum inter dictos montes citra Hænum atque Istrum vsque pontum Euxinum. AEuo Claudijs secundi Pollione teste Illyricum Thracias, Myros, Dalmatias, Pannonios & Dacos complectebatur. Profecto Illyrici Zolimus Constantinus eius institutor Macedonas attribuit & Thessalos, Cretenses, Græciam & circumiacentes insulas, Epirum vtramque, Illyricos, Dacos, Triballos & Pannonios, Valeriam vsque & Myriam superiorem, ita ut Illyrici essent 18. Provinciæ, de quibus copiosè Quidus Pancorolus ad Notitiam Imperij.

A Curtio tantum accipitur ea quæ à Strabone descripta est, suprà Macedoniam & Thracias, infrà Hænum & Rhodopen.

**T H R A C I A E )** Cuius olim caput Bizantium à Bizante, hodiè Constantinopolis, nota regio vel ab Orpheo

Orpheo & montibus Hæmo & Rhodope, ac alijs de quibus omnes Geographi, chronographique.  
VMBRONIBVS POSSE REPELLI ) Valerius de Scœua Cæsarjs : Ad ultimum destricto gladio  
audacissimum quemque modò vmbonis impulsu, modò mucronis iactu depellens, hinc Romanis, illinc Britanni-  
cis oculis, incredibili nisi cerneret spectaculo fuisse. Martialis noster eodem usus est genere loquen-  
di.

*Inturbam incideris, cunctos vmbone repellent.*

Suetonius de Atilio Cæsarjs milite: *Transiliuit in nauem vmbone obvios agens*. Vmbo hic pro clypeo  
medio rotunditate accipitur; nonnūquam pro cubiti ansati condyllo, vt Martialis usurpauit. Fabius  
Quintilianus vitijs amit sententiam esse, quæ nimia est, vt de viro forti *bella vmbone propellit*: Parum  
tamen abest, inquit Turnebius, quin eodem genere sit usus Curtius: sed hoc interest, quod nec de  
vno dicit, nec bella propelli scribit, sed aciem. Bellum enim vmbone propelli affectatè dictum est,  
& superlatè, præsertim ab uno. Proinde quod in Fabiano exemplo vituperationem meretur, laudem  
meretur in Curtio, ita scribente: *totam aciem suo pauore fluctuantem vmbonibus posse propelli*.

VICTOR AD HAEC ATHENIENSIVM ) Transit ad præteritas tum patris, tum suas victorias  
Alexander. Pater Atheniensibus primum omnium Amphipolim ademit, cuius gratia decennale  
bellum gestum est inter Athenienses & Philippum, hoc semper felicius pugnante, & plura Athe-  
niensibus oppida subduente. Quibus de rebus Demosthenes in Philippicis copiose. Rursum propter  
Hemum Thraciæ oppidum, & Methonam certamine superior euasit Philippus, oculo ad Methonam  
exutus, ut pañsim Græci tradunt.

Iterum Olynthum inuictis Atheniensibus occupauit, vnde Demosthenis Olynthiacæ & Philippicæ,  
præterea Thermopylas, quando & Atticæ imminebat.

DOMITAQUE NUPER BOEOTIAE ) Athenienses & Boëtos simul magno prælio superauit, in  
quo Alexander noster alterum cornu duxit, cum annum XVIII ageret, Olymp. cx. anno IIII. A  
theniensium cecidere amplius mille, capti duo millia, nec pauciores à Boëtis. Demosthenes prius  
turpisimè fugit. Huius pugna sexcentos testes laudat Andreas Schottus noster, ad annum De-  
mosthenis quartum & quadragesimum, quo haec accidere. Et hoc est quod Curtius ait, *domitaq. nuper  
Boetia*. Ad Choronaem haec pugna pugnata est.

VRBIS IN EA NOBILISSIMAE ) Thebas intelligit ab Alexandro euersas, quod defecissent  
ab eo, & Macedonicum præsidium ejcere statuissent, totamque Græciam (à quo & Philippus antea,  
& postea Alexander imperator Græcia contra barbaros erat declaratus) ad defectionem sollicita-  
rent. testes mille, quorum nominibus nolo infarcire (vt quidam amant) chartas, prælertim in re tam  
nota. Hoc tantum ex Tzetze subijcio, Thebas ab Alexandro in gratiam Clitymachi athleta fuisse  
instauratas: Sic enim Tzetze Chiliad. 7. hist. 139. φέρεται λόγος &c. Idem infra narrat, vbi sibi nomen  
Athletæ excidisse dicit, cum supra ipse Clitomachum nominasset. Alij à Casandro instauratas af-  
firmant. Pausanias in Boëoticis n. 287.

Thebani ab Alexandro expensi, cum Athenas se profugi receperint, à Casandro Antipatri filio re-  
stituti sunt. Atque ad Thebas quidem instaurandas egregiam præceteris operam nauerunt Atheni-  
enses, adiuuantibus certè Messenijs & Megalopolitanis. Restituisse vero Thebas Casandrum credi-  
derim, Alexandri maximè odio, eius enim stirpem funditus euertere contendit.

IAM GRANICVM AMNEM ) de hoc amne, & ad illum in Adraستijs campis victoria, supra di-  
ctum.

TOT VRBES EXPVGNATAS ) non vrbes tantum, sed populos cum vrbibus Celænas, Gordium  
Sardeisque, Halicarnassum, Tarsum, & quas recenset Arrianus cum Phrygia, Lydia, Lycia, Pamphy-  
lia, Caria, Cappadocia, Cilicia.

CVM ADIERAT GRAECOS ) Pro Græcia enim bellum hoc suscepserat Alexander, & erant ex-  
pleraque tota Græcia milites cum Alexandro, præter Lacedæmonios hostes Alexandri.

DARII PRIVS ) Darii quatuor fuere: primus Medus, qui Babylonem cepit & regnauit ante Cy-  
rum: alter Darius Perse, Hydaspis filius, qui tertius à Cyro regnauit: tertius Nothus Darij & Par-  
sathidis F. postremus Arsamis filius, qui ab Alexandro magno vicit, amisit regnum & vitam. Hic  
de Dario Hydaspis filio sermo, qui Græcis & potissimum Atheniensibus, quod Ionijs aduersus se  
auxilia tulissent, iratus, bellum indixit, & sexcentis nauibus excenta millia per Bosporum in Græ-  
ciam transportauit, atque campo Marathonio vicit à Miltiade turpisimè fugit. autores Herodo-  
tus, Iustinus, Aemilius Probus in Miltiade, Plato in Epitaphio, Plutarchus in Parall. Cicero. Hinc  
Rhetorum campus de Marathon.

DEINDE XERXIS ) Darij filij secundo loco nati, de quo supra. Herodotus copiosè de hoc, &  
Probus in Themistocle, Iustinus. De Xerxis copijs ex Herodoto dictum, quinquages centena millia  
fuisse ex Plutarcho.

AQYAM IPSAM TERRAM QVE POPVLANTIVM ) codex Florentinus, postulantum. Reges  
enim Periarum Darius & Xerxes petierunt aquam & terram à Macedonibus, Atheniensibus &  
Græcis hoc est symbolum seruitutis, quod ex Herodoto, Diodoro Siculo, & alijs diligenter obser-  
uauit Brisonius, quem adibis, cui ex Herodoto subiungas legatos à Dario ad Athenienses missos, in  
bara-

barathrum & puteum fuisse coniectos, ut inde regi suo terram & aquam deferrent. Vnde factum est, cum Xerxes copiis suis Graeciam inundasset, & terram aquamque ab alijs Graecis postularet, nullas miserit Athenas, quarum gratia bellum suscepserat. Nemo scriptor expeditionem Xerxis tam enucleat & copiosè describit & depingit, atque Herodotus, qui etiam lacus & flumina ab exercitu eius exhausta & siccata speciatim exprimit. In his, inquit, locis stativa habuere barbari, quibus potantibus solus ex ijs qui commemorati sunt annibus, Chidorus è Chrestoneis fluens non sufficit, sed deficit. Idem de Liso amne narrat, cuius, inquit, aqua tunc non sufficit copijs Xerxis, sed deficit. Et mox: Post has regiones perrexit mediterraneas versus urbes, in quarum una lacus est triginta fermè statiorum in circuitu piscofus, & admodum falsus, quem sola iumenta cum aquarentur, exsiccauerē. Et hoc est quod Alexander queritur, nec fontium haustum, nec cibos à Persis relictos.

Iuuenal Sat. IO. v. 176. --- credimus altos

Defecisse amnes, epotaque flumina Medo

Prandente, & madidis cantat qua Sofratus alis.

De cibis ita Herodotus: At ἦ Graci qui exercitum excipiebant, cū Xerci cœnam praberent, in omnem miserationem deuenere, adeo quidem vt suis laribus fierent extores. Et infra: Vbi tempus canæ aderat, tunc coniuatores quidem (qui cœnam apponebant Xerxi) laborem sustinebant (& sudabant) isti vero (barbari) cum expleti noctem illic exegerant, postero die reuulsâ tentorio, & omni apparatusumto, ita abscedebant, nihil relinquentes (nec reliquias ciborum) sed omnia asportantes. Vnde Magocreontis viri Abderites elegans dictum exitit, qui sua sit Abderitis, vt vniuersi mares pariter ac feminæ sua delubra adirent, suppliciterque Dijis absentibus precarentur, vt post bac dimidium futurorum malorum à se propulsaretur. nam de præteritis magnam se habere gratiam illis, quod rex Xerxes non bis quotidie cibum sumere consueisset. Fore enim vt Abderida si iuberentur etiam prandium simile cœna instruere, aut non prestatolarentur aduentum Xerxis, aut prestatolati pessime inter omnes affligerentur. Habes ergo cur dixerit Curtius, vt nec fontium haustum, nec solitos cibos relinquenter. Enim uero Acidalius me cogit non solum à Brissonio dissentire, sed à Modio quoque penitus desciscere, qui his verbis terram & aquam populantium, ait à regibus Persarum petitum esse tributum, eoque legendum poscentium, non populantium, quod ex Plutarcho & Aelopo Graeco, Iulioque Valerio nec quicquam conatur euincere; sed Plutarchus alia omnia in eoloco narrat. Auctoritatem Valerij & Aelopi partim eleuat Acidalius, partim hoc non facere, verè docet, vti nec illa, quæ ex Brissonio (vera quidem illa, sed aliena, quæque nos iam in sententiam traxerant) adduximus. Seruo igitur τὸ populantium, & accipio de copijs Xerxis & Darij prioris, quod iam ex historicis ostentum est, cum narrauimus tota flumina fuisse à Xerxis exercitu epota exhaustaque. Non placet tamen legere cum Acidalio poscentium (pro poscentium) quod nimis tenue, ipse satetur, & ad aquam non quadrat. Legat otiosus longam Acidalij disputationem contra Modium. Neque laudo solidos cibos, seruoque solitos, hoc est, consuetos, qui & solidos complectuntur. nimis frequenter arguitur Acidalius, & sicut, cum temperat libi, εὐσόχος coniectat, ita cum indulget, ultra verum plerumque progreditur.

DEDITA DIIS TEMPLA RVINIS ET IGN. ESSE DELETA) Id factum Cicero narrat à Xerxe impulsu Magoru: Nec sequor Magos Persarum, quibus auctoribus Xerxes inflammasse templa Gracie dicuntur, quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent esse patentia. Iustinus etiam Curtio accinit: Ante naualis, inquit, pralij congresionem miserat Xerxes quatuor millia armatorum Delphos ad templum Apollinis diripiendum: prorsus quasi non cum Gracis tantum, sed cum Dijis immortalibus bellum gereret: que manus tota imbris & fulminibus deleta est, vt intelligeret quam nulla essent homini aduersus Deos vires. Sed de direptis & incensis ædibus sacris Graecorum, diserte Herodotus, qui addit, quid Barbaris acciderit in Delphici templi aggressione, vbi rem copiosè exponit, vti & Ctesias cum Diodoro Siculo. Geographus omnia templa à Xerxe, præter Ephesum incensa affirmat. Pausanias statuas Deorum à Xerxe in Persidem deportatas ait in Arcadia, cui & Valerius Maximus suffragatur: Xerxes effigies æneas ea vrbe deuicta in regnum suum transfulit. Quod ergo Iustinus accusat Xerxem non cum Gracis tantum, sed cum dijs immortalibus bellum gessisse, id eleganter etiam Valerius expressit: Leonidas grauem illum & mari & terra Xerxem, nec hominibus tantum terribilem, sed Neptuno quoque compedes, & cælo tenebras minitantem, pertinacia virtutis ad ultimam desperationem rededit.

VRBES EORVM EXPVGNATAS) Inter alias omnes Sapientiæ domicilium Athenas, contra quas potissimum Xerxes totam Asiam exciuit.

FOEDERA DIVINI HUMANIQUE IVRIS VIOLATA) Nam Darius, qui quartus à Cyro imperauit, reuerlus à Scythia Macedoniam nulla re læsus inuasit, suæditionis fecit. Darius, inquit Iustinus, Rex Persarum, turpi ab Scythia fuga submotus, ne vbiique deformis militiae dannis haberetur, mittit cum parte copiarum Megabyzum ad subigendam Thraciam, ceteraque eius tractus regna: quibus pro ignobili momento erat accessura Macedonia. Atheniensibus tamen maximè erant infesti Persæ, quod legatos iuris scædera violarunt, cùm tempora diripuerunt, sacras ædes incenderunt, vt supra docui.

ILLYRIOS ET THRACAS RAPTO VIVERE ADSVENTOS) Idem Geographus affirmat τὸ μέρον πλεον δια τὴν ἀγριότητα τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ λησμόν οὐ ποτιρ tamen causa est, quod eam homines sœni

Seni & latrocinij dediti tenebant.

**I**M BELLIBVS FOEMINIS) Hoc non est in laudem Alexandri, quæ enim virtus fæminas à viris superari? Gladiatores Romæ ægræ ferebant, si cum imparibus componerentur. Quo hostis acrior, hoc clarior victoria. Et hoc est quod Alexander auunculus Epirotarum rex Alexandro moriens obiecit apud Liuium: Næ ille, inquit Liuius, sapè, etiam si prima prospere euenissent, Persas & Indos, & imbellem Asiam quaesisset, & cum fæminis sibi bellum fuisse dixisset, quod Epiri regem Alexandrum mortifero vulnere ictum dixisse ferunt, forte bellorum in Asia gestorum, ab hoc ipso iuuene cum sua conferentem. Idem infra lib. 8. Clitus eid. Verum est (vt opinor) quod auunculum in Italia dixisse constat, ipsum in viros incidisse, te in fæminas. Idem Hannibal Alejandro obiicit apud interos, Ov Mædæ, inquit, οὐ Ἀρμενίς καταγωνόζεν οὐ ποθέου οντας πρὸν διάκεν τοῦ τολμήσαντος δοντας εὐθὺς τὴν γῆν. Non aduersus Medos aut. Armenios, qui antequam quipiam sequatur fugiunt, & facile cuius audenti victoriam tradunt. Et pater apud eundem Lucianum Alexandru obiectat: Μῆδων δὲ καὶ Περσῶν, καὶ Χαλδαίων καὶ χρυσοφόρων ἀνθρώπων καὶ Αβρῶν, οὓς διδασκεῖς πρὸς μύριοι μετὰ Κλεάρχου ἀνελθόντες ἐκράγησαν εὖδ' εἰς χεῖρας ὑπομενόντων ἐλθεῖν ἐκεῖνων ἀλλαπτήν τοξευματικοῦ θανάτου, φυγόντων. Medos autem & Persas, & Chaldaeos delicatos ac auro fulgentes non meninisti quonam modò ante te, duce Clearcho, mille viri bello adorti expugnarint, fœdè in fugam actos, antequam ad teli iactum ventum esset.

**N**UDOS CALLES) Codex vetustissimus ita habet, reliqui recentiores ferè omnes præter Modianum, nudos colles. Acidalius etiam calles. & ferè placet, quod videtur Curtius montes tam steriles dixisse, quam triti lunt calles, qui nec herbam ferunt. quæ tamen sequuntur ad colles quadrant, perpetuo nempè gelu rigentes. Thraciae & Illyriæ nuditatem & alperitatem certatim Geographi affirmant, quamuis interim solum fertile Strabo doceat, sed diu incultum ignoratione gentis fuisse neglectum.

**D**ITIBVS PERSARVM CAMPIS) Mitibus scriptum se Acidalius reperisse affirmat, quod asperis iugum montibus non malè respondet. Sed nec alterum respuendum: Liuius: in diti domo, & diti stipendia.

Propertius: *Arma Deus Cæsar dites meditatur ad Indos*

Silius, *dites glebas* dixit. Terent: *Dis es demo*: Plautus, *Dites Damnaſi mariti*. *Ditibus* ergo pro ditibvs etiam vñtatum.

## C A P V T   X X .

### A R G V M E N T V M .

Prælium patratur, vtrinque summa ope certatur.



Am ad teli iactum peruererant, cum Persarum equites ferociter in lumen cornu hostium inuesti sunt: quippe Darius equestri prælio decernere optabat, phalangem Macedonici exercitus robur esse contectans, iamque etiam dextrum Alexandri cornu circuibatur. quod ubi Mace do confexit, duabus aliis equitum ad iugum montis iussis subsistere, ceteros in medium bellum discrimen strenue transfert. Subductis deinde ex acie Thessalis equitibus prefecti in eorum occulte circuire tergum suorum iubet, Parmenionique coniungi, & quod si imperasset, impigre exequi. Iamque ipsi in medium Persarum uniuersum circumfusi egredi se tuebantur: sed conferti, & quasi coherentes tela vibrare non poterant. simul erant emissæ, in eodem concurrentia implicabantur, leuique & vano ictu pauca in hostem, plura in humum innoxia cadebant. Ergo communis pugnam coacti conserere, gladios impigre strinquent. Tum verò multum sanguinis fusum est: duæ quippe acies ita cohærebant, ut armis armata pulsarent, mucrones in ora dirigerent: non timido, non ignauo cessare tum licuit: collato pede quasi singuli inter se dimicarent in eodem vestigio stabant, donec vincendo locum sibi ficerent. Tum demum ergo promouebant gradum, cum hostem prostrauerant. At illos nouis excipiebat aduersarius fatigatos. nec vulnerati, vt alias solent, acie poterant excedere, cum hostis instaret à fronte, à tergo sui urgerent.

**A**D TELLI IACTVM) tam propè vtraq; acies accelebat, & tantillo interualllo ab se mutuo aberat, ut altera altera sagittis, plumbeis glandibus, & misilibus posset contingere ac impetere. Sed quantum, inquis, hoc interuallum est? tormenta hodierna, bombardæ inquam, intra trecentos pedes ferunt;

riunt; si protendas, fessa languent, & vi exarmata innoxia cadunt. Sagittarij, & maximè funditores, olim ad sexcentos pedes telum iaciebant, scopumque contingebant. Vegetum audi. Sagittarij & funditores scopas, hoc est, fruticum vel graminum fasces pro signo ponebant, ita ut sexcentos pedes remouerentur a signo, vt sagittis vel certè lapidibus ex fastibulo destinatis signum tangerent. longius etiam sexcentis pedibus telum ex funda proiecerunt. de qua re plura Lipsius de militia Romana.

PERSARVM EQVITES FER. IN LAEVVM CORNV HOSTIVM INVECTI SVNT) Arrianus contra in dextrum Alexandri hostes impetum fecisse tradit. Sed possis conciliare Arrianum cum Curtio, quod Persæ primum inuaserint lauum Darij. Darius Alejandro oppositus erat, equitatus Darij ad mare inuasit Parmenionis equitatum, & cornu lauum phalangis.

EQVESTRI PRAELIO) Equitatum primo loco collocandum docet Homerus:

Ιππῖνας μὲν πρῶτα σὺν ἵπποισιν καὶ δρεσφοιν

Πέλεγες δὲ ξέποιδες σῆσεν.

Quod idem & Alexander fecit. In medio ignauos, vti vel nolentes pugnant. Equitatu Darius praetabat, sicut phalange Macedones. Ammianus Marcell. Tectoris fixis prouidit solicite, ne castra repente equitatus Persici turbarentur incursu, cuius fortitudo in locis patentibus immane quantum gentibus est formidata. Equis à pueris adsuecebant, & perpetuo ferè in equis hærebant, quod copiosè ostendit Brisonius volum. 3. de regno Persarum. Certè alam Thessalorum equitum quamvis præstantium, Persæ primo impetu propulsarunt, vt mox subiicit Curtius.

CONNECTANS) detrectans rescribit Acidalius. Non detrectauit, imò circuire conabatur Darius Alexandrum, sed maluit ab equestri prælio pugnam inchoare. coniectabat autem, non quod ne sciret robur phalangis Macedonicae, sed quod phalangem in dextro cornu cum Alejandro esse, vt erat, coniectaret. equitatus enim præmislus prospectum impediebat.

DEXTRVM CORNV CIRC VIBATVR) Dextrum Alexandri cornu à latere montem habebat, quem occupabant Persæ, quibus, ne circumueniretur, duas equitum alas obiecit. Ala sua in apud Græcos continebat centum tredecim equites, apud Latinos trecentos, qui in decem turmas tribuebantur, hæc in tres decurias, turma explebat triginta, decuria decem. Sed Græci, vt dixi, alam centum & tredecim definierunt. Duæ alæ continebant ducentos sex & viginti. Arrianus tamen trecentos eæ quites appositos suis se narrat.

CAETEROS) equites Thessalos, & alios.

STRENUE) frequentat hanc vocem Curtius, vti & illam impigrè strenuè, celeriter, expedite, fortiter, vt supra docui.

PARMENIONI) quierat ad mare, sinistroque cornui præterat.

IN MEDIVM PESARVM VNDIQUE CIRCVMSTI.) In medio Persarum agmine circumfusi Macedones. In medium dixit, pro in medio. vt supra: quippe Darium quinto die in Ciliciam fore nunciatur. Ad quem locum copiosè ex Cicerone, Plauto, Agellio, & alijs scripsimus.

EGREGIE SE TVEBANTVR) Codices vetustiores reciprocum se desiderant.

CONFERTI) Antiquiores libri omnes habent conferti, non conferti. Vtrumque non est improbum; conferti, impliciti inter se: conferti, densati.

VIBRARE NON POTERANT) nisi in altum per inania cæli, quod spacium non esset contra adtierarium tendendi. Vibrare non poterant Macedones inquam circumfusi à Persis, & inter se conferti & densati. Cæsar lib. I. de bello Gallico: Itaque hostes repente celeriterque procurrebant, vt spacium pilæ in hostes coniungi non daretur. Reiectis pilis cominus gladiis pugnatum est.

SIMULERANT OMISSEA) Eleganter & hoc, pro simulac. Cicero: Simul accepi à Seleuco tuas litteras, statim quæsui &c. Idem: simul inflavit tibicen, carmen agnoscitur. Et: simul quid erit certi, scribam ad te. Itaque simul expericti sumus, visa illa contenimus Catullus:

Quæ simul optata finito tempore luce

Aduenere ---

Horatius ---- qui simul

Stranere ventos aequore feruidos

Depraliantes.

Idem: Et domus exilis Plutonia, quo simul mear

Nec regna vini fortiere talis,

Idem: ---- simul obligasti

Perfidum Votis caput enitescis

Pulchrior multo.

Simul vntos Tiberinis humeros lauit vndis.

Et multis alijs locis, quæ ipsius Scholia stes Lambinus indigitatuit.

IN EOD. CONCVR RENTIA IMPLICABANTVR) libri veteres omnes in eosdem concurrentia.

In eosdem Macedonas dixeris, cum locum vibrandi telum non haberent. Placet tamen cum Modio scribere in eodem. Ergo mens auctoris est. Tela simul atque à densatis & consertis erant emissa, eodem

eadem in loco concurrebant in aere, ita ut inter se colliderent & implicantur, nec ad hostes peruenirent, nec ictum amissa vi in aere validum haberent, sed innoxia pleraque in humu deciderent. Hac mens Curtio à Macedonibus tela primum iacta, quae vbi parum læserunt, coacti minus pugnam conserere, gladios strinxerunt: Arrianus & Diodorus Siculus aliter rem narrant, & tela à barbaris primum missa in Macedones affirmant: Arriani verba paullò suprà collocata legisti. Animaduertit hoc ex Siculo etiam Acidalius, vbi Modium in reprehensionem vocat.

TVM VERO) Amat Liuius in re graui & praelijs has particulas ponere, vti pali sim obseruabis. Noster in hac unica pagina quatuor has posuit.

ARMIS ARMA PVLS ARENT) Curtius supra: *Viro vir, armis arma conserta sunt.* Vbi Homeri versus adduximus hosce:

*Φράξαντες δόρυ δέρπι σάκη οσάκη προθελύμα  
Αποισ δέρπατος τριδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δέρπη.*

Quibus versibus longè postponit Macrobius Virgilianam imitationem:

*Haud aliter Troiana acies, aciesque Latina  
Concurrunt: hæret pede pes, densusque viro vir.*

Nec Virgilius tantum, sed plerique Latini vel Homerum in hoc, vel Virgilium, vel utrumque emulati sunt. A. Furius Antias:

*Pressatur pede pes, mucro mucrone, viro vir.*

Ennius item:

---- pede pes premitur, armis teruntur & arma.

Ouidius:

*Inque gradu stetimus, certi non cedere, eratq;  
Cum pede pes iunctus, totoque ego pectore pronus  
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.*

Et magnificè, vt omnia, Statius:

*Iam clypeus clypeis, vmbone repellitur vmbi,  
Ense minax ensis, pede pes, & cuspide cuspis.  
Sic obnixa acies, pariter suspiria firmant  
Admotaque nitent aliena in casside crista.*

Non par est huic Val. Flaccus:

*Illi vbi consertis iunxere trementia telis  
Agmina, virque virum galeis afflavit adactus.  
Segnius vt dixi, illud præsertim, galeis afflavit adactus.  
Nec Silius æquat, quamuis conatus.  
--- teritur iunctis vmbonibus vmbi  
Pesque pedem premit, & nutantes casside crista  
Hostilem tremulo pulsant conamine frontem.  
--- galea horrida flictu  
Aduersa ardescit galea, clypeusque fatiscit  
Impulsu clypei, atque ensis contunditur ense.  
Pes pede, virque viro teruntur ---*

Prorius his geminum est Tyrtæi, quod tute leges, initium est: *Ἄλλα τις ἔγγος &c.*

NON TIMIDO, NON IGNAVO) in medio deprehensio, vbi spes fugiendi erat erepta, cogebantur enim acriter pergnare, popularibus à tergo exitum claudentibus, hostibus à fronte urgentibus. Immò nec saucijs locus erat excedendi, vt alijs in bellis siebat. Ita necessitas ignauiam acuebat, & desperatio fugæ, spem adferebat. Desperatione enim ipsa in audaciam miles accingitur, vt ait Tacitus, & Vegetius: *clausis ex desperatione crescit audacia*, & cum spei nihil est, sumit armā formido.

NOVVS ADVERSARIVS) Quod Darius numero vinceret, & singuli Macédones minimum in decem cogerentur pugnare Persas.

VT ALIAS SOLEN T) Ut alijs in bellis læsi prælijs excedunt. Alijs hic videtur pro alioqui positum. valet idem quod alio tempore. Cic. potest mihi ipsi aliud alias videri. plura scribam alias. Nemē potest alias beatus esse, alias miser. id est, nemo potest nunc miter, nunc beatus esse. Alias non usurpatur pro alioqui, alioqui tamen nonnunquam pro alias. Itaque hic locus velut singularis est obseruandus: si tamen est singularis, nam verè explicabitur, ut alijs in prælijs, siue alijs temporibus fieri solet. Ita nisi hil erit singulare.

## CAPUT XXI.

ARGUMENTVM.

Alexander urget Darium, illiusque iugulo imminet, quem frater defendit, ingens circa Darij currum fit cædes. Darius primus omnium fugit, quem strenue sequitur miles. Thessali tamen laborant, quorum alâ vnâ fusa, altera circumacta vincit. Ita victor ubique euadit Alexander.

**A**lexander non ducis magis, quam militis munia exequebatur, opimum decus caseo rege expetens: quippe Darius curru sublimis eminebat, & suis ad se tuendum, & hostibus ad incessandum, ingens incitamentum. Ergo frater eius Oxa-thres cum Alexâdrum instare ei cerneret, equites, quibus præerat, ante ipsum currum regis obiecit, armis & robore corporis multum super ceteros eminens; animo verò & pietate in paucissimis, illo utique prælio clarus: alios improinde instantes prostravit, alios in fugam auertit. At Macedones, ut circa regem erant mutua adhortatione firmati, cum ipso in equitum agmen irrumpunt. Tum verò similis ruinæ strages erat. Circa currum Dary iacebant nobilissimi Duces, ante oculos regis egregia morte defuncti, omnes in ora proni, sicut dimicantes procubuerant, aduerso corpore vulneribus acceptis. Inter hos atizyes & Rheomithres, & Sataces prætor Aegypti magnorum exercituum præfecti, noscabantur. circa eos cumulata erat peditem equitumque obscurior turba. Macedonum quoq[ue] non quidem multi, sed promptissimi tamen casi sunt. inter quos Alexandri dextrum femur leuiter mucrone perstrictum est. Iamque, qui Darium uehebant, equi confusi hastis & dolore efferati iugum quatere, & regem currū excutere cœperant: cum ille, veritus, ne viuus veniret in hostium potestatem, desilit, & in equum, qui ad hoc ipsum sequebatur, imponitur, insigibus quoque imperij, ne fugam proderent, indecorè abiectis. Tum verò ceteri disipantur metu, & qua cunque ad fugam patet via erumpunt, arma iacentes, qua paullò anie ad tutelam corporum sumperant. adeò pauor etiam auxilia formidat. Instabat fugientibus eques à Parmenione missus, & forte in illud cornu omnes fuga abstulerat. At in dextro Persæ Thessalos equites vehementer urgebant, iamque una ala ipso impetu proculeata erat, cum Thessali strenue circumactis equis dilapsi rursus in prælium redeunt, sparsoque & incompositos Victoria fiducia Barbaros ingenti cæde prosternunt. Equi pariter equitesque Persarum serie laminarum graues, agmen ægrè moliebantur, quod genus celebritate maxime constat, quippe in circumagendis equis suis multis occupauerant.

ALEXANDER NON DVCIS MAGIS QVAM MILITIS MVNIA EXEQVEBATVR) præcipiunt rerum militarium doctores & scriptores, ipsi Imperatori non facile manus cum hoste conferendas, quod speciatim in Strategico longo capite tractat Onofander. Fecere tamen hoc maximi quique Imperatores, præsertim Iulius Cæsar, qui etiam sine galea pugnauit. Ab hac genuina laude commendauit Homerus suum Agamemnonem:

Αμφότερον βασιλέως τ' ἀγαθὸς, κρατερόσε αὐχμητίες.

Idem Rex bonus, & bellator strenuus idem.

OPIMVM DECVS CAESO REGE) Opima spolia, qualia retulit de Acrone Ceminensium rege Romulus, Cornelius Gallus de duce Fidenatum, M. Marcellus de Gallorum rege, T. Manlius Torquatus, Valerius Goruus, Aemilianus Scipio, quæ muis sub alienis auspicijs, vt de Hectore Achilles, Aeneas de Mezentio & Turno. & alij de alijs. Sunt autem opima spolia, quæ summus bellidux, duci hostium summo, viuus detrahit sua victoris manu occiso. Sed Alexander non tam spolia, quæ n decus & gloriam, cuius supra modum hominis erat audius, appetebat.

INGENS INCITAMENTVM) Præsentia Principis est anima exercitus. Alexander supra in eo positam vicitoriā arbitrabatur, si tantum ante signa stare potuisset. Liuinus lib. 6. Nec vis tantum militum mouebat excitata præsentia ducis: sed quod &c. de Camillo loquitur. Sed quo Darius suo conpe-

et suos magis ad pugnam inflammauit, hoc magis hostes visus ipse contra se irritauit.

FRATER EIVS OXATHRES) Diodorus eundem laudat Oxathrem, quem Plutarchus in Alexandro Exathren nominat. Sæpius hic Oxathres infrà recurret, cum inter captiuos ab Alexandre electus, & inter amicos & custodes corporis adhibitus fuit, ei que Bessus fratri proditor & percussor est ad supplicium deditus.

IN PAVCIS SIMIS) hic loquendi modus propè singularis est Curtio, in paucis bonis, fortis, doctus, ut qui paucos vel paucissimos habeat pares.

ILLO VTIQVE PRAELIO CLARVS) Animo nempe & pietate, robore bellico, nobilitate, ceterisque virtutibus clarus.

VTIQVE) vtrinque legunt nonnulli, & referunt ad fortitudinem bellicam & pietatem, quod verum quidem, sed utique malum, & de animo ac pietate erga Darium locutum putem cum Acidali Curtium.

SIMILIS RVINAE STRAGES) Macedones ut fulmina belli sternebant omnia. hoc impetu fundamenta victoria iecit Alexander, perculo illico Dario, & mox fugam meditanti:

OMNES IN ORA PRONI, VVLNERIBVS ADVERSO CORPORE ACCEPTIS) Non gratus dixit Curtius, sed tardorem pugnae, & Persarum quoque constantiam decusque ostenderet. Aduersa porrò vulnera honesta, auersa pudenda. Laudantur ab illis Catilinarij ab Sallustio: Sed confecto, inquit, prælio, tum vero cerneret quanta audacia, quantaq; animi vii fuisse in exercitu Catilinae nam ferè quem quisq; viuis pugnando locum ceperat, eum amissa anima corpore tegebat. pauci autem, quos medios cohors prætoria dissecerat, paulli diuersti, alijs alibstantes, omnes tamen aduersis vulneribus conciderant. Memorantur à Græcis trecenti Lacedemonij, primum ab Inachore Argiolorum bello interfici, quos Gæta negat colla aut vestigia vertisse.

Ἄρχεντος οὐ σφέραντες ὅτα τοδός ἵχνια τρόπον

Αρμόσαμεν, τάυτα καὶ λιτόμενοι βιορά.

Deinde alij trecenti ad Thermopylas duce Leonida cæsi, quos præter historicos Græcos & Latinos Basilius poeta celebrat, & à Charonte statim ait agnitos, quod omnes vulnerati pectora appareant:

Σωάπταις ὁ σόλος οὐτερη. ήδ' ὡς τάλις τρόποδια τάντα

Τρέψαμεν καὶ νείροντος δύπις ἔνεστι μόνοις.

Quod ntelio quis latine cecinit totum

Cum tercentenos mauortia signa secutos

Lethais veheret Cymba Charontis aquis,

Orcus ait, Ratis hac Spartana est, nam omnia fronte

Et (quod honor) solum vulnera pectus habet.

Et quæ sequuntur. Eiusmodi est etiam Dioscoride de Thrasybulo, quem ait mortuum Pitaniū in clypeo relatum septem vulnera aduersa ostentantem.

Ἐπειτα πρὸς Αγγέλων τρέψαμεν ταῖς δέξαμεν.

Δεκτοὺς τρόποδια τάντα.

Sed quid Græci iactant septem Thrasybuli vulnera, vnu Romanorum L. Sicinius Dentatus quinque & quadraginta vulnera pectora exceptit. audi Valerium ex Varrone narrantem: Quem centies & vigesies in aciem descendisse tradunt, eo robore animi atq; corporis vtentem, ut maiorem semper Victoria partem traxisse videretur, sex & triginta spolia ex hoste retulisse, quorum in numero octo fuisse, cū quibus inspect ante viroq; exercitu ex prouocatione dimicasset, quatuordecim ciues ex media morte raptos servasse, quing; & quadraginta vulnera pectora exceptisse, tergo cicatricibus vacuo. Non immerito ergo quod Catullus de Achille dixit, de Sicinio diceretur: Hostibus haud tergo sed forti pectora notum. Ita Aeneas Pallantem Euandri vulnera non pudenda accepisse in funebri laudatione testatur:

— At non Euandre pudendis

Vulneribus pulsū aspicies —

Ita Homerus Idomeneum & Hectorem prædicat, & Iustinus Atheniens. vol. 9. Non tamen immemores pristina gloria cedidere: quippe aduersis vulneribus omnes loca qua tuenda acceperant, morientes corporibus texere.

ATIZYES, RHEOMITHRES, ET SATACES PRAETOR AEGYPTI) Aliter paulli hōs indigitat D. Siculus: Antixyen, inquit, Arrheomithren & Tasiacen. & Arrianus: Arsacen & Sabacen, reliquoseosdem Curtio facit, nisi quod & Bubacen addat. Arsacen, Rheomithrem & Atizyem ad Granicum ait equitibus præfuisse.

MACEDONVM QVOQVE NON QVIDEM MVLTI, SED PROMPTISSIMI CECIDERUNT) Non exprimuntur nomina scriptoribus, nisi Ptolomæi Seleuconati, quæ Arrianus posteritati donauit. Non multos autem dixit cedisse Curtius, Arrianus disertè viginti.

ALEXANDRI FEMVR MVRONE PERSTRICtvM EST) infra: quippe summa cutis in ferrine perstricta. Charles apud Plutarchū auctor est Alexandrum à Dario vulneratum esse, vulnera tamē non graui. Sed Alexander in Epistola ad Antipatrum lassum & perstrictum telo femur in prælio scribit, auctorem tacet. Accipe ipsa Alexandri verba: Σύνεχ δέ μοι (φροντί) καὶ αὐτῷ ἐγχειρίδιῳ ταλαγῆναι τὸν μήρον.

μηρὸν. & οὐδὲν ἀτετονούσι ταχέη μα, οὐτε ὑσερονέκ τῆς πληγῆς ἀπώντησεν. Contigit, inquit, mihi pugione sauciari infemur adacto, sed unde nulla pernicies aut illico aut postea secura est. Charles ait duos reges manus inter se conseruisse, sed hoc mihi διπον, quod Darius tam propinquum Alexandrū nō expetabit, à quo nisi perempto non abislet Alexander. Verisimilius ergo ab incerto equite per ingruentem impetum perstrictum esse, quod non obscurè docet Diodor. Siculus. Συνέπει, inquit, καὶ αὐτὸν Αλέξανδρον τραβίνει τὴν μηρὸν περιχθέντων αὐτῷ τὸ πολεμίων. Accidit & ipsum Alexandrum, cum se magna vis hostium in illum infunderet, in fæmore vulnerari.

**EQUI CONFOSSI IVGV M QVATERE ET REGEM CVRR V EXCVTERE COOPERANT**) sequitur miserabilis fuga Darij & Regem secuti exercitus. oculi enim primi in omnib. prælijs vincuntur, & necesse est ad fugam parati sint, qui ducem suum sentiunt desperare. Equi vulnerati iugum excutere certicibus, regem curru conabantur. Iam suprà ostendi iugum non in curru, sed in equorum iugalium certicibus querendum.

Petronius — ceu vbi solet

Nudo remissus Thessali quadrupes iugo

Ceruicem & altas quatere ad excusum iubas.

Illud enim conabantur excutere. Erant iuncti vno in versu & membro quaterni equi, τεθριπποί enim vehebatur Darius, duo iugales proximi temoni, duo subiugales ab utroq; latere iugalium collocati extremi, dolore vulnerum in furem acti, Darium in medios trahebat hostes: quare coactus ipse præter morem Persarum & dignitatem regiam habens arripere, & coercere impetum equorum, quoad alia quadrigæ adducerentur, quibus periculum euaderet. Vt est apud Diodorum. Vide & Arrianum. Aelianus equa periculum euallis tradit. Darius (inquit) cum inclinata iam acie in eo prælio quod ad Issum commiserauit, Persarum res premi cœpissent, cumq; victus fuga salutem querere cogeretur, in eum ascendiit: quæ quod relicti memoriam pulli recordaretur, quanto maximo studio potuit & celeritate, Dominum suum ex periculis eripuisse. Hæc Aelianus, qui monuerat suprà Darium consuele in acie secum ad hunc ipsum vnum equas deducere, domique frequentes alere. Curtij narratio cum Aeliani conuenit proximè, cum ait regem ex curru inter ipsam pugnam desiliisse, & in equum ad hoc ipsum sequentem concendisse, siue impositum fuisse.

**IN SIGNIBVS IMPERII ABIECTIS**) Arrianus exprimit speciatim quæ abiicerit: τὸ μὲν ἡρ. μα ἀπολεῖται ἀντεῖ, καὶ τὸν ἄστοδα, καὶ τὸν κάνδων ἐκδὺς, δὲ καὶ τὸ τόξον ἀπολεῖται ἐπὶ τὸ ἀρματό. Ipse currum reliquit, & scutum, candyn (amiculum erat candys, ἀλπόσφυρον καὶ μεσολευκόν, vt suprà ostendi, non cidas seu tiara, vt vertit Vulcanius) quin & arcū in curru reliquit. Fuere autem σύμβολα τῆς βασιλείας τὸ σημεῖα τὸ ἱγεινοίας, tiara recta seu cidas cui diademate & cädys seu tunica purpurea albo intertexta.

**ADEO PAVOR ETIAM AVXILIA FORMIDAT**) gnome nobilis à contrario. arma feruntur ne corpora feriantur. Sed quæ profundit in acie pugnantibus, hæc obsunt ex acie fugientibus. Plures occidit timor in fuga, quam gladius in pugna ---- valuit pro vulnera terror,

Impletuitq; vicem iaculi, vitamq; nocentem,

Integer & sola formidine saucius efflat.

Sic trepidi fugiunt, & verso vulnera tergo

Accipiunt, magnisq; fugam clamoribus implent.

**INSTABAT FVGIENTIBVS EQVES A PARMENIONE MISSVS**) Sinistrum cornu tuebatur Parmenio ad mare. retrò versus Ciliciam non poterant fugere, cum tota Cilicia iam in ditione Alexandri esset. debebant ergo per latera montium vel littora maris se in fugam penetrare, media enim omnia miles Alexandri impleuerat, præsertim versus Pylas Syriæ.

**AT IN DEXTRO PERSAE THESSALOS EQVIT. VEH. VRGEBAVNT**) læuum cornu Darij versus montem collocatum, iam à dextro Alexandri cornu propè fusum erat. cum interim Nabazanes equitum præfectus in læuum Alexandri cornu, quod propter mare stabat, inuectus Thessalos ex dextro Alexandri subductos, & cum Parmenione coniunctos grauiissimè premebat, primam enim alam (ala tredecim suprà centū continebat equites) primo congresu obtriuerat. Quod vbi reliqui velut fugituri equos momento circumegerunt, genulque pugnæ mutarunt, vt incompositos dissipatosque inuaderent, quod illis feliciter cessit, in ea enim equitatus celeri conuersione primum hostium vim elusere, & mox vltro inuaderunt, præsiisque ante multo grauius premere coeperunt. Nectamē ante Persæ cesserunt, quam viderent Darium in fugam coniectum. tum demum qua data via omnes à pedibus salutem quæsierunt. Hoc Arrianus paucis complexus, καὶ οἱ ἵπποις δὲ, inquit, οἱ τῷ Περσῶν πατέρων τοὺς θεούλους τεταγμένους οὐκ ἔμεναν ἐν τῷ τὸ ποταμὸς εἰ τοῦτο τὸ ίππογόνον, ἀλλ' ἐπιδιαβάτες εὐρώτως ἐνέβαλλον εἰς τὰς ἵλας τῶν θεούλων. καὶ ταύτης εἴη ἴππομαχία κρατερά. οὐδὲ πρόσθεν οὐκέλιναν οἱ Πέρσαι, πρὶν Δαρεῖοντε περιεγότα, ηὔνοτο, καὶ πρὶν ἀπορράγηνα σφῶν τοὺς ὁδοφόρους ή φυγὴ έγίνετο. Porro equites Persæ qui Thessalis oppositi erant, nequaquam in hoc conflictu se in flumine continebant, sed eo fortiter animoseq; transmissio in Thessalicas turmas inuehundunt. Atrox ibi equestrē prælium commissum est, neque prius Persæ terga verterunt, quam Darium fugisse cognoscerent, aut antequam mercenarios suos à phalange dissipatos cœsos, esse intelligerent. Tum vero manifesta totius exercitus fuga fit. Affirmat porro Arrianus non minorem in fuga equitum Persarum, quam peditum stragem editam, cùm impediti seipso vicissim obte-

obtererent, cum propter armorum pondus urgentibus à tergo Thessalis fugam explicare non posse. Idem suprà phalangem quoque Macedonicam qua parte à dextro cornu dirupta erat, valde laborasse ait, antequam altas riparum crepidines superaret, & à Persis in flumen repulsas, donec tandem ingenti cum labore eniterentur, præfertim cum audirent finistrum Darij cornu ab Alexandro in fugam actum, omni ope contenderunt, ne illius victoriae pro sua virili decessent.

**E Q U I P A R I T E R E Q V I T E S Q V E** Verborū vel trajectio, vel adiectio, vel detractio mirè locū turbauit. Vetustissimus, quem inspexi, codex, ita nobis periodum addit: Equi pariter equitesq; Persarū serie laminarum ob id genus graues: agmen quod celeritate maximè constat agre moliebantur. Quippe in circumagendis equis suis Thessali multos occupauerant. Aldus variauit nonnihil: Equi pariter equitesque Persarum serie laminarum ob id genus graue &c. Alius liber: Equi pariter equitesq; Persarum serie laminarum graues, agmen, quod celeritate maximè constat, agre moliebantur. Franciscus Modius vulgatam scripturam contaminatissimam ait, itaq; emendat: Equi pariter equitesq; Persarum serie laminarum graues, agmen agre moliebantur: quippe in circumagendis equis suis Thessali, quod genus celeritate maximè constat, multos occupauerant. Et, ita me Musæ, inquit, ament, vt hoc aut vera, aut veræ proxima conjectura est. Acidalio non probatur, qui: Nos, inquit, (ejectas à Modio voces) eas restituemus, atq; ita locum miserè affectum constituemus. Equi pariter equitesq; Persarum serie laminarum graues agmen agre moliebantur: ob id in circumagendis quoq; equis suis Thessali, quippe quod genus celeritate maxime (vel maximè) constat, multos occupauerant. Tam opinor, inquit, licuit mihi trajectonibus vti, vt componere, quam alijs, vt tu barent. Quid decernam queris? & Modium & Acidalium τὸ σκοτῶς απτελεχχωτας, à lineis excidiſle putem. alter quod voces germanas Curtij contra fidem librorum proscriperit, has enim (ob id) sustulit ex suo codice; alter quod spurias & Curtio alienas in versum admisit. spuria verba & ex glosmata inserta, ista crediderim: quod genus celeritate maximè constat. & quoque, quod ab omnibus libris abest. Itaque Curtij verba ita collocarim: Equi pariter equitesq; Persarū serie laminarum graues, agmen agre moliebantur, ob id quippe in circumagendis equis suis Thessali multos occupauerant. glosma quod ex ora irreperat, in oram reiecerim, vel certè parenthesi incluferim: Thessali (quod genus celeritate maximè constat) multos &c. glosma esse politissimi & limatisissimi iudicij vir, & in hoc genere xp̄t̄os hodie facile princeps II. vir noster Marcus Velerus existimauit, qui nec verba ex mente & elegantia Curtij putauit, quod genus celeritate maximè constat. Curtius fortasse dixit; quod genus plurimum, vel maximè, celeritate valet, aut potest. Qui tibicinem reiicit, columnam substituat. Certè lectoris interpretamētum esse vel ex eo coniicias, quod librarij qui ad corpus spectare rati sunt, non suo loco inferuerint.

**SERIE LAMINARVM GRAVES** De hac ead. Persarum Panoplia & armatura in frā Curtius: Equitibus quisque tegumenta erant ex ferreis laminis serie inter se connexis. Hamabantur laminæ terreæ, & ordine inter se connectebantur, totumq; & equitem & equum tegebant, sic tamen vt facile se & equites extendere, brachia mouere, hastas vibrare possent. Eum locum apud nos obtinent cataphracti, & olim loricati. Claudianus magnificè dixit:

---- coniuncta per artem  
Flexilis inductis hamatur lamina membris,  
Horribilis visu. Credas simulacra moueri  
Ferrea, cognatoq; viros spirare metallo.

Malim pro hamatur cum Liplio scribere animatur, cum sequatur, credas simulacra moueri. Erant loricae squamatæ vt Herodotus passim docet & Strabo, qui χιτῶνα λεπιδωτὸν, ille φολιδωτόν appellat. Multa super his Brisonius de regno Persarum, & Lipsius de Militia Romana, qui omnis generis loricas describit: Ego vnum aut alterum hic apponam explanationis causa. Ammianus: Praxitelis manu polita crederes simulacra, non viros, quos laminarum circuli tenues apti corporibus, flexibus ambiebāt, per omnia membra diducti, vt quocūq; artus necessitas cōmonisset, vestitus cōgrueret, iunctus coherenter aptata. Plenissimè scriptor Græcus apud Suidam: Ωραῖον ἵππος πάρθε τοῖς δέ εἰσι. τὸ μὲν γόρτον πρόσω, σέργα τε καὶ μηρούς, γέχειρας ἀρρενίους, γέχνημας καλόπτεις. τὸ δὲ διστονιώτερον τὸν αὐχένα, καὶ τὸν κεφαλὴν ἀποστραφ. περόνου δὲ εἰσι, πρὸς τὰς πλευράς, πεποιημένας, οἷς ἐκάπερον τὸν μερῶν συμπαραγόντες διονύσιον ποιεῖ φάγεον τὸν ἵππον. καλύπτει δὲ οὐδὲν διόπτρας, εὐτερὰς ἔκτασις τὸν μελῶν, οὔτε τὰς συσολές. οὕτως ἀπειλῶς πρὸς τὸν μελῶν φύσιν πεποιηται. ὅπλα δέ τον ἵππον διονύσιον πάντα μεχρι τὸν ὄνυχαν. διότε οὐδὲν διορθεῖ φελοῦ ἀνέτην τὸν ὄπλον, εἰ δὲ ἵππος προσταλότο: Lorica Parthi equitis est talis. Prior eius pars pectus & femora & manus extremas & crura tegit. posterior, tergitum & cernicem, & caput totum. Fibulae vero sunt ad latera, quibus vir amq; partem iungunt, atque ita totum equitem ferreum dare videri. Prohibet vero nihil aut impedit ferrum membrorum extensiones sive contractiones: adeò curiosè factū sectumq; est ad naturā membrorum. Armat aut & eqnum similiter ferro, totum quidem & usque ad vngulas. hoc ideo, quia nihil illis arma profint propria, si equis interficiatur.

**O C C U P A V E R A N T** Dum se verterent, & Thessalos dilaplos vellent persequi, occupati fuerūt, hoc est præoccupati & præuenti à Thessalos, qui reuerteri, in sparsos & turbatos impetum fecerunt, viatoreisque mox vicerunt.

## C A P V T XXII.

## A R G V M E N T V M.

Alexander persequitur fugientes, Græci soli sensim se subduxère à Persis, ex quibus alij cæsi, alij Darium secuti, quatuor millia cum Amynta euasere. Castra inde hostium ab Alexandri milite occupata, capti filius, mater, vxor, filiæ Darij, toto prælio cæsi Persarum centum millia peditum, decem milliae equitum, Macedonum duo & triginta pedites, centum quinquaginta equites, non amplius desiderati.

**A**ct tam prospera pugna nuntiata, Alexander non ante ausus persequi Barbaros, ut ring, iam vñctor instare fugientibus cœpit. Haud amplius regem quam mille equites sequebantur, cum ingens multitudo hostium caderet. Sed quis aut in victoria, aut in fuga copias numerat? Agebantur ergo atque paucis pecorum modo, & idem metus, qui cogebat fugere, fugientes morabatur. At Græci, qui in Darij partibus steterant Amynta duce, (prator hic Alexandri fuerat, tunc transfuga) abrupti à ceteris, haud sanè fugientibus similes evasebant. Barbari longè diuersam fugam intenderunt, alij quā rectum iter in Perside ducebant, quidam circuitu rupes, saltusq; montium occultos petuere, pauci castra Darij. Sed iam illa quoque hostis vñctor intrauerat, omni quidem opulentia ditia, ingens auri argentiq; pondus, non belli, sed luxuria apparatum diripuerant milites. cum q; plus raperent, passim strata erant itinera vñliribus sarcinis, quas incomparatione meliorum auaritia contempserat. iamq; ad fæminas peruentum erat: quibus, quod cariora ornamenta sunt, violentius detrahebantur: nec corporibus quidem vis ac libido parcerat. omnia planctu, tumultuq; prout cutque fortuna erat, castra repleuerant: nec villa facies mali deerat, cum per omnes atates ordinesque vñctoris crudelitas, ac licentia vagaretur. Tunc verò impotentis fortunæ species confici potuit, cum ij, qui cum Dario tabernaculum exornauerant omni luxu & opulentia instructum, eadem illa Alexandro, quasi veteri domino reseruabant. namq; id solum intactum omiserant milites, ita tradito more, ut victorem vñcti regis tabernaculo exciperent. Sed omnium oculos, animosque in semet auerterant captiva mater, coniunxq; Darij. illa non maiestate solum, sed etiam atate venerabilis: hac forma pulchritudine, nec illa quidem forte corrupta, acceperat in sinum filium, nondum sextum annum aetatis egressum, inspemtanta fortuna, quantam pater eius paullò ante amiserat, genitum. At in gremio anus auie iacebant aduta dua virgines, non suo tantum, sed etiam illis mærore confectæ. Ingens circacam nobilium fæminarum turba constiterat, laceratis crinibus, abscissaq; veste, prytini decoris immemores, reginas, dominasq; veris quondam, tunc alienis nominibus inuocantes. Illæ suæ calamitatis oblitæ, utro cornu Darius stetisset, qua fortuna discriminis fuisset, requirebant, negabant se captas, si viueret rex. sed illum equos subinde mutantem longius fuga abstulerat. In acie autem casas sunt Persarum peditum centum millia, decem equitum. At ex parte Alexandri ad quatuor & quingentis saucijs fuere, triginta omnino & duo expeditibus desiderati sunt, equitum centum quinquaginta imperfecti. Taniulo impendio ingens victoria stetit. Rex, diu Darium persequendo fatigatus, postquam & nox appetebat, & consequendi spes non erat, incastra paullò ante à suis capta, peruenit.

VTRINQVE IAM VICTOR ) Ab utroque cornu, dextro & laeo.  
MILLE EQVITES REGEM SEQVEBANTVR ) Alexandru, qui Dario fugienti imminebat.  
INCENS MVLITITVDI CADERET ) Enquit paor & trepidatio possit in bello. non gen-  
ta millia supererant ex equitatu Darij, & à mille Alexandri equitibus vt iumenta agebantur, ster-  
nebantur, cædebantur. træcenta millia minimum ex peditibus & ab equitatu reliquo trium aut  
quatuor millium ritu pecudum maëtabantur. Non est ergo grauior metu hostis, qui quamvis nume-  
rosas copias exarmat.

QVIS IN VICTORIA AVT FVG COPIAS NUMERAT ? ) Nesciunt vieti cum fugi-  
unt suas copias, nesciunt victores suam inopiam & paucitatem, cum victos persequuntur. Sunt  
huius rei in promptu historiæ sacræ & ciuiles, Gedeonis, Samsonis, Iudithæ, Machabæorum, Mil-  
tiadis, Themistoclis, Clearchi, & pasim Romanorum. Sed maximè illustres victorias superiori  
sæculo Lusitanæ sæpè paucissimi de innumerabilibus Indis reportarunt, vt apud Oforium & Ma-  
fæum cognoscet.

IDEM METVS QVI FVG. COGEBAT, FVG. MORABATVR ) Acutè hoc more suo  
Curtius, Dum in tanta mole exercitus quicunque primus conatur euadere, concurrentes simul omnes  
in angustijs se mutuò præpediunt, elidunt, occidunt, vt ipsa fuga fugam impedit. Ita Pacatus: Ita il-  
le ipso quo quo agitabatur metu alligatus, in oppidum semet Aquiliense precipitat.

AT GRAECI QVI IN DARI PART. STETERANT, DVCE AMYNTA ) De hoc Amynta  
Antiochi F. suprà ex Arriano narratum, & infrà plenius narrabitur. Triginta millia erant merce-  
nariorum, quatuor millia collegit Amyntas, totidem Thymondas, Dianor & Aristomedes, vt esset  
octo millia, cum quibus in AEgypto quam occupare conabantur, interiit.

HAVD SANE FVGENTIBVS SIMILES ) Circumuenti erant Cræci mercenarij à phalan-  
ge Macedonica, multis cæsis, iij, qui per montem dispositi erant, evaserunt.

HAVD FVGENTIBVS SIMILES ) Quia seruatis ordinibus sensim cesserunt, ac Tripolim  
u configerunt.  
RECTA PERSIDEM ) Per Pyras Amanicas Armeniam versus, non per portas Syriæ, quas A-  
lexander occuparat.

SALTVS MONTIVM OCCVLTO\$ ) Montanam Ciliciam versus Amanum montem, vbi  
strones stabulabant, ut ex Ciceronis epistolis disces, qui in illis expugnandis, vti & Alexander,  
diulaboravit.

CASTRA DARI TRANS PINARVM AMNEM POSITA TARSVM VERSVS HOSTIS  
VICTOR ) Redundare vocem hostis Critici persuadent. Victor exercitus Alexandri Darium adhuc  
persequentis.

INGENS AVRI ARGENTIQVE PONDVS ) pecunia non valde grandis in castris reperta,  
quod omnem ferè Damascum ante prælium dimiserit. tria millia tantum talenta numerata, decies  
octies nempe centena millia, vt Arrianus est auctor.

LXXVRIA APPARATVM ) Plutarchus hunc exprimit. ὡς δὲ ἔδει ὅλην, οὐκ χρωσθεῖται πού-  
λης, καὶ ἀλαβάσεις, τῶντα χρυσὸν ἢ σκηνέαν τεγμάτων &c. Ut autem holcia vidit & crossos, ampullas, ala-  
baistros, ex auro fabrefacta omnia &c. Inter hæc vasæ reor fuit scrinum illud Græcis & Latinis cele-  
bratum, in quo Homeri carmina reposuit, vt in hunc modum de eo tradit Strabo. φέρεται γένεται  
διόρθωτις τῆς Οὐμερίπολιστεως, οὐκ τοῦ ναρθηκοῦ λεγομένη τοῦ Αλεξανδρείας μετὰ τὸν τερπὶ Καλλίδεντα καὶ Αρά-  
χαρχον, ἐπελθόντος, καὶ σημειωταριώτερος λένε, ἐπειτα κατέβη τοῦ ναρθηκοῦ, διέφερεν εἰν τῇ περσικῇ γῇ το-  
λιτελῶς κατασκευασμένον. Etenim fertur quadam emendatio poëseos Homericæ, que ē Narthecio Alexan-  
dri appellatur, posterior Callisthenis & Anaxarchi correctionibus. cum singula Alexander perlegisset, ac  
quædam adnotasset, codicemque postea in narthecium deposuisset. quod scrinum in gaza Persica repere-  
rat preciosè admodum comparatum. De eodem Plinius his verbis : Itaque Alexander Magnus inter  
spolia Darij Persarum regis vnguentorum scrinio capto, quod erat auro gemmisq; ac margaritis pretiosum,  
varios eius usus amicis demonstrantibus ( quando tenebat vnguenti bellatorem & militia sordidum ) immo-  
Hercule, inquit, librorum Homeri custodia detur, vt pretiosissimum humani animi opus quam maxi-  
mè diuti opera seruaretur. Addit his Petrus Victorius Alexandru ab Homeri amore dictu filomorpho.  
Sed quid miramur Alexandrum Græcum fuisse filomorpho, cum Periæ & Indi in patriam versa lingua  
Homeri carmina cantarint. Sed redeamus ad Curtium. De Castrorum luxuria multa Brisonius.  
Cæsar l.3. belli ciuilis, Pompeiana castra ferè vt hic Curtius Dariana describit.

AD FAEMINAS PERVENTVM ERAT ) Castris Darij expugnatis, custodibus cæsis, sarcinisq;  
obuijs direptis, ac vilioribus identidè præ melioribus quæ offerebantur, abiectis, tādem viciis viris  
ad gynæcæa peruentū est, vbi lamentabilem fœminarū conditionē & Curtius, & Diodorus potissimum  
describunt. Primū armillas, inaures, gémas, omnemq; cultū meliore illis detractum, postremò nec à  
corporibus vis militaris & petulâs impudentia abstenta. Aberat Alexander qui prohibere posset, in  
persequendo Dario occupatus, tantū regis & reginarū tabernaculis parsu, quoad rediret Alexander. πάντα  
θεοὺς δὲ δεινότατον περιτας αὐχ μελαζομένας γυναικας. οὐ γέρετο τερον δια τρυφεων ἐπ' ἀπίνακας πολυτελέτη μον-  
γις κατακομβόμενας γυναικον μέρος. Θεόματος οὐδεν φύγεσαν τοτε μενοχιτωνες, ητας οὐδηγον περιπέπτοσαν μετ-

οδηγμῶν ἐκ τῶν σχημῶν ἔπειδων, ἐπίσωμαν δεούς καὶ πυοστίπτεσσα τοῖς τῷρι χρατεντῶν γόνατι. περιγράμμεναι δὲ ταῖς χερσὶ τρεμόσαις τῷρι τὸ σώματον κόσμον, καὶ τὰς κόμας ἀνεμέναι διὰ τόπων τραχέων θεον, καὶ πρὸς ἄλληλας συντρέχοσαι βοηθεῖς ἐπεκχλεύοντας τὰς τῶν ἑτέρων ἐπικεφαλὰς δεομένας. οἵγον δὲ ἀντάσ οἱ μὲν ἀπὸ τῆς κόμης ἐπίστημενοι τὰς ἡτούχηκας οἱ δὲ τὰς ἐδήπτας περιρργνόντες καὶ γυμνοῖς σώμασιν ἐπιβαλλοντες τὰς κέρας, καὶ τὰς σάδημας τῶν δοράτων τύπτοντες καὶ τὰ λοιπά. Huiusmodi fœminarum captiuarum conditio nulli non vehementissimam miserationem commouisset. Quaenam prius ob teneritudinem carpentis ornatisimis vix commodè rebabantur, corporis sui nibil non tectum habebant, nunc simplicem induit tunicam, vestesque manibus lacerantes, cumque eiulata magno ἐπιταξιαν se proripiebant, Deos inclinantes, & ad victorum genua sese prouoluendo. Alia manu vestem subleuantes, capillis passis in aua & inuia procurabant, sibique in iuicem occurrentes, altera alteras opem ne quicquā implorabant. Erant quae infelices ab hoste crinibus raptarentur, quibusq; laniata ueste in corpora violenta manus iniicerentur, imaque hastilium parte funderentur. Et quae ibidem sequuntur, ex quibus intelligit Lector, quād verē dixerit Curtius castra planctūque resonuisse, nullamque faciem mali defuisse, victorisque & militis licentiam, crudelitatem immanitatemque per omnes astatates ordinatam gloriam esse.

**Iuuenalis.** IMPOTENTIS FORTVNAE SPECIES) Si fortuna volet fies ex Rhetore consul,  
Si volet hac eadem fies ex consule Rhetor.

Verè Valerius hæc: *Caduca nimirum hæc & fragilia, puerilibusq; crepundij consentanea sunt, qua vires & opes humanae vocantur. Afflunt subito, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in persona stabilibus mixa radicibus consistunt: sed incertissimo flatu fortuna buc atque illuc acta, quos insublime extulerunt, improviso decursu destitutos, profundo cladium miserabiliter immergunt. Itaque neque existimari, neque dici debent bona, quæ vt inflictorum malorum amaritudine desiderium sui duplicant: propensiore fauore primo delinitos, maiore postea malorum cumulo opprimere solent. Hanc certè Valerij sententiam mille confirmant principum exempla, quæ passim in omnium gentium memorijs cognoscuntur. Darium Alexander regno, Alexandro vitam Antipater, totamque Alexandri sobolem & posteritatem Cassander, Iugurtham Marius regno euerit, Marius Sylla, Cæsar Pompeium, Cæsarem Brutus, Brutum Antonius, Antonium Augustus, vt semper victor haberet, à quo seu arte, seu Marte vinceretur. Impotens habent nonnulli codices. placet impotentis.*

QVI DARIO TABERNACULVM EXORNaverant) vel tum legerim cum pluribus librīs, vel illud Modij cum omnino proscripterim. Nec est opus vt τὸ tum locum suum, vt Acidalio placebat, migret, teruet stationem suam. Qui, ad ministros Darij referendum. Siculus ab Alexandri famulis præparatum Alexandre narrat. Prætoria Augstalia seu tabernacula militaria Persarum reges & Satrapæ magnificentissimo varioque instrumento instrui solita, partim iam ex Diodoro & Plutarcho docui, partim ex Herodoti VI. & XX. Xenophontis Αναβάσεως. IV. Aristidis Smyrnaica Politica oratione doceri potest, qui postremus ὅστε, inquit, εἰς πομπὴν ἐνιαυτον κεκοσμημένη ταῖς τε ἴδιαι καὶ ταῖς δημοσίαις κατασκευαῖς ἐργάζεται, σχημᾶς μηδικῆς ἀρρότρου. Tantquam ad pompam anniuersariam instructa, tum priuato, tum publico apparatu Medicā scenā magnificenter exornatur.

ALEXANDRO QUASI VETERI DOMINO) Venturo domino & Aldina & Florentina scriptura ponit, sed vetutiores codices retinent Veteri domino, quod magis arridebit, si Curtij verba attenderis, nec enim gratis addit, quasi veteri domino. Ministri Darij perinde seruabant tabernaculum Darij omnibus rebus instructum Alexandro nouo domino, ac si illud veteri custodirent. Non damnanda tamen altera lectio, quadrat enim & venturo, et si melius veteri.

ITA TRADITO MORE VT VICTOREM VICTI REGIS TABER. EXCIP.) In castris prætorio, in vrbe excipitur arce, vel regia, vel palatio.

SED OMNIVM OCVLOS AN. IN SEM. AVERT. CAPT. MATER, CONIVNX QVE DARIJ) Omnim etiam Macedonum victorumanimos Syligambis mater Darij cum nepotibus mouit, vt ipſi quoque Macedones indignæ illius fortunæ illacrymarent, vt Diodorus Siculus lamētabili narratione rem describit. Matrem Curtius ab ætatis veneratione & maiestatis regiae dignitate commendat, infra sapientia prudentia, constantia, moderatione animi, quibus virtutibus etiam hosti Alexandre se commendauit.

HAEC FORMÆ PVLCHRITUDINE) Plutarchus: Καί τοι λέγεται γε τὸν Δαρεῖον γυναικεῖον τασσὸν τῶν βασιλεῶν ἐν περιεστάτειν γενέσαι, καθάπερ καὶ αὐτὸς Δαρεῖος ἀνδρῶν καλλίσ Θεοὶ μέτροι τὰς ἡταῖδας ἐπικένεν τοῖς γονεῦσι. Et fertur vxorem Darij omnium reginarum longè venustissimam fuisse, vt & Darium virorum pulcherrimum & procerissimum similesque parentum filias. Xerxes, Herodoto auctore, inter quinquecentena millia, quos in aciem eduxit, omnium maximus & pulcherrimus fuisse traditur. Forma etiam reges miris modis ornat, immo quousquis mortales, vt regno etiam digna in quo quis dicatur pulchro. Porro Darij vxorem Plutarchus iterum laudat; cum ait: Περὶ δὲ τῆς Δαρεῖον γυναικὸς ἐν περιεστάτης γενομένης τοῦ φωνῆς ἐπειδήσαν τὸ καλλίσ θέατρον. De Darij porro vxoris forma laudatissima, neque ullam vocem qua illius pulchritudo laudaretur, mitti passus est. Ceterum proceritas corporum etiam mirè commendat, hominem præterim principem, ut

Virgi-

## EXPLANATIONES.

91

Virgilius Didonem ab eadem commendandam putarit ( addit enim maiestati decus singulare) quam cum Diana componit:

Regina ad templum forma pulcherrima Dido  
Incessit, magna iuuenum stipante ceterua.  
Qualis in Eurota ripa, aut per inga Cimbi  
Exercet Diana choros: quam nulle secuta  
Hinc atque hinc glomerantur Oreades. Illa pharetram  
Fert humero: gradiensque Deas supereminet omnes,  
Talis erat Dido. ---

Qui locum Homeri expresit Nausicaen Dianæ comparantis:

Πασάω δ' ὑπερήγε κάρη έην ἡδε μέτωπα  
ώς ἣν ἀμφιπόλοισι μετέπερ παρθένος ἀδμίν.  
Omnes verò ipsa capite supereminet atque fronte,  
Sic illa inter ancillas excellebat virgo indomita.

Proinde Homerus cum Tydei breuitatem corporis attigisset, illam bellica gloria compensatam dixit:

Τυδεὺς τοι μικρὸς μὲν ἦν δέμας, ἀλλὰ μαχαρίς.  
Corpo parvus erat Tydeus, sed maximus armis.

Nec illa quidem sorte corruptae) Nec oris venustas lacrymis decoris depravata est. Corruptitur autem facilimè, præsertim in paruulis, cum lacrymant & os depravant.

FILIVM) Ochum sexennum, de quo mox infra, vnicus hic erat Dario superstes. quādiu vixerit incertum, ad decimum quintum annum peruenisse certum est, cum Alexandro superfuerit, vt infra lib. 10. docebitur.

DVAE ADVLTAE VIRGINES) Quarum vnam duxit in vxorem ipse Alexander, Statuam, inquam; Alteram Hephaelton alter quasi Alexander, vt illum ipse Alexander vocitabat.

ANVS AVIAE) Syligambis, cuius fortunam iuxta ac suam dolebant neptes.

LVCE RATIS CR INIBVS ABS CISSA QVE VESTE) more gentis hoc, vt infra Curtius : Post hanc vocem spado, gemitu non modò tabernaculum, sed etiam castra compleuit. Irrupere demum alij, laceratisque vestibus, lugubri & barbaro vulnalu regem deplorare coperunt. Idem Curtius Vol. 4. Tyriotes in castra regis peruenit, exceptusque à vigilibus in tabernaculum regis perducitur gemens & veste lacerata. Rursum in morte Alexandri, Vol. 10. Ad Darū quoque matrem celeriter perlata est. Abscissa ergo veste quæ induita erat, lugubrem sumvit, laceratisque crinibus humii corpus abiecit. Et de Persis in eiusdem Alexandri morte: Persa comis suo more detonsis, in lugubri veste cum coniugibus & liberis, non vt victorem & modò hostem, sed vt gentis suæ iustissimum regem vero desiderio lugebant. Secutus hunc morem Persicum Alexander in Hephaeltonis tunere ὅδεν λογισμῷ, inquit Plutarchus, ῥὸ πάθος· Αλέξανδρος θεού, & Λέβης μὲν ἵππος τε κεῖραι, πάντας ἐπὶ πένθει, καὶ ημίονες ἔκλευστεν, καὶ τῶν πέρι, πόλεων ἀφείλεν τὰς ἐπάλξεις. Alexander dolorem nullo modo ferre potuit, sed extemplo equos omnes & mulos inßit tonderi, & urbium circumiacentium propugnacula deïci euertique. Ita Herodotus ob Masiſtij mortem in Plateensi prælio cœli, scribit à Persis equos & iumenta, cum à se fissent initium, tonsa. σφέας, inquit, ἀντοῦς κειστρες τῆς ἵππος καὶ τὰ ὄπυζγα διμωγῆτε χρεούμενοι ἀπλιστοι. Et Plutarchus in Aristide de Persis super morte eiusdem Masiſtij idem Herodoto narrat. Omitto Græcorum, Hebræorum, Romanorum, Christianorum ritus in funeribus solennes, de quibus & nuper, & olim libri prodierunt. Nobis Curtius illustrandus fuit.

REG. DOM. VERIS QVONDAM TVNC ALIENIS NOMINIBVS IN VOCANTES) Persidis & Asia quondam maximas reginas verè appellabant, dum res Persarum maneret: sed viçto Dario, amissioque regno, nec Reginæ amplius, nec Dominæ, sed captiuae & famulæ crant victoris, si veram conditionem spectes. alienis ergo nominibus in præfens vocabantur, cum reginæ Dominaeque vocarentur.

SVAE CALAMITATIS OBLITAE) tantus amor veneratioque reginarum erat aduersus Darijum regem suum, vt suæ fortunæ rationem nullam ducerent, tantum de rege solicite, quererent saluus ne esset, vtra in parte exercitus, sinistra an dextra stetisset, quomodo vicitus celsisset. Cumque nonnulli saluum responderent, negabant se captiwas incolumi Dario, vel quod de se nihil laborarent, si ille saluus esset, vel quod sperarent se vel armis vel auro mox in libertatem ascertum iri.

SED ILLVM EQVOS SVBINDE MVTANTEM) Idem Diodorus Siculus narrat: Huiusmodi, inquit, sunt exercitus prælij ad Issum Cilicie commissi, in quo vietus Darius, equis identidem mutatis, in cursu sufficerent fugam arripuit, Alexandri in sequentis manus euitare, & ad superiores prefecturas peruenire maximi contendens. Aelianus, vt supra monui, equa duntaxat elapsum affirmauit, sed non pugnataлиjs, potuit & equos plures adhibuisse, vt facile ex eodem sexum colligas.

IN ACIE AVTEM CAESA SVNT PERS. PED. CENT. MILLIA, DECEM EQVITVM) Diodorus Siculus numerat peditum centum viginti millia, equitum decem. Arrianus peditum nonaginta mil-

millia, equitum decem vniuersè, centum millia, non amplius: sic enim ille, rō dē ἀλλοπλῆσι, rīs dē  
μάλισα μογίδαις ή ἐν τρέταις ιππεῖς ὑπὲρ τὸν μογίδαις En, & ex his, inquit, super decem millia equitum. Iu-  
stinius rursum aliter: Casā sunt, inquit, peditum vnum & sexaginta millia, equitum decem millia, capta  
quadrinventa millia. Orosius iterum ab omnibus alijs abit: Ibi tunc, inquit, peditum octoginta millia, e-  
quitum decem millia casā sunt, capta autem quadraginta millia sunt. Plutarchus generatim ὑπὲρ ἐνδεκα-  
μογίδαις ponit cæsas, hoc est super centum & decem millia sine equitum peditumue discrimine; tan-  
ta est varietas scriptorum in vnico cœforum numero. Scripsit Antipater epigramma super hac cæde  
Persarum ad Isum. Anthologiam adi.

Hancne pugnam Philoxenus Eretrius pictor coloribus redintegrarit, an illam Alex. cū Dario ad  
Arbelam seu Gaugamela, Plinius lib. 35. p. 141. non exprimit.

AT EX PARTE ALEXANDRI QVATVORE ET VIGINTI FVERE SAVCII) Ita omnes mei  
veteres codiccs, sine vocula præposita ad. Ut mirer quid Modio in mentem fuerit, vt suæ editioni  
i seruerit cum solæco præpositionem. Ad quatuor & quingentos dictum oportuit, admissa προθεται.  
Sed proscribenda à Curtio, cum à libriscæteris absit. Vel certè ut Acidalius censuit, Admodum legen-  
dum pro quasi, quod eleganter & latine dicitur.

TRICINTA OMNINO ET DVO) Glareano, Modio & Acidalio visum emendare trecenti om-  
nino & duo. Diodorus sanè diferté trecentos exprimit rō dē Μακεδόνων πεζοὶ μενεῖς τριακοσίους, ιππεῖς  
dē πεζοὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα. Macedonum cecidere pedestres quidem ad trecentos, equites centum quinquaginta.  
Iustinius: Ex Macedonibus cecidere pedestres centum triginta, equites centum quinquaginta. Iusti-  
num sequitur Orosius, quorum neuter cum Diodoro consentit, vt Franciscus Fabricius fædè lapsus  
Scripsit, cuius tamen verba ipse ponit εἰς τριακοσίους. Glareanus ex Valla negat dici triginta & duo, sed  
duo & triginta. Proinde & superiorum Curtij locum restituendum, legendumque, duo & triginta ar-  
matorum ordines ibant, non triginta & duo: sic enim à Curtio scriptum, deinde compendio notarum  
factum vt x x x i. scriberetur, vnde errorem illapsum in Curtium. Vallæ verba sunt ex Cicerone:  
Flato vno & octogesimo anno scribens mortuus est: Isocrates quarto & octogesimo anno, cum librum qui Pa-  
nathenaicus inscribitur, scripsisse dicitur, vixique quinquennium postea. cuius magister Leontinus Gorgias  
centum & septem compleuit annos. Ex his Ciceronis locis Valla docetante centum præponi numerum  
minorem, post centum vero postponi, quod Quintilianus quoque confirmat cum ait: Artium scrip-  
tores antiquissimi Corax & Thysias Siculi, quos insecurus est vir eiusdem insulae Gorgias Leontinus, Empedo-  
clis, vt traditur, discipulus. Is beneficio longissima etatis (nam centum & novem vixit annos) cum multis si-  
mul floruit. Et pauli post de Isocrate: Eo que iam seniore (octauum & nonagesimum compleuit annum)  
pomeridianis scholis Aristoteles præcipere artem Oratoriam cœpit. Sed hoc obseruandum attende, id tan-  
tum videri interiecta copula. Nam ea sublata, vt quicunque numerus maximus est, ita primo loco pre-  
ponitur, duntaxat citra centum. Ut: maior viginti quinque annis. non autem: maior quinque viginti annis.  
Supra centum naturalem ordinem sequimur, vt centum & septem, & sine copula: Centum viginti  
natros annos Parmæ tres edidere, Brixelli vnum centum viginti quinque. Parmæ duos centum tri-  
ginta, Placentiæ vnum centum triginta vnum, &c. Ex hac Vallæ præceptione Glareanus, Modius &  
Acidalius euincere conantur in Curtio supra legendum esse: Duo & triginta armatorum ordines ibant.  
non: Triginta & duo ordines ibant. Ethic: trecenti omnino & duo ex peditibus desiderati sunt. Sed  
potuit Curtius supra sine copula dixisse: Triginta duo armatorum ordines ibant, quod latine effertur.  
Ethic: Triginta duo omnino ex peditibus. &c. Malim tamen hic cum illis doctis viris rescribere: Tre-  
centi omnino & duo. Primum quod verisimilius, plures cecidisse pedestres quam equites; deinde quod cæ-  
teri scriptores omnes minimum centum & triginta ponant, alij etiam trecentos. Nec priori loco  
valde repugnarim. In Curtio tamen non facile verba migrarim, cum & Seneca, quamvis non primi-  
ceps latinitatis auctor eo modo sit locutus in Apocolocyntosi, ipso fere principio: Annus sexagesimus  
& quartus est, ex quo &c. Et infra rursum Curtius, ubi monachò.

TANTULO IMPENDIO INGENS VICTORIA STETIT) Nobile epiphonema subiicit pro  
suo ingenio Curtius, tam paruo stetit tanta gloria, tam parua iactura fuorum Alexander tantam  
eladē intulit Asia, Asiamque sibi subiecit. Illis tamen qui cediderunt iactura sat magna fuit, qui  
victoria frui non potuerunt. Ut Fabius Maximus filium consulem dicentem paucorum iactura col-  
lem posse occupari, interrogavit, an ipse vellet esse de illis paucis. Sed fortasse ex hoc loco volet Le-  
ctor contendere seruandam esse scripturam Curtij, cum dixit duos & triginta cecidisse de peditibus.  
Hunc enim numerum respondere tantulo impendio. Sed si conferas cum centum & decem millibus,  
hos etiam trecentos triginta propè nullos vides præ tot millibus. Habet ergo pugnam ad Isum. quæ-  
res quo anno, qua Olympiade, quibus consulibus, quo die sit pugnata hæc pugna. Diem signavit  
Aelianus octauum Idus Febr. qui sextus est Februarij. Sic noster Schottus in Vitis comparatis Ari-  
stotel. & Demosthenis, ad Olymp. cxi. Ann. i. v. Aril. l. II. Dem. xl ix. sed meo iudicio Ael-  
ianus non loquitur de pugna ad Isum, sed ultima, qua victus est & omnino debellatus Darius, ad  
Arbelam seu Gaugamela ἡ ἔτη δέ τε μηνός τε βαρυγλῶν non est sextus Februarij, sed sextus Aprilis,  
vt Gyraldus ostendit, quamvis dicant Februarium esse, alij Maium. Accedit ab Arriano exerte  
proditum mensem non βαρυγλῶν, sed μακραχτυρῶν, quem Suidas Ianuarium interpretatur, & cum  
illo Vulcanius, Bartholomæus Facius prior interpres, mensem omnino prætermisit, vel ex codice  
cor-

corrupto, vel nescio, per quam imprudentiam, nam incitiae arguere tantum virum non placet, nec verum est. Dies ergo latet. De mense constituamus, quem Arrianus Μαινακτηριῶν appellat, & Suidas Ianuarium interpretatur. Sed pugnam mense Ianuario non commissam ex illo ostendi potest, quod supra dixerat Curtius (cap. x i v.) *Vtique cum iam hyems instaret*. Ianuarius non inchoat hyemem, sed propè finit. Gaza cum Septembri nostro componit. Sed neque Septembrem fuisse coniicio Memacteriona, nam statim post pugnam Damascus fuit occupata à Parmenione, cælo adeo frigido, ut baiuli frigus ferre non possent, quod certè in Septembri temperatisimo mente propè nullum est. Sic enim Curtius mox infra: *Hi (Gangabæ) quum frigus tolerare non possent, quippe & procella subitè niuem effuderat, & humus rigebat gelu &c.* Senserim cum Harpocratone, Lysimachide, Vlpiano & alijs, primum hunc mensem ex hibernis fuisse, quintum quidem Atheniensibus à Junio annum auspicantibus, qui nostro Octobri, non Septembri respondet, quarto à Junio, non quinto. Et hæc quæ narrat Curtius circa adulturn iam Octobrem contigile, ubi iam annus in hyemem vergit. Μαινακτηριῶν enim à turbido iam & hiberno Ioue, qui Μαινάκτης Græcis, hoc est furore correptus & turbidus appellatur, quod hyems, vt ait Lysimachides, hoc mense & aër turbari incipiat. Vlpianus ad Demosthenis Olynthiacas hibernum mensem vocat μαινακτηριῶν, sic enim ille ad hæc Demosthenis: *Μὴν μὲν ἦν μαινακτηριῶν.* Χειμέρη, inquit Vlpianus, *οὗτος ὁ μὴν: οὐ δέκατον ὅτι, καὶ τοι χειμῶν* πλεῖν εὐφρίσασθε. Mensis erat Μαιnacterion hibernus hic mensis est. ex quo ostendit, quamuis hyems esset, nauigandum esse decreuisti. Hier. VVolfius Septembrem dubius vertit, & negat se hanc inter Grammaticos litem posse componere. Atqui certè September hibernus mensis non est, & statim proximè secutus, & ex illo calorem adhuc trahens. Intelligamus ergo hic adulturn Octobrem iam in hiemem & Nouembrem inclinantem, immo Nouembrem ipsum, vt meliores auctores sentiunt. Atheniensibus enim ita numerabantur menses à Solstitio æstiuo. ἐκατονταβαθμόν, μεταγεννιών, βοσποριῶν, τουαντού, μαινακτηριῶν, τωσειδεών, γαμηλιῶν, ἀνθεστηριῶν, ἐλαφιβολιῶν, μενιχιῶν, θαργηλιῶν, σκρροφοριῶν, qui hoc ordine respondent mensibus Julianis: Iulius, Augustus, September, October, Nouember, December, Ianuarius, Februarius, Martius, Aprilis, Maius, Iunius: vides Memacteriona respondere Novembri, qui certè mensis hiemat. Sed de his plura Christmannus ad Alfragano. De Anno & Consulibus sequitur. Atque Alexandri quidem regni fuit tertius, & tertius ac vigesimus ætatis, Athenis preto Nicocrate, Romæ Valerio Cælone, & Lucio Papirio Coss. Diōdoro auctore. Arrianus Nicostratum vocat, nisi mendum in codice Coss. à Latinis eduntur L. Papiri Crassus & C. Duilius, vt Capitolini Fasti, Cicero, Liuius, Cassiodorus testantur. Chronicon Alexandrinum Crassum nominat & Dulium, haud dubiè librarij vitio, pro Duilio. AVC. c d x v i l. Olympiad. c x i . Anno 111. vt Fasti Siculi habent. Ad Capitol. est primus annus assignatus. Andreas noster quartum ponit. Aelianum autem omnino fallum putamus, quando nec prima cum Dario ad Isum pugna, nec postrema ad Gaugamela mense Thargilione pugnata est, vt infra copiosè ex Alfragano & Cristmanno demonstрабо.

**R E X D I V D A R I V M P E R S E Q V E N D O F A T I G A T V S**) Diodorus: Αλέξανδρος δὲ μετὰ τῆς ἑταῖρης ἵππας καὶ τῶν ἄλλων ἀριστών ἵππων ἐποιεῖτο τὸν διωγμόν τοῦτον διαχρήστης γενέθει τῷ Δαρεῖ, διανυσας δὲ σαδίζει διακοτίς ἀνέκαμψεν εἰς τὴν παρεμβολὴν περὶ μέσας νύκτας. Alexander cum prætoria turma & alijs delectis equitum persequitus Darium, omni ope operaque nec quicquam nitebatur Darium ex fugâ reprendere. Sed ducenta stadia progressus flexit iter media nocte in castra versus. Ducenta stadia continent sex millaria nostraria cum quadrante, ex quo intelligis quantoperè usserit Darium Alexander, & cur tam fieri ad suos reditarit, in capto enim Dario bellum finem sperabat. At ex Curtio posset doceri, non eouiq; progressum esse Alexandrum, cum appetente nocte à perlequendo Dario destitisse affirmet, nisi tam procul illum infecutus sit, vt sub confinium noctis correxerit iter, & summa demū nocte in castra peruererit.

## C A P V T X XIII.

## A R G V M E N T V M.

Alexander desperato capi posse Darium, reuersus in castra Darij conuiuum celebrat, Leonnatus mittitur ad solandas captiuas.

**N**uitari deinde amicos, quibus maxime assueuerat, iussit: quippe summa duntaxat cutis in femine perstricta, non prohibebat interesse conuiuio: cum repente è proximo tabernaculo lugubris clamor barbaro ululatu planctuque permixtus, epulantes conterruit. Cohors quoque, quæ excubabat ad tabernaculum regis, ve-

rita-

rita, ne maioris motus principium esset, armare se cuperat. Causa subiti paubris fuit, quod mater uxorque Darij cum captiuis nobilibus regem, quem imperfectum esse credebant, ingenti gemitu, ciuitatuque deflebant. Unus namque de captiuis spadonibus, qui forte ante ipsarum tabernaculum steterat, amiculum, quod Darius (sicut paullo ante dictum est) ne cultu proderetur, abiicerat, in manibus eius, qui repertum ferebat, agnouit: ratusque imperfecto detractum esse, falsum nuntium mortis eius attulerat. Hoc mulierum errore comperto, Alexander fortuna Darij, & pietati eorum illacrymasse fertur. Ac primo Mithrenem, qui Sardis tradiderat, peritum Persica lingua, ire ad consolandas eas iussorat: veritus deinde ne proditor captiuarum iram doloremque renouaret, Leonnatum ex purpuratis suis misit, iussum indicare, falso lamentari eas viuum. Necum paucis armigeris in tabernaculum, in quo captiua erant, peruenit, missumque se a rege nuntiare iubet. Atque, qui in vestibulo erant, ut armatos conspexere, rati, actum esse de dominis, intabernaculum currunt, vociferantes adesse supremam horam, missosque qui occiderunt captas. Itaque ut que nec prohibere possent, nec admittere auderent, nullo responso dato, tacite opperebantur victoris arbitrium. Leonnatus, expectato diu qui se introduceret, postquam nemo procedere audebat, relictis in vestibulo satellitibus, intrat in tabernaculum. ea ipsa res turbauerat feminas, quod irrupisse, non amissus videbatur. Itaque mater & coniunx prouolutae ad pedes orare cuperunt, ut prius quam interficerentur, Darij corpus ipsis patrio more sepelire permetteret: funetas supremo in regem officio se impigre morituras. Leonnatus & vivere Darium, & ipsas non incolumes modò sed etiam apparatu pristina fortuna reginas fore. Tum demum Darij mater alleuari se passa est.

**INVITARI DEINDE AMICOS**) Plutarchus à reditu Alexandrum ait è vestigio arma posuisse, & sudorem balneo abluisse: εὐθὺς δὲν ἀποδυσάμενοι τὰ ὅπλα, πρὸς τὸ λατρὸν ἐκάθιζεν εἰπών, οὐδὲν ἀπολέσθω μηδεὶς τὸν ἀπὸ τῆς μάχης δρῶτα τῷτε Δαρεῖον λατρεῖον. Confestim ergo exutis armis ad balneum properans: Eamus, inquit, abluti sudorem ex pugna manantem lauacra Darij. Imò, subiecit familiaris, non iam Darij, sed tuo; victi enim omnia victori cedunt. Idem Diodorus, sed paullo plenius: οἱ δὲ βασιλεῖς πάγδες καταλαβόμενοι τὴν Δαρεῖον σκηνὴν, ταχείᾳ λατρεῖον δέσποτα παρεσκευάζοντο, καὶ λαμπτάδων πολλὴν πυρὸν ἀφαντες προσεδέχοντο τὸν Αλέξανδρον, οἵτις ἀπὸ τοῦ διωγμῆς γενόμενος, καταλαβὼν ἑτοιμένου πᾶσαν τὴν παρασκευὴν τοῦ Δαρεῖον, οἰωνίστας τὴν δὲλιαν τῆς Ασίας ἡγεμονίας. Ministri ergo Alexandri tabernaculum Darij & lauacra canasque apparabant, crebrisque lampadum ignibus, ingentique pyra excitatis expectabant Alexandrum, ut à persequendo Dario reuersus, veniret in plenam rerum omnium Darij, velut Asia regni occupandi augurium, possessionem. Addit his Plutarchus Alexandrum rerum omnium apparatum contemplantem, & vnguenta, odores, tabernaculi magnificentiam & fastigium, lectorum laxitatem, mensarum & cœnæ nitorem admirantem dixisse τῇ τὸν ὁὐρανὸν θοικεν βασιλεύειν. Hoc nimisrum, ut videtur, est regnare.

**AMICOS QVIBVS ASSVEVERAT**) Hephaestionem nempe, Perdiceam, Parmenionem, Craterum, & his plures qui tot agmina & cornua duxerant.

**SVMMA CVTIS**) De hoc vulnera iam supra dictum, non altum fuisse, quamuis nonnulli fermur traiectum scripserint.

**BARBARO VLVLATV**) Macedonibus Græcis & politis inauditus. Persæ autem, vt aliae omnes gentes, Græcis Barbari, & ipsi Macedones Atheniensibus, de quibus copiosè disputatum à nobis ad primum epigramma Martialis, *Barbara pyramidum*.

**CONTERRVIT**) ratos, hostes alicubi collectos in castra irrupisse.

**COHORS QVAE EXCVBABAT**) De his excubationibus regijs infra lib. 8. ipse Curtius copiosè tractat, cum Hermolai insidias aperit.

**DE CAPTIVIS SPADONIEBV**) Captiuus erat, vitalii Persæ & Eunuchi cum gynæco capti in occupatis castris.

**AMICVLVM**) supra cap. 21. insignibus imperij indecorè abiectis, ad quem locum plura dicta.

**FALSVM NVNCIVM MORTIS ATTULERAT**) Certum esse Darium non solum imperfectum, sed etiam veste & insignibus regijs spoliatum, vidissè in Macedonis manibus vestem Dario detractam. Ita apud Liuum Horatia Curiatij sponsi, viso in fratriis victoris humero paludamento sponsi, quod ipsa consecerat, mortuumque cognouit, soluitque crines, & flebiliter nomine sponsum mortuum appellauit.

**ALEXANDER FORTVNAE DARI ET PIETATI BARVM ILLACRIMASSE FERTVR**) Idem Plutarchus, idem Diodorus, idem Arrianus. Nec Alexandri æmulus Cæsar hoc lacrymarum officium in fortuna Pompeij M. prætermisit. *Vt enim, inquit Val. Max. id ( Pompeij caput ) aperexit, oblitus hostis, socii vultum induit, ac Pompeio tum proprias, tum etiam filia sue lacrymas reddidit: caput autem preciosissimum odoribus cremandum curauit.* Verè M. Tullius: *Hoc iam fere sic fieri solere accepimus, ut regum afflictæ fortunæ facile multorum opes allicant ad misericordiam, maximèque eorum, qui aut reges sunt, aut viuunt in regno, quod regale ipsis nomen magnum & sanctum esse videatur.*

**MITHRENSEM QVI SARDIS TRADIDERAT**) Hoc Curtius lib. 2. desiderato nobis ex posuerat. Arrianus tibicinem columnæ loco subiectat: *αὐτὸς δὲ Σάρδεων προύχθει καὶ ἀπέχοντες ὅτε ἐδομήκοντα Σαρδίας Σάρδεων, ἦκων παρὰ αὐτὸν μιθρίνης ὁ φρέας ρχός τῆς ἀκρωτάλεως τῆς Σάρδεως, καὶ Σαρδιανῶν οἱ διευτάτατοι ἐνδιόντες οἱ μὲν τὴν πόλιν ὁ δὲ μιθρίνης τὴν ἄκραν καὶ τὰ χειματα.* Ipse Sardes versus mouit, cumq[ue] ab oppido LXX. fermè stadijs abeget, obuium habuit Mithrenem præsidij, quod in arce erat, præfectum, primoribus Sardianorum comitatum: atque hi quidem oppidum, Mithrenes autem arcem & pecuniam dedunt. Idem breuius narrat Diodorus: *Sardes caput Lydia, cui Crœsus imperauit, nobili monte Tmolo & flumine χρυσόρροο πατέλο.* Geographus: *Αἱ δὲ Σάρδεις πόλις έστι μεγάλη νεώτερα μὲν τρισικοντα δέκατα δι' ὅμοις ἄκραν εἰνεκήν ἔχουσα.* Βασιλεὺος δι' ὑπῆρχε τῶν λυδῶν, οὓς ὁ ποικιλούχολεπτονας, οἰδες ὕσερον μαζονας. *Sardes ciuitas ingens, recentior rebus Troianis, per antiquata tamen. arcem habet munitam, fuitque olim regia Lydorum, quos Homerus Meonas appellat, secuti Mœnias.*

**PRODITOR**) genus hominum, cælo terrique inuitum, gratum quidem hostibus, sed nunquam charum, quia nulli fidum; notum Augusti dictum in Rhymitaclē Thracum regem, qui ab Antonio ad illum defecerat: *proditionem, inquit, amo, proditorem nunquam laudo.* Imperator Seuerus proditores præmij loco occidit, cum opera eorum abusus eset. Si plura libet de hac peste hominum cognoscere, Phil. Camerarij horas subseciuas audeas licet.

**LEONNATVM**) Ex Prætoribus vnum seu purpuratis, & custodibus simul corporis in pucis charum Alexandro, qui Alexandrum ita apud Mallos defendit, vt ipse vulneratus tantum non animam exhalaret, qui post mortem Alexandri Phrygiæ minori præfuit, & dum suppetiatum veniret Antipatro contra Athenienses, occiditur. Arrianus, Diodorus, Iustinus, alij. infra hic sacerdos redibit.

**ARMIGERIS**) armatis, sic enim ea vox latinè etiam usurpatur. Propriè tamen armiger est is, qui fert in prælio tela domini sui, vt scutum, arcum, lanceam, & hoc genus alia. Dein armiger est miles grauis armaturæ apud Suetonium, Græcis ὄπιτης. Hoc loco vtrumque intellectum videtur vox admittere, nam armatos exponit ipse Curtius: *At ipsis qui in vestibulo erant, vt armatos confinxerent &c. pro armigeris etiam seu stipatoribus & satellitibus idem accepit, cum mōx subiecit: relictis in vestibulo satellitibus.* Et hoc est quod Vulcanius τοις ὄπιταις λαπιούς vertat ex Arriano armigeros, agmen armigerorum, armatorum; vti nonnulli illud Propertianum explinant:

*Et solitum armigeri ducite manus equi.*

Lande-herrn/  
Stathal-  
ter/Basile,  
Lädtvögt/  
Proreges,  
Præsides  
prouinciarum.

Lib. 3. el. 4.

Armigerum appellavit equum phaleris & armis indutum, siue armatum. *Et si rō armigeri polsit & ad strenuos milites referri, immō ad veros armigeros, qui donatos dominis suis equos ducebant, vt sit quintus casus, ðarmigeri. Passeratium consule.*

**QVI IN VESTIBULO ERANT**) Habebant regum reginarumque præatoria seu tabernacula, etiam militia sua vestibula, in quibus officia aulica ad regum imperia excubabant. Plutarchus, alij.

**ACTVM ESSE DE DOMINIS**) Ministri reginarum viso Leonnato cum satellito numerum adferunt mortis, adesse armatos, extemplo moriendum. Semper mens timida deteriora ominatur. Oblerua, dominis dici de fœminis, non dominabus, vti & Valla ex hoc loco notauit, qui simul monet dici Deabus, filiabus, natibus, equabus, mulibus, libertabus, non autem pari modo alia: nec enim dicitur Diuibus, priuignibus, genibus, asinibus, iuuenibus, teruibus, lupibus, libertinibus, patronibus, concubinibus, pedisequibus, seruibus, famulibus, animalibus. Scœuola tamen Iuriconsultorum antiquissimus reliquis conseruibus dixit. Seneca \* animab[us] suis. Contra Columella & Plinius scripsere equis, non equabus. Et poëta Statius natis, non natibus. Sic & Ennius & Plautus dixerunt filiis, non filiabus. Dixerunt & desiti scriptores dextrabus pro dextris, & eabus, pro eius vel ipsis.

c. i. de no-  
minib. iii.  
A.  
Pand. 33. de  
fundō in-  
struendo.  
\*decl. 2. 1.  
2.  
Plin. l. 11. c.  
41. col. 1. c.  
c. 36.

**EA IPSA RES**) Nihil est quod argutetur hic Acidalius, suauius ne ad aures accidat, ea ipsa res, an: ea res ipsa. hoc in scholis verum est, illud negligunt tæpè studio qui studiosissimi sunt eleganter sermonis. Curtius infra mutauit, quia perinde illi fuit. Omnia exemplaria meliora sic habent: *Ea ipsa res.*

Qvod

QVOD IRRUPISSE NON ADMISSVS VIDEBAT VR) Intellectus hic est sublat o commate, Leonnatus videbatur iratus irrupisse, quod nō eslet admissus, ea que res turbauit fēminas. Alter atro-  
cior, cum inter punctione: fēminæ percussæ pauebant, quod antequam eslet admissus, irrupisset, vel  
quod nulla habita ratione admissionis vltro irrupisset. prior explicatio cauillam habet, quod om-  
nino non eslet admissus, aliter quod antequam eslet admissus, irrupisset, vel quod non curaslet ad-  
mitti, sed vltro irrupisset. Acidalius, expuncto commate: Erant turbatae fēmina, quod irrupisse videre-  
tur, quia non erat admissus. Alius longè sit retento commate: Pauor illis, quia non admissus, sed irrupisse  
videbatur. Hic alienus, ille germanus.

CORPVS PATRIO MORE SEPELIRE PERMITTERET ) En pietatem matris & Vxorū in  
Darium, plus de mortuo, vt putabant, quam de se viuis sollicitarum. Quarū quis ille patrū mos Persa-  
rum sepeliendi mortuos: primum non immittebant cadavera cremanda rogo, sed humi condiebant,  
quod ignem inter Deos colerent, & indignum iudicarent humanis corporibus pascere Deum. Sic

Diogenes Laertius ait Magos ἀνόσωποι ήγειδει πορί θάπτειν, impium existimasse quempiam igne sepelire. Ita inter argumenta Ctesiae apud Photium περὶ τὸ θάψαντο τὸν πατέρα διὰ τὸ πυρὸς ταφάτον οὐκων,

de eo qui patrem rogo crematū sepeliuit contra leges. Apud \*Strabonem cognoscō illos qui mortuū ali-  
quid in ignem iniecissent, morte punitos. τὸν δὲ φυστήσαντας, ή νεκρὸς ἐπὶ πυρὸς θέτας εἰς βόλβητον, θανάτοι.  
sufflantes, aut mortuum in ignem ponentes, aut cœnum morte puniunt. Idem docet nec aurum mortuis

additum, propter fulgorem igni similem. Et infra: θάψαντο δὲ κηρύται πλάστοντες τὰ σώματα: sepeliunt  
corporacera obilita Cambyles ergo reprehensus quod Amasis regis Aegypti corpus combusserit, vt

Herodotus tradit. Fuere primum admodum parci in funeribus etiam regis, vt ex Xenophonte po-  
test ostendi. cum Cyrus praecepit filiis suis vt statim à morte corpus suum terræ mandarent, neque

auro, neque argento includerent. τὸ δὲ μέρον σώματος τῷ θάψει σταυρῷ μήτε ἐν χρυσῷ θήτε, μήτε ἐν μάρ-  
γυρῳ, μιδὲ ἀλλοι μηδενί, ἀλλὰ τῇ γῆς τάξισι ἀπόδοτε. Ipse tamen Cyrus Abradata Pantheæ marito pla-

nē regium & magnificentum tumulum erexit, & ad illius tumulum integros greges boum, equorum, a-  
liorumque pecudum immolari iusit. Abradata autem & vxoris quæ se super corpus illius iugulauit,

triumque eunuchorum columnæ memorantur, quibus nomina eorum inscripta leguntur, que haud  
dubie in posteritatē deducta sunt. Apponerem ipsa verba Xenophontis, nisi totam paginam im-  
plerent, proinde elector studiosus ipse pro suo commodo cognolcat. Humata etiam infra mox Cur-  
tius docet. vt proinde non immerito miretur Brissonius, quid sit quamobrem apud Iustinum lega-

tur Carthaginientes iussu Darij cremaſe corpora. An Iustinus scriperat? mortuorumque corpora ter-  
ra obruere potius quam cremare iubebantur. A nullo enim memini traditum apud Carthaginientes ca-  
davera terra fuisse condita. sic certè aut voluit, aut debuit. Nec de cera dubium, Herodotus præter

Strabonem supra laudatum id affirmat: καταχρώσαντες δὲ τὸν νέκυρον Πέρσας γῆς κρύπτουσι. Cicero I. Tuf-  
cul. Persæ iam cera circumlitos condunt: vt quam maximè permaneant diurna corpora.

Atque hæc de communi Persarum, simulque nobilium, Principum ac regum sepultura. Longè di-  
uersa ratio fuit Magorum apud Persas sepeliendorum, quam reliquorum: canes, aues, feræ erant  
Magorum: pulchra oſium tenuis, quæ demum nuda & corolla condebant humili. Cicero: Magorum

mos erat non humare corpora, nisi à feris essent ante laniata. Herodotus: οὐ τρόπερ μέταπτερα διόπος Ηέρ-  
σεος οὐ νέκυς, τῷ ποτὲ δέ περ ὅρνδος ή κυνὸς ἔκυνθη. μάγοις μὲν γάρ ἀτρεκέος διδα ταῦτα ποιοῦνται. ἐμφανές  
γάρ δὲ ποιεῖται. Dubitat Herodotus an etiam populo hæc sepultura sit, an tantum Magorum: Viri, in-

quit, Persæ cadauer non prius humatur, quam aut ab aue, aut cane laniatum sit. Magis quidem hæc certò si-  
risco, palam enim hoc faciunt. Strabo etiam de Magis eam sepulturam non inuidet: τοὺς δὲ μάγοις οὐ  
θάψαντο, ἀλλ' οἴωνθράτος ἔσται, Magos non sepeliunt, sed aubus deuorando obiciunt. digna illo genere ho-  
minum sepultura. Idem de Parthis generarim tradit Iustinus: sepultura vulgo aut auium aut canum la-  
niatus est. Nuda demum offa terra obruunt. Persæ demum idem omnes postea factitasse videntur, vt ex

Procopio Brissonius planum facit, quem consulē.

LEONNATVS ET VIVERE DAR. ET IPSAS NON INCOLVMES MODO ) Timor semper  
vltima minatur, quare & timidi etiam ad tubam trepidant. cædem & supplicia expectabat regium  
gynæcum, & ecce θεος ἀπὸ μηχανῆς πιφανεῖς, Deus ex improviso apparet depositis salutem nun-  
tiavit. Deum certè in hoc quidem clementiæ genere imitatus Alexander. Leonnatus exposito statu  
Darij, & errore fēminarum correcto, cum omnia Alexandri officia in eas prolixè promisisset, adie-  
cit, vt ait Arrianus, Alexandro nullas injimicitias aduersus Darium suscep̄tas, sed omne certamen  
cum Dario de imperio Asia esse, & hoc ferro cernendum esse, non sibi cum fēminis prælium, sed  
cum viris bellum esse. Illas in pristina fortuna reginas fore.

TVM DEMVM ) ὡς δέ τι εἰπόντες πάτερα δεξιοῖς δρυσίς. sic fatu fælix & dextris aduolat ales. affu-

sa frigida Sylgambī, cum ceruām pro virginē vidit. tum spe ostensa

leuari è terra se passa, vltima paslu-  
ram rata.

## C A P V T X X I V .

## A R G V M E N T V M .

Alexander visit ad captiuas, colloquitur cum Sifygambe Darij matre, quæ optimè precatur hosti ob clementiam, qui regiam omnium fortunam conseruat, pudorem singularum singulari cura tuetur, laudatur ab Curtio Alexander ob continentiam, quam omnibus eius operibus meritò anteponit.



*Alexander postero die, cùm cura sepultis militibus, quorum corpora inuenierat: Persarum quoque nobilissimis eundem honorem haberi iubet: matrque Darij permitti quos vellet, patrio more sepeliret. Illa paucos arcta propinquitate coniunctos pro habitu presentis fortuna humari iussit, apparatum funerum, quo Persa suprema officia celebrarent, inuidiosum fore existimans, cum victores haud pretiosè cremarentur. Iamq; iustis defunctorum corporibus solutis, permittit ad captiuas, qui nuntiaret ipsum venire, inhibitagi comitantium turbat tabernaculum cum Hephaestione intrat. Is longè omnium amicorum charissimus erat regi, cum ipso pariter educatus, secretorum omnium arbitrus: libertatis quoque in admonendo eo non altius usus habebat. quod tamen ita usurpabat, ut magis à rege permisum, quam vindicatum ob eo vidiceretur. & sicut atate par erat regi, ita corporis habitu praestabat. Ergo reginae illum regem esse rata, suo more venerata sūt. Inde ex captiuis spadonibus, quis Alexander esset monstrantibus, Sisygambis aduoluta est pedibus eius, ignorantem nunquam antea visi regis excusans, quam manu alleuans rex. Non errasti, inquit, mater: nam & hic Alexander est. Evidem hac continentia animi si ad ultimum vitæ diem perseverare potuisset, felici rem fuisse crederem, quam visus est esse, cum Liberi patris imitaretur triumphum, usque ab Hellestanto ad Oceanum omnes gentes victoria emensus: si viciisset profecto, superbiam atque iram, mala iniuncta: si abstinuisset inter epulas cædibus amicorum egregiosque bello viros, & tot gentium secum dominatores indicta causa veritus esset occidere. Sed nondum fortuna se animo eius superfuderat, itaque orientem eam moderatè & prudenter tulit, ad ultimum magnitudinem eius non cepit: tum quidem ita se gesbit, ut omnes ante eum reges & continentia & clementia vinceret. Virgines, reginas excellentis formæ tam sanctè habuit, quam si eodem, quo ipse parente genitæ forent. coniugem eiusdem, quam nulla atatis sua pulchritudine corporis vicit, adeò ipse non violauit, ut summam adhibuerit curam, ne quis captiuo corpori illuderet. Omnem cultum reddi fæminis iussit, nec quicquam ex pristina fortune magnificientia captius, prater fiduciam defuit. Itaque Sisygambis, Rex, inquit, mereris ut ea prececumur tibi, quæ Dario nostro quondam precatum sumus: & (ut video) dignus es, qui tantum regem non felicitate solum, sed etiam aequitate superaueris. tu quidem matrem me & reginam vocas: sed ego me tuam famulam esse confiteor, & praterita fortuna fastigium capio, & presentis iugum pati possum. Tu autem est, quantum in nos licuerit, si id potius clementia quam sauitia vis esse testatum. Rex bonum animum eas habere iussit. Darij deinde filium collo suo admouuit, atque nihil ille conspectu tum primùm à se visi conterritus, cervicem eius manibus amplectitur. Motus ergo rex constantia pueri, Hephaestionem intuens, Quam vellem, inquit, Darius aliquid ex hac inde hausisset.*

MATRIQUE DARII) Hoc illud est opus Alexandri πολυθύμητον, omnibus alijs factis illius

tanto longius anteponendum, quanto illustrior est omnibus victorijs victoria sui ipsius. Alias enim alios vicit inuictus semper Alexander, hic ipse, seipso fortior, seipsum vicit. Iuberem macte virtute esse, si ista virtus pro nomine Christiano stetisset, & vt Gregorius ille Pontifex Opt. Max. (etsi hodiè alij alia de hoc) pro Traiano Opt. Max. Imperatore numen precatus dicitur, vt post tot secula pace donaretur, ita ego pro Alexandro vouerem, nisi impietatis crimen hac pietate vererer admittere. Hoc enim ego solum & vnum & opere maximo vincere demiror & adoro, solumque dignum arbitror, ob quod Graij omnes omnesque gentes ora obuertant sua, & Orpheus cum Apolline Musisque omnibus desudet. Tertium & vigesimum agebat annum, in flore & ardore virginis æui, formidabat neminem, ab omnibus formidatus, aut amatus. licebat illi quidquid libebat, in potestate habebat reginas Asiae totius, & totius Orientis dominas, tanta oris venustate, omnes vti Nymphaeum omnium formas extinguerent, & his comparata Helena turpis, turpis ipsa Venus, ipso Paride iudice videri potuerint, ab his oculorum illecebris non modo oculos & vim à corporibus abstinuit, sed nec verbum fieri patiebatur, cum ipse illas oculorum tormenta appellasset. Quid Iobi, Antonij, Hilarijones, Macarij, totaque Aegypti deserta silentia & solitudines aliud fecissent? seruauit castas, intactas, sanctas, usque dum diem funderetur. Virginem in partem tori adscivit, legitimam vxorem maritus, alteram alteri Alexandro Hephaestioni despontit. An apud Darium tam religiose sancteque fuissent eductæ? Plutarchum in contemplatione huius virtutis & continentiae Alexandri attonitum lege. Philippus Pater Alexandri apud Lucianum hoc vnum ex omnibus filij factis commendat: Vnum est quod solum laudo abs te gestum, quod à Darij vxore forma præstante abstineris, & genitricis illius atque filiarum curam suscepere. Regie enim planè fecisti. Et Diodorus cum Alexandri clementiam & pietatem in Sifygambim (sic enim apud hunc scriptum) matrem, vxorem & liberos exposuisset, & lacrymas prægaudio reginis expressas memorasset, addit hoc epiphonema: Ego quidem ex omnibus rebus, quas maximas & pulcherrimas gestit Alexander, nullam hac magis astimandam, & historiæ monumentis dignorem indicō. Expugnat enim virbes, conflictus, & alia quæ illi prospera euenierunt, fortuna potius quam virtuti eius imputanda videtur. Quod autem in tam potenti fortuna & licentia misericordiam miseris impartitus sit, solius prudenter eius munus fuit. Alexander igitur qui faculsi non paucis ante nos vixit, inftissimam & meritissimam à posteritate commendationem consequatur. Hæc Diodorus. Quin ergo mirari desimus mortem Alexandri à Sifygambe familiarius latam, quam ipsius Darij, cum Alexandro superesse recusauit, mortuo Dario viuere non dubitauit. A. Gellius: vieti hostis vxorem facie inclita, vetuit in conspectum deduci, vt eam ne oculis quidem suis contingeret. quæ ex Appione sunt. Est ibid. elegans comparatio Alexandri cum Scipione Africano, quem Valerius Antias negauit (ex Nævio) fuisse castum, & contraria alijs de eod. scripsit. Sed Lector adeat Agellii caput elegans, totum in hac re consumptum.

Alexander cum in bello cæsis inferias soluisset, idemque Sifygambi ut Persis faceret, permisisset, collocutus cum matre Darij, omnia illi clementiae, liberalitatis & continentiae officia præstirum sercepit, præstabilitque amplius quam promiserat, cum illam matris, vxorem sororis, Ochum & Virgines liberorum loco haberet. Comparat dein præsentem Alexandri virtutem cum extremorum annorum vitijs. Sifygambis precatur Alexandro omnia secunda, illumque Dario præfert. Alexander Ochum sexennem complectitur, eiusque indolem miratur Dario generosorem.

CVM CVRA SEPVLTIS MILITIBVS ) Honor in bello cadentibus habitus acuit etiam viuorum industriam ad fortiter pugnandum, & vel vincendum, vel impigre moriendum cum virus venit. Proinde etiam Aeneas post venerationem numinis primam curam impendit sepeliendis commilitonibus:

--- quamquam & socijs dare tempus humandis  
Præcipiant curæ, turbataque funere mens est  
Intercæ socios, inhumatos corpora terra  
Mandemus: qui solus bonus Acheronte subimo est.  
Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis  
Hanc patriam peperere suo, decorate supremis  
Muneribus ----

Alexander vero ad Granicum XXV. equitibus primo confictu occubentibus statuas ex se posuit in templo Iouis à Lyssipo factis, reliquos equites L. X. pedites tringinta cum armis & singulari honore condi præcepit, parentibus eorum ac liberis in sua cuique regione vectigalium immunitatem concessit, omniaque quæ aut corpore præstantur officia, aut ex facultatibus penduntur vectigalia, remisit. Non videtur locus ac tempus concessisse, vt idem omnibus fieret ad illum, sequitur enim Macedonum funera non pretiosè fuisse cremata. Arrianus tamen μεγαλοπερῶς se pulsa affirmat. Et Diodorus magnificentissimi hostijs Dijs ait litatum.

PRO HABITU PRAESENTIS FORTVNÆ ) Utile exul suo libro:

In felix

*Infelix habitum temporis huius habeat.*

**ARCTA PROPINQUITATE**) an duces qui ceciderant, & cognatos Antixies, Arrheomites, Thasiaces & alij? humari iusit more Persarum, non cremari more Macedonum. De hoc more paullò ante disputatum. Ergo pro statu & conditione præsentis fortunæ, captiuarum nempe, non magnificè & ambitiosè, nec cera oblitos, nec cippis cultos, nec pecudum gregibus ad tumulum immolatis, sed humi duntaxat condidit lacrymisque irrorauit.

**IPSVM VENIRE**) Ita frequenter Curtius pro se. lib. 10. Illi tentari ipsos rati. tentari se, dixissent alij, more Græcorum & utrō pro t, vel & utrō, vel & utrō. sāpē inter legendum animaduertes idiotabñ seu reciproca cum alijs pronominibus apud auctores permutari, vt se pro ipsum vel ipsos, eos, illos, & ipso ipsumve se collocent. Cic. *Canum fida custodia, quid aliud significat, quam se natos esse ad hominum tutelam.* se dixit pro eos, vel ipsos, vel illos. Scriptis neq; idiotabñ seu reciprocatio- 2. de nat. ne, eruditum libellum post Priscianum L. Valla, quem in hac re consules.

**INHIBITA TVRBA**) Iussa in vestibulo, vel etiam ante vestibulum præstolari turba aulica, quæ regi vel à custodia, vel officijs est.

**HEPHÆSTIONE**) Hic est ille Hephaestio alter Alexander, tam charus nempe illi, ac ipse sibi erat, in regia cum rege puer puer versatus, educatus, ad omnia summa, infima, aperta & ar- cana consilia adhibitus, amicus certissimus, antiquissimus, censor, laudator, castigator omnium Alexандri dictorum, factorumque,

*Qui duo corporibus, mentibus vnu erant.*

oris dignitate & corporis statura etiam Alexandro maior, Ἀλέξανδρος τὸν τριγωνίδην. Vnde decepta Sisygambis illum Alexandrum rata, præ illo adorauit, quem errorem monita per ignoran- tiam excusauit.

**OMNIVM AMICORVM CHARISSIMVS**) Testatur hoc plurima minimè paucorum scriptorum monumenta. Lucianus suprà quam decuit amatum ait: οὐκανώντες γάρ τινας. quem amorem potissimum in morbo declarauit, de quo suo loco infra. Sed prorsus huc facit quod Valer. Maximus de amicitia scripsit. *Quod ita esse, inquit, rex Alexander sensit.* Darij castris, in quibus omnes necessarij, potitus, Hephaestione gratissimo sibi latus suum tegente, ad eos alloquendos venit. Cuius aduentu mater Darij recreata, humili prostratum caput erexit, Hephaestionemque, qui ei statura & forma præstabat, more Persarum adulata, tanquam Alexandrum salutauit. Admonita deinde erroris, per summam trepidationem excusationis verba querebat. Cui Alexander. Nihil est, inquit, quod hoc nomine confundaris, nam & hic Alexander est. Vtri prius gratulemur? qui hoc dicere voluit, an cui audire contigit? Maximi enim animi rex, etiam totum terrarum orbem aut victoriis, aut spe complexus, tam paucis verbis se cum comite suo partitus est. O donum inclitæ vocis, danti pariter atque accipienti specio- sum. Haud ignorauit Hephaestion hunc erga se animum Alexandri, nam cum Alexander Achillis monumentum coronauit, vicissim coronauit Hephaestion Patrocli, testatus se ita charum esse A- Li. 12. Vasili. lexandro, ac olim fuisse Patroclus Achilli, sic enim AElianu: ὅτι Αλέξανδρος τὸν Αχιλλέων τά- c. 7. φον ἐσφάνωσε, οὐκανώντες τὸν τριγωνίδην Πατρόκλον, αἰνιγόμενος ὅτι καύτος οὐκ εἴπων τὸν Αλέξανδρον, ὡστε Αχιλλέων οὐ πάτροκλος. Audebat idem & literas ab Olympiade filio missas cum Alexandro legere, quando detractum sibi Alexander annulum admouit Hephaestionis ori, vt silentio premeret quæ cognouislet. Prætereo Diodorum, Cælium, & alios notiores. Huic nupta est Drypelis, altera Darij Plut. de fort. Alex. 1. filia.

**MATER**) sic illam appellauit semper, & verò loco matris habuit, nec ante assedit, quam ab illa iuberetur, quando ad illam visibat. quæ summa fuit Alexandri modetia, clementia & elegan- tia.

**EQUIDEM HAC CONTINENTIA**) Elogium sequitur & Epiphonema, comparatio- que primæ fortunæ cum ultima. Evidem, inquit Curtius, (vt hunc παραπορασμὸν exponam) non dubitarem affirmare Alexandrum feliciorem fuisse futurum, si hanc virtutem continentiae ad ultimam vitæ metam perseveraslet, atque sibi tum visus est, cum Bacchum imitatus de India & omnibus gentibus, ab vsque extremo Oceano in quo expeditionis terminos & metam fixit, ad Hellespontum, à quo velut ex carcerebus in Asiam erupit, profecto se viciplet, si vi- cisset superbiam, quæ cœlitum honores affectauit, & indomitam iram, per quam viros op- timos & olim amicissimos interfecit. Sed enim ex Aristotelis modò disciplina egressus, pri- mum annum philosophum egit, sed paullatim efferratus, philosophiam dedidicit, & cruen- tum Martem induit. Cæterum hunc locum Acidalius emulare, aliterque interpungere co- natur: Evidem bac continentia animi, si ad ultimum vitæ perseverare potuisset, feliciorem fuisse crederem, quam visus est esse, cum Liberi patris imitaretur triumphum. Vsque ab Hellesponto ad Oceanum omnes gentes victoria emens, se viciplet profecto, si superbiam atque iram inuita mala; si abstinuisset inter epulas &c. Mih' tecus videtur locus interpungendus & castigandus: sic legerim potius: Evidem bac continentia animi si ad ultimum vitæ perse-

uerare potuisset, feliciorem (futurum) fuisse crederem, quam visus est esse, cum Liberi patris imitaretur triumphum, usque ab Helleponto ad Oceanum omnes gentes victoria emensus. (Ie) viciisset profecto, si superbiam atque iram mala inuita (viciisset; ) si abstinuisset inter epulas &c. Lector arbiter esto. Verba Curtij edenda exultimauit, ut primum lecta sunt. coniecturam in commentarijs licet apere.

**LIBERI PATRIS TRIVMPHVM**) De hoc infra lib. 8. & extremo nono: Igitur, inquit, ut supra dictum est, amulatus patris Liberi non gloriam solum, & quae ibidem sequuntur, ubi super hoc triumpho plura.

**AB HELLESPONTO AD OCEANVM**) Haec sunt metæ expeditionis Alexandri, Helleponus & Oceanus. Helleponus initium, Oceanus finis. Oceanum Indicum accipe versus Orientem. Ita Hercules in Oceano Atlantico ad occidentem columnas posuit, & plus ultra Carolus V. M. de quibus prolixè infra.

**CAEDIBVS AMICORVM**) Clitum nutricis suæ filium post conuiuum egredientem ipse met occidit. Parmenionem & Callisthenem indicta causa interfici præcepit. Dio Chrysostomus addit illum decesserat & Aristobolum de medio tollere, & Antipatrum Macedoniam proregem. De his suo infra loco plenus cognoscet.

**FORTVN A SVPERFVDERAT**) Optimus fuit Alexander nondum secundis rebus mersus, quarum nemo intolerantior fuit, ut Liuius testatur. Orientem tamen fortunam & primò sibi parentem modestè accepit, moderateque aliquamdiu eadem vsus, donec oblitus est se hominem esse.

**OMNES ANTE EVM REGES**) vincerentur verius legerim cum Acidalio, quod alioqui dixisset ante se, vel ipsum, non ante eum. Omnes retro reges dixerunt sequioris saeculi scriptores, quos olim & nos fecutis sumus; sed obseruauimus consultos legum latinorum & Eloquentiae dictatores refugisse hunc loquendi modum, dixisse multis ante, non multis retro annis, vel nullus ante saecula, non nullis retro saeculis. Vere hoc Curtius, immo omnes addere poterant, omnes etiam post eum reges, si paganos intelligas, nam certè Imperatores Christianos habemus tam sanctos, ut non solum captiui pepercissent, sed à suis etiam coniugibus abstulerint. Quis nescit ab Henrico & Kunegunde, Marciano & Pulcheria imperatoribus & Augustis virgineum decus nunquam violatum. Laudat (ut hoc superioribus addam) & Plinius Alexandri continentiam, propter Campessem Apelli donatam: Namque, inquit, cum dilectam sibi ex pellecis suis præcipue nomine Campessem nudam pingi ob admirationem formæ ab Apelle iussisset, eumque tum pari captum amore sensisset, dono eam dedit. Magnus animo, maior imperio sui, nec minor hoc facto quam victoria aliqua. Quippe se vicit, nec torum tantum suum, sed etiam affectum donavit artifici, ne dilecta quidem re pectu motus, ut quæ modò regis fuisset, modò pictoris esset.

**NE QVIS CAPTIVO CORPORA ILLUDERET**) Ludere Latinis est etiam in obscenis. Illudere hic, vim inferre valet, quam ab reginis defendit Alexander, qui non solum ipse intactas custodivit, sed nec ab alijs tangi laudique permisit.

**CVLTVM**) corporis mundum muliebrem.

**PRAETER FIDUCIAM** ( confidentiam, audaciam, quam habuerant apud Darium, qua audiabant monere regem, & errantem corrigeret, præterim mater, sed non est eadem facultas in dominum alienum, quamvis mitem. Etnelciebant quamdiu hec Alexander clementia esset duratura, nihil est inconstantius fortuna, quæ solum constans in levitate sua est.

**AEQVITATE SVPERAVERIS**) Darius Macedonas crudeliter vel mactauit vel mutilauit, & hocante prælium. Alexander totum ipsius gynæcum sacrosanctum seruauit. Darius percussorem mille talentis in Alexandrum immittere conabatur, cum æger Tarsi decumberet, hoc nunquam fecit Alexander, qui aperta semper virtute & Marte gloriam graflabatur ad gloriam, præterea ut ex epistola Alexandri ad Darium infra disces, parens Alexandri Persarum impulsu, ut ipsi gloriantur, imperfectus est, Græci solicitati ut Alexandro bellum inferrent, socios ab Alexander abalienarent. æquior ergo Alexander Dario. Intulit Dario bellum Alexander, sed maiores etiam suos & vniuersam Græciam à priore Dario & Xerxe populatam vltum iuit. Repelli ergo à se bellum, non inferri dixit.

**QVAE DARIO PRECATAE SVMVS**) felicitatem & victoriam cum triumpho.

**PRAETERITAE FORT. FASTIG. CAPIO**) Nec secundis antea rebus elata, nec aduersis nunc abieta, præterim tam clementem dominum experta.

**TVA INTEREST**) ad sempiternam gloriæ tuæ amplificationem, laudisq; immortalis commendationem pertinet, si quantum in nos tibi licuerit, velis non hostiliter per vim ostendere, sed venia, pace & gratia indulgentiaque testatum relinquere.

**BONVM ANIMVM HABERE IVSSIT**) Alexander, haberent modo bonum animum, & pem optimam conciperent, se facturum quod regem optimè moratum par esset facere.

DARII FILIVM ) Ochum sexennem ut auctores tradunt, Iolus Galterus septennem facit,

Septennem puerum in natum sibi initis adoptat.

Lib. B.

Diodorus signatē sexennem affirmat: οὐ πᾶς δὲ θρέψειν, ὁς οὐδὲ ιδιομ, καὶ βασιλικῆς λέμης ἀξιωτέρου προσκελεσάμεν Θεὸν ἀυτὸν καὶ φιλίας, οὐδὲ μέτρον ἀδεῶς βλέψαντα, καὶ μηδὲν ὅλως καταπατέντα πρὸς τοὺς περὶ τὴν φυσιῶνα ἔτεν, οὐδὲ πάτερ ἐντὸν καὶ τὸν ἀρέταν ὑπέρ τὴν ἡλικίαν προφαίνων πολλῷ εὐλπιώμενος πατέρος. Hæc Diodori verba mirificē & quasi παραφρασικῶς explanant Curtium: puerum autem ( promilis) se ut suum filium regiè educturum, quem vocatum ex osculatus, vt vidit intrepide se intuentem, nibilq, perculsum, ad Hephaestionem, puerum sex annorum virtute atatem videri superare, multò suo parente genero-forem.

Ex hac INDOLE HAVSISSET ) generosioris aliquid spiritus, qui in Ocho puero elucebat, & fugitiuo deerat Dario.

## C A P V T X X V .

### A R G V M E N T V M .

Alexander aris pugnæ monumento ( nam tropæa Macedones non fixere ) positis, Syriam petit, Parmenio Damascum proditione cum thesauro regio & gynæceis capit, proditoris cæsi caput ad Darium fertur.



Vnc tabernaculo egressus, tribus aris in ripa Pinari amnis Ioui, atque Herculi, Mineruæq, sacratus, Syriam petit, Damascum, ubi regis gaza erat, Parmenione præmisso. Arque is, cum præcessisse Dary Satrapam comperisset, veritus ne paucitas suorum sperneretur: accersere maiorem manum statuit. sed forte in exploratores ab eo præmissos incidit natione Mardus, qui ad Parmenionem perductus, literas ad Alexandrum à præfecto Damasci missas tradit ei: nec dubitare eum, quin omnem regiā suppellectilem, cum pecunia traderet. Parmenio asseruari eo iusso, literas aperit, in quis erat scriptum, ut mature Alexander aliquem ex ducibus suis mitteret cum manu exigua. Itaq, Mardum datis comitibus ad proditorē remittit. Ille ē manibus custodientiū lapsus, Damascum antē lucem intrat. Turbauerat ea res Parmenionis animum insidias timentis, & ignotum iter sine duce non audebat ingredi: felicitati tamen regis sui confusus, a gestes, qui duces itineris essent, excipi iussit. quibus celeriter repertis, quarto die ad urbem peruenit, iam metuente præfecto, ne sibi fides habita non esset. Igitur quasi parum munimentis oppidi fidens, antē solis ortum pecuniam regiam ( gazam Persæ vocant ) cum pretiosissimis rerum efferrī iubet, fugam simulans, reuera ut prædam hosti offerret. Multa milia virorum, fœminarumq, excedentem oppido sequebantur, omnibus miserabilis turba, præter eum, cuius fidei commissa erat. quippe quō maior proditionis merces foret, obicere hosti parabat gratiore omni pecunia prædam, nobiles viros, pratorum Dary coniuges, liberosque, præter hos Gracarum urbium legatos, quos Darius velut in arce tutissima, in proditoris reliquerat manus. Gangabas Persæ vocant humeris onera portantes. It cum frigus tolerare non possent: ( quippe & procella subito niuem effuderat, & humus rigebat gelu: ) iū astrictas vestes quas cum pecunia portabant, auro & purpura insignes induiunt, nullo prohibere auso, cum fortuna regis etiam humillimis in ipsum licentiam faceret. Præbuere ergo Parmenioni non spēnendi agminis speciem: qui intentiore cura suos quasi adiustum præliū paucis adhortatus, equis calcaria iubet subdere, & acri impetu in hostem euchi. At illi qui sub oneribus erant, omisis per metum capessunt fugam. Armati quoque, qui eos prosequerantur, eodem metu arma iactare, ac nota diuerticula petere cœperunt. træfetus quasi &

ipse conterritus & simulans, cuncta pauore compleuerat. Iacebant totis campis opes regiae. Illa pecunia stipendio ingenti militum preparata. Ille cultus tot nobilium virorum, tot illustrium feminarum, aurea vasa, aurei freni, tabernacula regali magnificentia ornata, vehicula quoque à suis destitutis agentis opulentia plena, facies etiam præstantibus tristis, si quares avaritiam moraretur: quippe tot annorum incredibili, & fidem excedente fortuna cumulata, tunc alia stirpibus dilacerata, alia in cœnum demersa eruebantur: non sufficiebant præstantium manus prædae. iamque etiam adeos, qui primi fugerant, ventum erat. feminæ pleraque paruos trahentes liberos ibant: inter quas fuere tres virginines, Ochi, qui ante Darium regnauerat, filia, olim quidem ex fastigio paterno, rerum mutatione detractæ, sed tum sortem earum crudelius aggrauante fortuna. in eodem grege uxor quoque eiusdem Ochi fuit, Oxathrisque (frater hic erat Darij) filia, & coniunx Artabazi principis purpuratorum: & filius, cui Ilione fuit nomen. Pharnabazi quoque, cui sumnum imperium maritimæ oræ rex dederat, uxor cum filio excepta est. Mentoris filia tres, ac nobilissimi ducis Memnonis coniunx, & filius. vixque villa domus purpurae fuit tantæ cladis expers. Lacedæmoni quoque & Athenienses, societatis fide violata, Persas secuti, Aristogiton & Dropides, & Iphicrates, inter Athenienses genere famaque longè clarissimi. Lacedæmoni Periæppus & Onomastorides cum Omaio, & Callicratide. hi quoque domi nobiles. Summa pecunia signata fuit talentorum duo millia & sexcenta: facti argenti pondus quingenta aquabat. Præterea xx. millia hominum cum septem millibus iumentorum dorso onera portantium capta sunt. Ceterum dij tante fortune proditorem celeriter cum debita pœna persecuti sunt. namque unus è consciis eius, credo, regis vicem etiam in illa sorte reueritus, imperfecti proditoris caput ad Darium tulit, opportunum solarium prodito. quippe & ultius inimicum erat, & nondum in omnium animis memoriam maiestatis sua exoleuisse cernebat.

Ep. 4.1.15.

TRIBVS ARIS IOVI, HERCVLI, MINERVAEQUE) Has aras laudat Cicero ad M. Catonem: His rebus gestis castra in radicibus Amani habuimus apud Aras Alexandri. Strabo etiam Alexandram ibidem conditam ponit. Ioui autem vt principi Deorum, & Diuū hominumque patri O. M. vt veteres appellabant, & quod maximè fauere & fauilet Græcis etiam bello Troiano.

Ouid.

Iupiter in Troiam, pro Troia stebat Apollo.  
Eodemque nomine Mineruæ, quam præcipue colebant.  
Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.

In Alexan-

dro. Herculi autem, quod Alexander ex Heraclidarum stirpe se prosatum sciret, vt de illo Plutarchus, Arrianus lib. 2. & Curtius infra lib. 4. testantur. De Pinaro amne supra dictum, vbi alii legunt Pindo, alii Pyramo. sed Pinarus audiit.

Lib. II.

DAMASCVM VBI REGIS GAZA ERAT PARM. PRAEMISSO ) Iustinus narrat Parmenionem à pugna mōx ad classem Darij occupandam missum, quod ead. reor opera fiebat. Damascus caput Syriæ sive Cœlesyriæ, nam in utraque ponitur, & oraculum Orientis, vt Julianus appellat. nobilissima ciuitas fuit, vt his verbis laudat in Cœlesyria Strabo: Ισι καὶ Δαμασκὸς πόλις ἀγίατος Ο σχεδόν τι καὶ ἐπιφανεστάτη τῶν τάυτη κατατὰ περσικά. Est & Damascus vrbs insignis, & ferè nobilissima omnium, quæ in ea regione Persis vicina. Stephanus autem: Δαμασκὸς πόλις Συρίας μετόγει Ο ψεφεθεν φοινίκης, περὶ τὸ βαρδὺν πόλιμον. ὄλεται, τῷ γιγάντωρ Αστρού δύομά θυμα λυκόρετο δίστας τὸ Διόνυσον ἔριτερον εἰς τὸ ποταμὸν. Damascus Syria vrbs in continente mediterranea, suprà phoenicem ad Bardinem fluvium, dicta quod ex gigantibus vnius Ascus nomine Lycurgo auditore vincitum Bacchum in fluvium sparserit. Alij à Damasco Mercurij dictam aiunt, qui cum Alimede nymphæ ex Arcadia in Syriam venit, verumque sibi cognominem condidit. liræ & gerræ: res ita habet: Damascus vrbum antiquissima, vel ab Huso Semi nepote, vel quod magis crediderim, à Damasco verna Abrahami condita, vt sensit D. Hieronymus, vbi Genesios cap. 15. interpretatur, quamvis idem non pugnet Iosepho, cum Hieronymo facit Comestor, Tostatus, Pererius, qui tamen non pronunciat utra sententia sit firmior, Iosephi an aliorum. Vetustissimam certè affirmant omnes, & montibus vndique cinctam, & munitam, vt neque rhedis, neque vehiculis locus sit, iumentis, camelis, mulis victus importatur, vt non immerito, quod Curtius affirmit, Parmenio sine ducibus viarum se copiâque itineri committere formidarit. Chrysorous ex Libano non Jordane ortus medium interfluit. Illic vestigia ostenduntur, vbi Abelem à Caino pessimo exemplo per nefarium parricidium cœsum aiunt; Nec procul

Ioseph.

Antiq. Iud.

II. 1.

S. Hier.

procul inde S. Paulus adhuc lupus & Saulus, à Christo tantum non fulminatus, quod Christianos insectaretur, in agnum & Christianum est mutatus. Ibidem ædificatum ex puluere referunt Adamum. Arx hodiè ex Porphyretico lapide eleganti opere visi dicitur. Plura super hac Vrbē Bellonius, chorographiam eiusdem spectabis apud Abrahamum Ortium, Volum altero Vrbium Orbis terrarum.

**VBI REGIS GAZA ERAT**) Vox Gázæ quamvis Persica, transit tamen ad Græcos & Latinos, ut optimi quique scriptores eam non formidarint, inter quos princeps est Virgilius. Habebant reges Persarum in singulis prouincijs suos thesauros, quot Gazas appellabant. <sup>i. AEn. 2. sc. 5.</sup> sic enim Suidas interpretatur Gazam. Seruius census & diuitias. Hesychius βασιλεῖα, regias & vectigalia. Mela ærarium, Probus & Curtius sæpius pecuniam regiam. A Gaza dicuntur γαζορύλακες καὶ γαζοφίλακες, pecuniae regia custodes, pecuniae regia præfecti. & gazophylacia, æraria, & quæ potes thesaurorum conditoria custodia sue appellare. Multa super his Brissonius de regno Persarum.

**DARII SATRAPAM**) proditorem anonymum, præfectum Damaſci, qui cum fortuna Darij fidem mutauit. Satrapæ nomen Persicum est, vñparatur tamen Latinis, Terentio Heautontim. act. 3. Scen. i. Plinio lib. 5. c. 5. Cicero, Curtius & alij, nunc prætores, nunc præfectos interpretantur. Curtius etiam purpuratos. Literæ Sacré Duces & principes. Iustinianus Nouell. 31. cap. 2. Id, inquit, magistratus nomen neque Romanum, neque maiorum nostrorum, sed ex altero imperio traductum fuit. Inde satrapia.

**NATIONE MARDVS**) Mardus gentile est, non proprium. <sup>of Μάρδοι, inquit Stephánus Ηθυγεία</sup> ex Apollodorij secundo de terra, prædones & sagittarij sunt. Strabo quoque ex Nearcho Mardos ynam ex quatuor gentibus prædando viuere consuetis esse finitimos Persis sed hos infra noster Curtius quinto & sexto volumine, & Arrianus tertio copiose describunt. Gente in hanc ante Alexandrum nemo abortus vicerat. Nonnulli codices habent nomine Mardus, non, natione sed antiquissimus liber natione melius, quam scripturam etiam Modius sequitur.

**TRADERET ADIECIT**) Veteres libri omnes vocem adiecit addunt, quam Modius abiecit, quod mihi quidem etiam blanditur, & exgenio Curtii videtur, in quo nihil redundat, & sæpe verba premuntur quæ audiantur. Itaque illud adiecit videtur ex ora & glossemate in codicis irrepsisse.

**AD PRODITOREM**) præfectum Damaſci, qui mox vt solet, proditionis pœnas det.

**E MANIBVS CVSTODIENTIVM LAPSUS**) Mardus fecellit comites, & solus Damascum rediit, vt hoc minus reor, proditio obseruaretur. Nam si comitatus aduenisset, peregrini suspicionem aliis mouissent. Custodes ergo amissio duce itineris, haud dubiè ad Parthenio nem regressi rem exposuerunt.

**FELICITATI REGIS SVI CONFISVS**) Quia nihil sine diuinâ ope aggredi videbatur, namcum præsto esset fortuna, temeritas etiam in gloriam cedebat. Est enim felicitas diuinum munus.

Φελιξ δὲ δῶρον ἔστιν ἐπιτυχέως

*Felicitas est munus à summo Deo.*

Verè etiam Plato φραγκηκὸν τεχνὴν ἐπιτυχίας πλείσης δεομένην, militarem plurima fortuna egentem. Itaque Cicero pro Pompeo perorans inter virtutes Imperatorias ponit felicitatem: Ego enim, inquit, sic existimo in summo Imperatore quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virutem, auctoritatem, felicitatem. Cui nempe venti tempestatesque obsecundent, seu vt poëta, Cui coniurati veniant ad classica venti. Quæ felicitas vt Alexandro adfuit, ita Dario quarta luna nato defuit omnino, vt & pleræque alia.

pro lega  
Manilia

**TURBAVERAT EA RES ANIMVM PARM.**) Immo & præfectum Damaſci coniecit in timorem culpa timida, & omne scelus metum creat.

**AGRESTES**) In agris, ab agro dictos, quos vulgo rusticos à rure appellamus.

**FIDES HABITA**) Ita Latinè, non adhibita, quod aliud valet.

**MVNIMENTIS**) timido nihil satis firmum, proditori nihil munitum. Montes ipsi circumiecti defendere poterant hostem, & arcem munitissimam fuisse constat infra ex iplo Curatio.

**PRAETER EVM CVIVS FIDEI ERAT COMMISSA**) Acerbè & aculeatè dictum in proditorem. Præfecto vrbistota vrbis erat custodienda, ciues, & obsides, & totius Persidis principes fæmina, legatique variarum gentium defendendi, cum ille primus fuit, qui omnium vitam, fortunas, salutemque hosti prædidit. Omnibus ergo miserabilis turba videbatur fugientium, præter eum cui soli maximè miserabilis debebat videri, vt custodi, vt patri, vt proregi, vt magistratui, qui ciuibus loco parentum est. cum interim ille folus non doluerit, sed omnibus dolorem crearet.

GRATIOREM PECVNIA PRAEDAM NOB. VIROS PRAETORVM CONIVGES.) Nam per hos poterat & regem, & satrapas, ad quasvis iniquas conditiones, si vlus fuisset, deducere. Qui, quæque fuerint, mox ipse exprimit Curtius.

ARCE T V T I S S I M A ) Nisi custos sit fidus, nullæ turres & munimenta hostes arcebunt, proditio-nes omnes vrbes præsidiis nudant. Notum est Philippi oraculum de asino auro onusto.

GANGABAS PERSAE VOCANT ) Iple Curtius Curtium exponit, cum Gangabas ab oneri-bus portandis dictos ait, quos dorsuarios, baiulos & gerulos vocamus.

FRIGVS ) Ergo circa hyemem & extremo Octobri pugna ad Isum est commissa, non mense Septembri, qui placidus & temperatus mensis est.

TVM ADSTRICHTAS VESTES ) Hoc tum ablegat Acidalius, sed commode adeat, nec in-commode abeat. codices retinent omnes. Adstrictas collectas accipe in sarcinas, vt humeris ferri pos-sent, quod minimè alienum à re quæ narratur, quomodo enim vestes regias aureasque & purpu-ras ferre nisi colligatas potuissent? Acidalius contra fidem librorum rescribit. humus rigebat gelu-tum astricta vestes, quas, &c. non displicebit, si libros aliquos suffragatores habeat. mihi vtraq; scri-pitura proba appetet.

INDVVNT ) Nos emendaremus, & vt primis verbis responderet hoc induunt, diceremus, induerunt. Audi: Ii, dixerat, cum frigus ferre non possent, tum induunt, possent, induerunt. sed Curtius ad præsens tempus, quo id faciebant retulit, dixitque induunt. nescio an imitandus in hoc, an reprehendendus. sanè qui simili formula vteretur: Ciues cum magistratu non parerent, puniun-tur ( pro puniebantur, vel puniti sunt) postularetur à Prisciano reus soloci. Et miror hoc nemini lagacissimorum Criticorum subodoratum. Cæterum ridiculum erat cum homines mediastini & ultima mancipia auro purpuraque culti fulgerent alienis, vt histriones, plumis ornati. Videban-tur etiam fugitiuum Darium velle agere.

FORTUNA REGIS ) aduersa victi regis. calamitas regem Darium omnium ludibrio expone-bat.

HVMILLISMIS ) abiectissimis & vilissimis, hoc enim latinis valet humiliis, non vt hodie modestus, demissus, submissus, quæ omnia plerumque in laude, illud in vitio.

NVLLO AVSO ) Cum præfectus ipse Damasci & magistratus fugeret, & quisq; sibi consule-ret, rati sat felices fore, si ferrum & cædem euafissent.

NON SPERNENDI AGMINIS ) procul: cum omnes auro & argento radiarent, atque si es-sent ex satrapis & purpuratis, qui contra venirent: atque erat is numerus, vt si militari ordine resi-stere voluissent fugassent, Parmenionis manum, non fugissent.

EQUIS CALCRIA SVBDERE ) Erant equites, vt Diodorus narrat, potissimum Thessali, quorum forti opera vlus erat Alexander in prælio, vt ergo primi ditescerent, & fructum belli ca-perent, missi ad opimam prædam, cui portanda nec ipsi quamvis auari sufficiebant.

OMISSIS ) recte Acidalius auguratur deesse vocem ijs, vel similem. Mei codices aliquot habent Omissis illis, oneribus inquam.

ARMATI QVOQYE QVI EOS PROSEQ ) Armati gangabis additi, vt eos cum regia pecu-nia & cultu fugientes defendenter, immò etiam ipso custodirent, ne quid auerterent, & hoc in spe-ciem; reuera autē vt eos ad Parmenionem deducerent, cui prædam integrum vel ignorantes offer-rent. hoc enim proditor agebat. Persequebantur habent plerique codices, placet Modii scriptura, pro-sequebantur.

PRAEFECTVS QVASI ET IPSE CONTERITVS SIMVLANS ) Diverticula viarum in-tellige ad circumiectos montes. Declarationis causa ex ordine verborum aliter positorum plana eluet & sententia, & interpunctio, quamquam in ipso Curtio nihil inuertendum. Prefectus simu-lans, quasi & ipse ( esset ) conterritus, cuncta pauore compleuerat, omnia turbarat, qui fugam sine turbis expedire debebat, immò nec fugisse, nec prodiisse.

OPES REGIAE ) primum genus ponit, opes enim generale nomen ad omnes fortunas, mox formas subiicit: ex quibus prima est pecunia stipendio ingenti mil. præp. Cuius sortem & caput infra ex-primit.

CVLTVS ) Deincultus, qui ad vestem gemmis, auro, purpura fulgentem, item ad vala, frenos, tentoria & papilioes ac tabernacula refertur.

VEHICULA ) quibus tamen per montes asperos locus aut nullus aut perangustus, vt proinde nō mireris quod sequitur, alia stirpibus fuisse lacerata, alia in cænum mersa, quamquam & de vestibus possit capere.

GENTI OPVLENTIAE ) Gentis Syræ ditissimæ, codices plerique ingentis opulentia, seruant, & vetus scriptura. sed Modii lectio non incommoda.

SI QVA RES AVARITIAM MORARETVR ) Avaritia nihil nefas, nec vlla commiseratio. Itaque si qua res posset impedire Avaritiam, poterat certe & debebat miserabilis facies populi, fæ-minarum, illu-trissimorum, liberorum ingenuorum, sūt pellectilis regiae per omnes vias sparsæ, lacrymæ, clamores, terrores, fuga, & hoc genus sexcenta mala, quibus & hostes poterant illacrymasse nisi au-

nisi aurum & praedā omnē ab illis sentū humanitatis & misericordiae exclusisset.

FIDEM EXCEDENTE FORTVNA ) Pecunia summa non est maxima, quām infra ponit,  
nec supra fidem, sed cultus & supplex Darius ultimus omnium ditissimus fuit.

PRIMI FUGERANT ( emendatius hoc quam alterum fuerant. Ex primis autem illustres fæ-  
minæ.

PARVOS TRAHENTES LIBEROS ) paruuli enim parentum passus æquare non poterant, eo-  
que tracti potius quam ducti. Virgilius:

----- dextræ parvus Iulus

Implicituit, sequiturque patrem non paib⁹ aquis

Sacra manu viatosq; Deos, paruumq; nepotem

Ipse trahit -----

2. Aene.

OCHI FILIAE ) natu minimam Parvatum duxit Alexander, auctore Aristobolo & Arria-  
no. Ochus Artaxerxis illius qui Mnemon dictus est, & Iustitia laude floruit, ex iusto matrimonio  
natu minimus patri successit, ipsoque exordio occupati regni, veritus coniurationem cognato-  
rum, quali pater sublatu⁹ erat, regiam propinquorum sanguine impleuit. Quod Iustinus tradit.  
Hæreditas regni, inquit, Ocho tradita, qui timens parem coniurationem, regiam cognatorum cæde &  
frage principum replet, nulla, non sanguinis, non sexus, non etatis misericordia permotus, scilicet ne  
innocentior fratribus parricidijs haberetur. Hic Ochus etiam Artaxerxes audijt. De quo questus est A-  
lexander in epistola ad Darium quod Thraciam inuaserit. Arrianus. Plura de hoc infra lib. 4. & 10.  
vbi de ipsius crudelitate ex varijs scriptoribus multis referemus, vbi de Sysigambis morte agemus,  
vbi affixit Iudæos, Euagoram interfecit, Ocham sororem viuam capitè defodit, patruum cum  
centum nepotibus & filiis interfecit. Val. M. l. 9. c. 2. Aelianus l. 2. Var. Dioc. c. 7. Polyenus 7.  
Ochus idem est quod magnus. Serarius lib. 1. ad Esther c. 1. Fuit hic Ochus, Assuerus, Esteris post  
repudiata Valthi, maritus, de quo copiosè idem Serarius ad Esther c. 1. q. 3. p. 293.

QVI ANTE DARIUM REGNAVERAT ) Non proximè, sed interiuncto Arse, seu Arsame  
Ochi filio.

FASTIGIO PATERNO ) regni, cum pater Ochus regnaret, & illo mortuo regnum ad Co-  
clomannum, Darium nempe hunc deuolueretur, illæ regno simul cum patre sunt defunctæ & in or-  
dinem redactæ.

SORTEM CRVDELIVS AGGR. ) Iam antea ex regio fastigio detractæ, nunc etiam captiæ:  
Adeo fortuna quem temel affligere cœpit, non cessat donec elidat.

OXATHRISQUE FILIA ) Amaltrice. suprà laudatus in prælio, cum pro viribus Darium fra-  
trem & regem obiectis ante currum equitibus, acerrimè defendit.

VXOR OCHI ) Inter punge hæc probè, ne tibi eadem existimetur fuisse vxor Ochi, & Oxa-  
thris filia, & coniunx Artabazi. Fuere tres diuersæ fæminæ. Vxori Ochi ) Dubium an Esther hæc fue-  
rit.

ARTABAZI ) Hic Philippiregis Alex. parentis hospes fuit, Dario amicissimus & fidissimus,  
post cuius mortem se dedidit Alexandro, cum annum ageret quintum & nonagesimum, infra lib.  
5. & 6. Princeps hic purpuratorum appellatur, proximus à rege, purpurati ijdem qui Satrapæ &  
prætores Darij.

ILIONEO ) nomen, ut video, priscis visitatum. Homerus enim Troianum laudat Ilioneum Ili-  
ad. z. & Virgil. 1.

PHARNABAZI ) de hoc supra cap. 6. Ipsi Pharnabazo tradit imperium, quod ante Memnoni de-  
derat. Mentoris quoquelupra eod. loco mentio facta.

NOBILISSIMI DVCIS MEMNONIS CONIVNX ) De Memnone meministi supra di-  
ctum, qui vt sibi fides haberetur a Dario, suos Dario pignoris loco tradiderat. Sed de coniuge ac-  
cipe, quæ Barcenæ fuit Artabazo modo laudato ex regia stirpe nato filia. de qua sic Plutarchus: οὐ π-  
έλλων ἔγνω γεννῆκα πρὸ γάμου πλὴν βασινήν. οὐτη δὲ μετὰ τούτης μέμνονται τελευτὴν χόρα γενομένη περὶ  
Δαμασκὸν ἐλῆθε τετέλεσθαι μέντοι. παύδειαν ἐλλήνικὴν, καὶ τροπῶν ἐπεικῆς οὖσα, καὶ πατέρος Αἰγαῖος γε-  
γενότης ἐξ Βασιλέως Στυγαράρος, ἔγνωσθη &c. Nec mulierem ante nuptias agnouit villam, excepta Bar-  
cenæ. Nec post Memnonis mortem vidua Damasci capta est: & cum ea literis Gracis instituta &  
moribus placida esset, patre Artabazo, ex filia regis prognato, ducta est ab Alexandro. addunt  
alii: Tunc primum luxuriosa coniuia, & magnificentiam epularum sectari, tunc Barcenem Iustinus  
captiuum diligere propter formæ pulchritudinem cœpit, à qua postea suscepimus puerum Herculem  
lib. ii. vocauit. sed Arrianus Barcenem ( sic enim illam scribit Ερυτην, non Βαρσινην ) Darij filiam af-  
firmat maximam natu, quam Plutarchus Statiram vocauit, ut supra docui. Drypetim autem alte-  
ram Darij filiam Hephaestioni nuptum tradidit. Subdō hic qua Parmenio ipse in epistola ad Alex-  
andrum de captiuis in Damasco narrat: παλαιόδας εἶνον μεσοτεργούς τοῦ βασιλέως Σιαχοσίας, ἔνοσι ἐν-  
τεινα, ἀνδραὶ σεφανοπόλεις εἴς τε θεοσαράκοντα, ὀφιωτοὺς διακοσίες εεδομήκοντα ἐπίδια, χυρίδες ἔποστι ἐννέα,  
γαλακτεργούς Σείς χρήσια, ποτιματωτοὺς ἐπιλακούδες, οινοθητὰς εεδομήκοντα, μυροτωτοὺς τεοσαράκοντα:  
Pel.

Pellices regias quecallebant musicam trecentos viginti nouem, Coronarum textores sexaginta sex, Obsony preparandi artifices ducetos septuaginta septem, media stenos & abstenses ollarum viginti nouem, lactari os tredecim, qui pocula conficerent septendecim, apotbecis vini praefectos, cellarios septuaginta, vnguentari os quadraginta.

LACEDÆMONII QVOQVE ) Lacedæmonii tum hostes Alexandri, cum quibus & Antipater absente Alexandro conflixit & vicit, vt infra expōnemus.

ATHENIENSIS ) qui fidem societ . violarunt , & absente Alexandro rebus nouis stude bant.

ARISTOGITON ) Arrianus vnum duntaxat nominat Iphicratem Atheniensem , an ille fuit Aristogiton in quem Demosthenis duæ extant orationes? ita videtur.

DROPIDES ) Hunc infra addit Arrianus.

IPHICRATES ) Hunc Arrianus Iphicratis filium copiarum ducem facit , & præterea addit: Iphicratem ob anorem Atheniensis urbis, & paterna memoria gloriari , & viuum magno semper apud se in honore habuit , & mortui ossa Athenas ad propinquos reportari curauit.

Huius Iphicratis pater est ille clarissimus Atheniensium Dux, quem certatim laudant omnes scriptores. Latini, Probus, qui & vitam huius composuit, quæ hodieq; legitur, Frontinus passim in strategematis, Seneca Rhetor. Græci, Diodorus Siculus, Arrianus, Aelianus, Polyænus, Aeschynes, Aristot. i. Rhet. Plutarchus ἀποφθεγματηρ. Suidas, Xenoph. περὶ Ἑλληνικῶν. alii. Quod autem Arrianus Iphicratem hunc Iphicratis filium ait ab Alexandro cultum ob paternæ memoria gloriari, id ita se habet, Eurydice mater Philippi patris Alexandri, & vxor Amyntæ patris Philippi à Pausania vexata, in summum discrimen cum liberis amittendi simul regni & vitæ venit, confugitque ad Iphicratem huius patrem, qui Pausaniam ex Macedonia expulit, & Eurydicem cum liberis restituit, quod ita factum prolixè monstrat Aeschynes, περὶ παραπτοστέοις, de falsa legatione. Probus eadem paucis. Bonus verò ciuius fideque magna, quod cum in alijs rebus declarauerit, tum maximè in Amynta Macedonis liberu tuendis. Namque Eurydice mater Perdicea & Philippi cum his duobus pueris Amynta mortuo ad Iphicratem confugit, eiusque opibus defensa est.

GENERE FAMA QVE NOBILISSIMI ) Atque Iphicrates ignobilis fuit, si genus spectes, cerdone natus, vt Plutarchus in Apophleg. tradit. Ιφικράτης δοκῶν εἶναι τὸ σχυτότοπον. Iphicrates cum suitoris filius haberetur. Aristoteles quoque indicat obscurum fuisse: οὐδὲν εἰς οὐδα. ex qualibus ad qualia; ex paucis nempe & obscuris, ad summa imperia. Idem Probus: Iphicrates Atheniensis non tam genere aut magnitudine rerum gestarum, quam disciplina militari nobilitatus est. Suntergo illa de genere ad Aristogitonem Dropidem referenda, fama ad Iphicratem. Diodorus lib. 14. cum eundem celebrat, de genere tacet. Cur autem potissimum Iphicrates, Iphicratæ filius sit ad Darium missus, parentis quoque causa fuit, cum Reges Persarum adiuuit in AEgyptiaca expeditione.

LACEDÆMONII PER ASIPPVS ) Arrianus nullum ex his exprimit, sed Euthyclem vnum ponit. Libro tertio tamen nominat Lacedæmoniorum legatos ad Darium missos Paulippum, non Peralippum, nisi forte hic in Curtio mendum est, sicut & Callicratides apud Arrianum Callistratas audit, pro O Maio ille scripsit Monimon, & pro Onomostoride Anomatum, et si hi diuersi potuerunt fuisse ab illis.

DOMINI NOBILES ) manifestum ponit Curtius discrimen inter ἄτλως nobiles, & nobiles κατὰ τι. Athenientes Iphicratem, Aristogitonem & Dropidem absolutè genere & fama clarissimos, hoc est, nobilissimos appellauit. Lacedæmonios tantum domi nobiles, κατὰ τι, nempe inter suos tantum domi, non foris, non absolute. Et auctores omnes secernunt domi nobiles à veris nobilibus. Minus est enim aliquid domi nobilis, quā nobilis; vt meritò Adagiographus notetur, cum domi nobilē interpretatur eum, qui non opibus tantum & potentia clarus, sed ex nobilibus nobilis prognatus est, domi nobilem interpretatur. Domi enim nobilis est, qui extra domū vel patriam suā vulgo nobilis nō habetur. Nobilisvbiique ille est, qui legibus & moribus omnijū gentium nobilis dicitur, vt qui regibus aut aliquo antiquo & claro ac nobili sanguine sunt procreati, cum nulla gens sit quæ hos non nobiles existimet. Absoluta enim nobilitas loco non mouetur, hoc est, vbiique clara habetur. qua de re Aristoteles in Politicis verè disserat. Ad hoc discrimen respexere auctores cum aliis domi nobiles appellauere, vt M. Tullius in Verrem: Eubulides est homo cum virtute & nobilitate domi sue, tum etiam pecunia princeps. Et idem in eundem: Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, P. Romani solum atque amicum fumo excruciatum semiuum reliquit. Et in eundem: Heraclius est Hieronis filius Syracusanus, homo in primis domi sue nobilis. Ita in eundem Act. 2. 3. 4. & 5. & 6. Et pro Cluentio, pro Flacco, de Arusp. responsis, ad Q. Fratrem. Ita cum Cicerone Sallustius, Liuius, Hircius Autopius bello Alex. Apuleius Apol. i. Iustinus lib. 5. Iulius Capitol. de Cludio Albino. Vitruvius 8. de Fundano, vt nihil omnino vsus sit pluribus. Hoc discrimen, nobilitatis κατὰ τι κατὰ τι ex Aristotele expressit Hieron. Olorius elegans in paucis & tersus scriptor: Nobilis, inquit, esse quisquam non potest in ciuitate clara ignotis parentibus ortus, nec in ignota clarus, quamvis genere sit in illa ciuitate prestantissimus: idcirco nō nobiles in suis tantum sedibus, & a suis nuncupantur. Absoluta autem nobilitas nunquam loco mouetur, & vbius gentium semper altis fixa radicibus animis haret, & eandem apud omnes nationes dignitatem habet.

SVM

Rhet.

Erasmus  
reprehens.

## EXPLANATIONES.

107

**SUMMA PECUNIAE SIGNATAE FUIT**) Codices alii : summa pecunia signata fuit, alii: summa pecunia signata fuit, alii quos sequor: summa pecunia signata fuit. Sic Budæus, Modius, & alii scriptum in membranis affirmant. Signata pecunia non est hoc loco signo & annulo signata in cista, vt signabatur vini lagena, supplex & alia, sed est numerata; non rude argentum, nec factum. pecunia autem signata dicitur ad discrimen aliarum opum. olim enim omnes res possesse pecuniae nomine à pecude dictæ continebantur, quod xii. tabulæ & Iurisconsil. docent.

**TALENTVM DVO MILLIA ET SEXCENTA**) sexaginta habet antiquissimus codex: alii sexcenta verius & melius. summa est, si talento Attico & communi aestimes, decies quinque centena sexaginta millia philipporum, seu coronatorum, seu scutatorum, seu aureorum, hoc est, se quimillia & sexaginta millia. philippicum aestimamus viginti victoriatis, seu vt patria lingua vocamus, basiis. Eodemq; modo aureum, coronatum, scutatum. quamvis hodie non nihil mutarit pretium. Iam si Babylonica talenta fuere, vt fuisse verosimile est, cum ex decreto Darii Capeli Babylonii ponderis talenta fuerint ex vectigalibus in ærarium inferenda, talentum autem Babylonum erat septingentis philippicis. caput esset decies octies centena millia & viginti. hoc est millio & octingenta viginti millia philipporum.

**FACTI ARGENTI**) Factum argentum apud Iurisconsultos opponitur infecto, & rudi massa: Est autem factum argentum, vt Q. Mutius definiebat, vos argenteum. Vlpianus vero recte ita definiri posse ait, quod neque in massa, neq; in lamina, neque in signato, neque in suppellectili, neque in mundo, neque in ornamentis sit. l. 27. in principio, & §. vlt. D. de aur. arg. arg. Itaque à signato factum separatur. Seneca lib. i. de benefic. cap. 11. Libentius donabo argentum factum, quam signatum. Argentum autem factum Isidor. lib. 16. cap. 17. definit, quod est in valis & signis. Proinde argento auroque facto & gemmas aureis annulis inclusas, & cymbia argentea crustis aureis illigata, & aurea emblemata, quæ in lapidibus, absidibusque argenteis sint, & replumbari possint, adnumerari, si ea argenti numero testator habuit. Paul. scribit in l. 32. D. de aur. arg. facto. Deniq; auro vel argento id continetur, ex quo auro vel argento aliquid effectum est, siue id suæ, siue alterius rationis causâ paratum est: d. l. 27. §. cui legatum. & quod non insuppellectili nomen cadat. l. 19. §. argento. Facti autem aurum complures sunt species, prout & varijs visib; subseruit. Est argentum escarium, potorium, viatorium, balneare. Escario argento legato, quod & escale appellatur, in l. 8. D. de Suppell. leg. id debetur, quod ad epulandum testator in ministerio habuit, id est, ad elum & potum. d. l. 19. §. Si cui escarium.

**QVINGENTA AEQVABAT**) Exigua summa protanta verborum ambitione, & tanto numero exercitus. Illa pecunia (dixerat suprà) stipendio ingenti militum preparata. Et, tot annorum incredibili & fidem excedente fortuna cumulata, summam si colliges, ex signato & argento facto numerabis tantum, (& quidem summa & Babylonici talenti aestimatione) vnum & vicies centena quinquaginta millia, nobis centum quinquaginta millia suprà duos millions. Si autem Attico, seu communis talento fortem putes, erunt decies octies centena sexaginta millia philipporum. Iam si numerum copiarum in eas, censem ex Arriano sexcenta millia. Si singulis in totum mensem non nisi philippicum aliq; signes, tribus mensibus tota sors exhaustetur. Proinde Glareanus dubitat an ad quingenta facti argenti talenta sit addendum vel audiendum millia, vt ita legatur: Facti argenti pondus quingenta (subaudi millia talentum) equabat. Sed quia caput inde argenti malus quam vero simile illi videbatur, non placet illi rō millia, addendum vel audiendum, ter centies enim millies millia Philipporum inde existerent, hoc est, trecenti millions, quæ summa mihi non incredibilis videtur, pro tanto rege & regno, & à tot regibus, tam longis temporibus coacta & cumulata, vt Curtius ait, nisi alia me mouerent, & in primis Strabonis auctoritas, qui omnem pecuniam ex omni præda coactam post confectum totum bellum Persicum, confert indecem & octo myriades talentorum, quæ efficiunt centum & octoginta millia talentorum, ex qua summa nascentur centies octies millies mille Philippici, siue nostrate numero, centum & octo millions, quæ summa à crescentis adhuc procul abest. Itaque pronuncio verba Curtii ad verbum retinenda, nihilque addendum, vel audiendum. Curtium autem in præda amplificanda non spectasse argumentum factum & signatum, sed vniuersam suppellectilem, aurea vala, aureos frenos, tabernacula regali magnificentia ornata. vehicula gentis opulentia plena, quæ omnia vna cum argento fidem poterant excedere. Meam non excedunt, vt qui legerim Sinarum Regem ex anno punctatæ vectigali colligere millies ducenties centena millia aureorum, quæ efficiunt centum ac viginti millions, & hoc in vnum tantum annum, quantum nec Vespasianus moriens, qui vnu omniū querendæ pecuniae studioissimus fuit, in ærario reliquise fertur, nempe quadragies<sup>o</sup> (sic enim cum Budæo lego, non quadringenties, quæ summa efficeret mille millions) millies centena millia H. S. hoc est, millies centena millia coronatorum, quæ centum efficiunt milliones.

**IVMENTORVM DORSO ONERA PORTANTIVM**) Iumentum Nonius, Marcellus, & Agellius à iungendo deducunt. Columella contraria iuuando deriuat; Iumenta, inquit, nomen à re

à retraxere, quod nostrum labore, vel onera subiectando, vel arando iuarent. In AEdilium edito, Iumentorum appellatione non omne pecus continetur. Nam aliud significant iumenta, aliud significatur pecoris appellatione. Boues utique iumentorum appellatione non contineri, sed pecoris, verius est. Boues magis armentorum quam iumentorum generis appellantur. Ergo iumentorum appellatione equis, equa, mulus, mala, & cæterarvropæ & dorfuaria animalia continentur. Elephanti etiam & Cameli, ut Seneca loquitur, iumentorum operam praestant. Columella tamen videtur boues non excludere, cum ad arationem iuuent. Plura Brislonius de verb. significat verbo *Iumentum*. Mulos & Camelos supra Curtius expressit, pecuniam regiam portantes.

**PRODITOREM DII POENA DEBITA PERSECVTI SVNT**) Proditor se ipsum proscrivit, nusquam certus vitæ, nec domi, nec foris, hostis orbis terræ. Poenas proditorum persecutus est accurate in operis Subcesiuis Phillipus Camerarius.

**SOLATIVM PRODITO**) Dario, regum infelicitas hoc felicitatis habet, quod eorum misericordia plerumque misericordiam moveant, de quo supra ex Cicerone. Solatium fuit Dario duplex, primum quod proditorem proditum & vindicatum cerneret; alterum quod non omnes suos sequi fortunam cerneret, sed nonnullos fidos in mulorum perfidia experiretur.

*Comment. ad Lib. III. Q. Curti, Finis.*



Q. CVR-

Q. CURTII RUFI

HISTORIARVM  
ALEXANDRI MAGNI  
MACEDONIS  
LIBER QUARTVS.

## SYNOPSIS HVIUS LIBRI.

**A**lexander respondet litteris Darij, Cœle-Syriam & Phœniciam inuadit. Abdalonymum Sidonis, exauktorato Stratone, nouum regem dat. Tyrum septem mensibus obfessam continentii iungit & expugnat, Gazam capit, Aegyptum recipit, ad Hammonis templum penetrat, Deus salutatur, condit Alexandriam, Luna hebescit, Darius iterum ac tertio frustra conditiones pacis fert Alexandro, latas ab Alexandro respuit, decernitur prælio ad Gaugamela haud procul Arbelis, Darius vicitus more suo auxilium a pedibus quarit.

## C A P V T . I.

## A R G V M E N T U M.

Darij fugam exequitur Curtius. Alexander Parmenione Syriæ præfecto Aradum insulam cum rege Stratone in ditionem accipit, ad Marathon urbem castra mouet, vbi litteras ab Dario superbè scriptas accipit, parique stilo, & atrocius etiam respondet.



Arius tanti modò exercitus rex, qui triumphantis magis, quam dimicantis more, curru sublimis inierat prælium, per loca, quæ propè immensis agminibus impleuerat iam mania, & ingenti solitudine vasta fugiebat. Pauci regem sequebantur. Nam nec eodem omnes fugam intenderant, & deficientibus equis cursum eorum, quos rex subinde mutabat, aquare non poterant. \* Onchias deinde peruenit: vbi excepere eum Gratorum Sochas.

\*Vnchas.  
quatuor

quatuor millia, cum quibus ad Euphratē contendit: id demum credens fore ipsius, quod celeritate\* præcipere potuisset. At Alexander Parmentonem, per quem apud Damascum recepta erat præda, iussim eam ipsam, & captiuos diligenter afferuare custodia, Syria, quam Cœlen vocant, præfecit. Nouum imperium Syri nondum belli cladibus satis domiti aspernabantur: sed celeriter subacti obedienter imperata fecerunt. Aradus quoque insula deditur regi. Maritimam tam oram, & pleraque longius etiam à mari recentia, rex eius insulae Strato possidebat: quo in fidem accepto, castra mouit ad urbem Marathon. Ibi illi litteræ à Dario redduntur, quibus, ut superbe scriptis, vehementer offensus est. Præcipue eum mouit, quod Darius sibi regis titulum, nec eundem Alexandrinomini adscripsérat. Postulabat autem magis, quam petebat, ut accepta pecunia, quam amicū tota Macedonia caperet, matrem sibi, ac coniugem, liberosq; restitueret. De regno, aquo, si vellet, Marte contenderet. Si saniora consilia tandem pati potuisset, contentus patrio, cederet alieni imperij fimbrias, sociis, amicisq; esset: in ea se fidem & dare paratum, & accipere. Contrà Alexander in hunc maximè modum rescriptit. Rex Alexander Dario.\* Ille, cuius nomen sump̄isti, Darius, Græcos, qui oram Hellefponit tenent, coloniasq; Græcorum Ionias omni clade vastauit. cùm magno deinde exercitu mare traiecit, illato Macedonia & Gracia bello. Rursus Xerxes gentis eiusdem, ad oppugnandos nos cum immanium barbarorum copijs venit: qui nauali prælio vicit, Mardonium tamen reliquit in Gracia, ut absens quoque popularetur urbes, agros ueret. Philippum verò parentem meum, quis ignorat ab his interfecit esse, quos ingentis pecunia spe sollicitauerant vestris? Impia enim bella suscipitis, & cùm habeatis arma, licemini hostium capita: sicut tu proximè talentis mille, tanti exercitus rex, percussorem in me emere voluisti. Repello igitur bellum, non infero. Et dys quoque promeliore statibus causa, magnam partem Asie in divisionem redegi meam: te ipsum acie vici: quem & si nihil à me impetrare oportebat, ut potè quine belli quidem in me iura seruaueris: tamen si veneris supplex, & matrem, & coniugem, & liberos sine pretio recepturum esse promitto. Et vincere, & consulere vicitis scio. Quod si te committere nobis times, dabimus fidem impunè venturum. De cetero, cùm mihi scribes, memento non solum regite, sed etiam tuo scribere. Ad hanc perferendam Thersippus missus.

Lib. 3. c. 7.  
& 21.

DARIUS TANTI MODO EXERCITVS REX.) suprà Curtius. Darius tantæ multitudinis rex, curtu sublimis eminebat.

Lib. 2.

PER LOCA IAM INANIA.) Per Amanicas pylas egressus, nam Syriæ pylas cum præsidio Alexander tenuerat. Arrianus: Διερηθρός τὸν μὲν νότια ξύνον δίλιγοις τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐφυγεῖ. τὴν δὲ θυμέα ἀναλαμβάνων ἀεὶ τὸν τε Περσῶν τοὺς δαστοθέντας ἐκ τῆς μάχης, καὶ τὸν ξέναρχον μισθοφόρων τε τεργαχιστήν τοὺς πάντας, ὃς ἐπὶ θεραπονίᾳ τε πόλιν, καὶ τὰ ἐυρράτην ποταμὸν απέδην ἡλαυνε, ὃς τάχισα μέτοπον αὐτῷ τε καὶ Λεζάνδρῳ τε ἐυρράτην ποτίσαι. Darius noctu paucis comitatus fugerat. postridie verò recolligens Persas, exterosq; qui ex eo prælio euaserant, quatuor in viuversum millia habens ad Thapsacum, urbem, & Euphratē contendit, ut quām citissimè posset, Euphratē inter se & Alexandrum medium relinqueret.

PAVCI REGEM SEQUEBANTVR.) Curtius vt Darij cladem oculis Lectoris subijciat, contraria cum contrarijs componit. Paulò antè maximas copias habuerat; mox nullas, aut per paucas: Loca paulò antè omnia erant milite inundata; mox sola & deserte: paulò antè sublimis curru cultu regio effulgens gestabatur; mox equa fugiens ignotus, exutus omni regio honore, vix saluus ipse euasit. Hoc ludibrium est fortunæ velut tragediam agentis: Sic fortuna facit miseris ex regibus Iros.

Sallust.  
bello Iu-  
gurth.  
Cap. 21.

PAVCI.) More Numidarum, quibus nullum flagitium, regem in fuga destituisse, quo cuique liber, licet discedere. Quatuor millia tamen Darium secuta sunt.

QVOS REX MVTABAT.) Iam suprà lib. 3. diximus ex AEliano. Darium consuesse equas foetas secum deducere ad pugnam, vt vicitus, periculo se eriperet; perinde quasi ad bellum proficisciatur, vt fugeret. Equam tamen recens enixam, quam concendisse dicitur, ad ultimum prælium referunt scriptores, quamuis utroque prælio factum crediderim, cùm & hic, & illic beneficio seu eorum, seu equarum euassis truditur.

Lib. 2.

ONCHAS PERVENIT.) Alij libri Vnchas, alij Orchas nominant. est locus inter pylas Amanicas & Thapsacum, ferè medius bidui itinere abest à pylis Amanicas, Sochos Arrianus haud dubie appellat. Nam cùm Darij expeditionem in Ciliciam describit, ab Euphrate Sochos peruenisse dicit: ὁ δὲ χωρός οὐτός εἴη μὲν τῆς Ασσυρίας γῆς, ἀντέχει δὲ τὸν πυλῶν τῷ Ασσυρίων ἐς δύο μαλισα

ταῦθισ.

*sab̄us. Est is Assyria locus ab angustijs, seu pylis Assyria bidui itinere dis̄itus.*

CVM QVIBVS AD EVPHRATEM CONTENDIT.) Vbi Thapsacus vrbs nobilis sita est. Sic Xenoph. enim Arrianus narravit, quem paulo antea laudauit. Euphrates autem ibi latus est tria stadia, hoc est, Anab. i. trecentos septuaginta quinque passus.

PRAECIPERE.) Plutarchus προλαμβόντα τέσσαρας ή πέντε σαδίς. Darium non cepit, cum ille iter quatuor aut quinque stadijs praecepisset. Elegans usus verbi in hac significatione, cum pro anteuenire, praeoccupare, aut anteuertere usurpatur. Sic enim Virgilius, Lucretius, Ciceron, & optimi quique auctores locuti. Refertur & ad mentem mente hostis aduentum praecepere. Exempla paſſim apud scriptores occurunt. Communem notionem præcreo, cum idem, quod mandare, valet.

RECEPTA PRAEDA) recepta pro capta. & hoc usurpatum historicis primæ elegantiae. Alioqui recipitur, quod prius est amissum. Notauit hoc etiam Marcus Velsrus. Receptam, non captam dixit (quamquam capi, & recipi de re una, eademque aliquando dicitur, id est, in Augusti numis ARMENIA CAPTA, ARMENIA RECEPTA. possit tamen hic interpretari receptam pro, acceptam, quod proditor cam tradidisset, & Parmenio, nomine Alexandri accepisset. Infra de Byblon: Oppidum Byblon traditum recepit.

SYRIA, QVAM COELEN VOCANT.) Hanc Geographus ita describit, ut eam oculis, Strabo l. 16 quamvis absentes, & toto pœne orbe diuisi tangere videamus: Δύο δὲ ἐπίμ θρη τὰ ποιεῖντα κοῖλην καὶ γεμένην Συρίαν, ὡς ἀν πάραλληλα, ὡς λίθοις οὐδὲ Αντιλίθοις &c. Duo montes sunt, qui Syriam concavam (hoc enim est Cœle Syria) includunt, Libanus & Antilibanus. Pergit deinde Strabo exequi cetera, quæ apud illum cognoces. Causa ergo dicta est, quod quasi quædam amplissima vallis inter duos montes sita sit. Libanus & Antilibanus olim muro erant coniuncti, ut Cœle Syria esset vnde clausa.

PARMENIONEM PRÆFECIT) Artianus Memnonem seu Memnonem (μένωνα) Cœle Syria præfectum ait ab Alexandro, utrumque pro temporis ratione verum videri potest. Parmenio subegit, subactam Memnoni, immo Andromacho, ut infra est, tradidit: et si thesauros Parmenionis custodiendos traditos affirmet Curtius, quod videtur non breuis fuisse temporis.

ARADVS QVOQUE IN SVL A Redit à Parmenione ad Alexandrum, qui progressus cum exercitu totam sibi Syriam vendicare coepit.

Aradus insula est Phœnicia, quam accuratissime describit Strabo: Πρόκειται δὲ ἡ Αράδος &c. Ante iugum quoddam &c. usque ad post hos.

Mela paucis: Arados, inquit, etiam in Phœnico, est parua, & quantum patet tota, oppidum frequens tamen, quia etiam subter aliena tecta sedem ponere licet.

Plinius prius Pariam ait dictam: In Phœnicio, inquit, mari est ante Ioppen, Paria tota oppidum, in qua obiectam bellum Andromadum (a Manilio eleganti carmine descriptam) ferunt. Alto mari, ut auctor est Mutianus, e fonte dulcis aqua tubo corijs facto usque à vado trahitur.

Est huic cognominis etiam in Creta, & tertia in mari rubro, ut Stephanus auctor est. De nostra Arado Djonytius:

Αγχιζόφονικης Αράδος μεγάλως τὸ πόντον.

Iuxta vero Phœnicem Arados usque in ponto.

REX EIVS INSULAE STRATO.) Non est hic idem Stratoni Sidoniorum regi, singulis enim tum suis rex erat, Arado, Byblo & Sidoni: sed Aradi regem Arrianus non Stratonom, sed Gerostratum patrem Stratonis tum absentem fecit. Strato ergo regnum pro patre prorex administrabat. Gerostratus cum Autophirade classis regiae Darianæ præfecto. Habuit tamen ratam Gerostratus filii deditioinem, & ipse quoquere cognita, desertis Darij partibus, se cum Alexander coniunxit.

MARATHON) μάραθος Geographo πόλις ἀρχαὶ φονίκων, vrbs vetusta Phœnicum. Arrianus Lib. 17. illam exaduerso Aradi incontinentem ponit, & πόλιν μεγάλην καὶ ἐυδόκιμην laudat: magnam, Lib. 2. & opulentam urbem.

Melas, vrbs, inquit, non obscurè Marathos. De eadem Plinius: Marathos centrum Aradum Antarados: Stephano est etiam vrbs Acarnanæ.

LITTERAE A DARIO REDDVNTVR) γραμματοφόροι & legati fuere ad Alexandrum Meriscus & Arsimas, ut ad Darium Alexandri Thersippus. Epistola duo capita complectebatur: primò petiuit, ut si Alexander suos quantous vellet precio redderet, matrem, vxorem & liberos: Altero, ut de regno vel armis secum decerneret, vel patrem, quod utriusque commodius fore putabat, & quis legibus secum agi pateretur. Addit Arrianus à Dario accusatos Macedones, Philippū & Alexandrum velut auctores belli & pacis violatores. Et verisimile est id à Dario prescriptum fuisse, cum etiam Alexander ad id respondeat apud Curtium.

REGIS TITULVM.) Postremissimi cerdones non ferrent sibi honelli cuius nomen detrahi, quid faciat Alexander, & rex, & declaratus imperator contra Darium à tota Græcia, & regis regum

Possuinus,  
Moscouia.  
Litteræ In-  
dicæ: Sue-  
tonius Do-  
mitiano.  
Martian.  
l. 5. cpi. 8.

gum iam bis victor; & qui regis titulum tua magnitudine minorem estimaret; & qui iam diuinos tulos & honores spectaret? Et hoc omnium regum & principum ingenium est, ut attentissime legendos titulos sibi vel debitos, vel impertos. Exaultorari se putant, cum iustum sibi titulum non adscriptum vident. Nec minus pro titulis, quam ipsis regnis bella suscipiunt. Legi Tartarorum, Mo-  
chorum, Indorum insanostitulos; legi Romanorum principum superbos, & impios, cum se Deos, dominosque ipsi appellari publicè præceperunt. *Edictum Domini Dei, nostri.*

**QVANTAMCVNQUE TOTA MACEDONIA CAPERET.**) Superbissimè dictum, præsertim à victo, perinde quasi tota Macedonia minor esset suo gazophylacio Persarum. Ettamen tota Gæza Persarum ab Alexandro vndique collecta in prædis post occidum Darii, & totam Persidem subactam, non fuit nisi centum & nonaginta millium talentorum, ut intrâ ostendemus, hoc est, centies decies quater millies millia Philipporum, siue ut hodie vulgo loquuntur, centum & quatuordecim millionum. Darium autem omnium regum Persarum ditissimum fuisse, docet Daniel, quod de Dario ultimo accipiendum docet Hervartus.

**POSTVLABAT MAGIS, QVAM PFTEBAT**) Minus enim & modestius est petere, quam postulare, quod ius quoddam præ se fert. Cicero in Verrem: *Incipiunt postulare, poscere, minari.* Postulatur tamen aliquid honestè, poscitur improbè. plus ergo est poscere, quam postulare, plus postulare, quam petere. Sèpè tamen alterum pro altero usurpatur. *Petere*, inquit Nonius, significat poscere, apud quem & alia significata, auctoritatibus firmata, leges.

**DE REGNO**) Altera pars epistolæ Darij de bello, & pace. Darius quasi nunquam victus, armis iactat, & Alexandrum admodum insanum ait, qui secum velit de imperio armis contendere, cui dicitis, factisque ostendit Alexander se plus Dario sapere.

**REX ALEXANDER DARIO**) Ut Darius titulum regis Alexandro negauit, ita par pari respondens Alexander non adscripsit Dario honorem regis, multò minus vel μεγάλωθασιλη, vel βασιλεῖτ βασιλέων, ut se appellabant Persæ & Parthi, Alexander primo causam belli in Darium Histaspis, & Xerxes, & ipsum Darium reiicit: illos primo Græciam armis aggressos. Darium etiam percusorem in se immisisse: ergo se vim vi repellere, non inferre. Matrem, vxorem, liberos se reddituru gratis pollicetur, si ipse velit supplex ad se accedere. Monet postremo de titulo regio sibi adscribere, cum meliore iure possit ipse, quam ille rex appellari, cum illius & viator, & rex sit.

**ILLE**) Codices antiqui, *Celes*, cuius nomen sumpsisti, Darius: Modius ridet hanc scripturam, & Glareanum, ridendus ipse, & reponit (ille) Glareanus cur dictus sit *Celes* querit: Quare, inquit, Darius Histaspis filius *Celes* sit dictus, non memini uspiam me legere, suspicor autem quemadmodum apud AEgyptios Ptolomai varia habuere nomina, cognomina, nonnunquam etiam contumelie plena, ut Philopator, Auletes: ita Darius *Celes* dictus videtur. Cum Herodotus in Thalia dicat, Darium hunc à Persis vocatum institorem, Cambysem dominum, Cyrus patrem. Verè hoc Glareanus, nec male de Dario Celete sentit. Nam veterem ego lctionem retinendā iudico, & fortasse illam etiā vocem, ille, apponendā, ut scribam: *Celes* ille, cuius nomen sumpsisti, Darius &c. Rotundatur enim periodus, & plana fit oratio, ailioqui durior futura. *Celes* Græcis κέλης κέλητος est equus iple, κέλης iniugis, & eques. Suidas κέλης δι μόνον ιππότος, κέλητος τεττάφερόμενος σελάρης. *Celes* est solus equus, & equo vehens, quem sellarium vocant. Hesychius: κέλης ιππότος κέλητος, *Celes* est equus & eques. Barinus Plauorinus: κέλης δέ εἰπος ὁ μονάματος κέλητος, δὲ νῦν σελάρης λεγόμενος, κέλητος, κέλητης ιππεύσης. Et: κέλητων μικρὸς πλούσιος. ἀπὸ μεταφορᾶς τὸ κέλητος ιππότος κέλητος εἴς σύνης επικάθητος. *Celes* est equus una freni habena rectus, cursor, hodie sellarius dictus, & singularis. κέλητος & κέλητης, idem est, quod equitare. Celetum parua celo per metaphoram à celete equo, cui vir unus insidet. Est huius verbi mentio apud Homericum Iliad. o:

ώς δέ τοι οὐδὲ ιπποῖσι κέλητησι εὖ δίδωσ.

Vt quando vir equis desultorij vii bene sciens. Et Odyss. ε:

ἀμφ' ἐνὶ δέραιοις βάναις κέλητος οὐκ ιπποῖσι ελαύνοντο.

--- Porrò Vlysses

In unum lignum ascendens velut celetem equum impellens.

Vsus est & Pindarus in epigraphe primi hymni, Hieroni Syra ulio Celeti inscriptus, ierapoli Συρα-  
κύσιοι κέλητοι, eo quod celete singulari equo in olympijs vicerit, & Euripides, atque alijs post Homerū  
hoc nomine, de quo hæc Eustathius: Καὶ ἐστὶ πιθανὸς εἶται, ὃς ἐκ τοῦ τοιετοῦ κέλεω, γίνεται κέλητος  
κέλης δέ κέλητος, κέλητης δέ κέλητης. Nec dubito dicere à verbo κέλεω leu κέλεω deduci nomen  
κέλης, quod equum iniugem, seu non iunctum iugo sonat, & amplius etiam naues celoces. Quæras  
hic παρέγγως, an heroes veteres ante Homerum vli sint equis puris, & ex equis pugnarint, cum hoc  
Palæphatus, & alij negarint? Responderet Eustathius Odyss. e. posteaquam explicauit τὸν κέλητα: Κέλη-  
τα δέ, inquit, ιππον λέγει τὸν κέλητον, τὸν κατὰ μόνας ἐλαύνομέν τοι. Εὐθα δέ τοι καὶ ἀσεῖον κέλητον τὸν παραβολῆς. κέλητος γέρι ιππότη παρεκάσει τὸν μικρὸν σταύδιον τὸν δαλάσην επεχθυμον. εἶλητος δέ ιππος κέλητης παραβολῆς αὐτῷ. ἐκ τοῦ κέλητος οὐδὲ ιπποτος πρὸ τοῦ ρύθμου. *Celestem*, inquit, equū vocat (Homerus)  
non iugatum, & seorsum ductum. Ex quo obserua elegatiām & breuitatem comparationis. Equiti celeti con-  
ponit naufragiū vnicā tabula nitentem. Accipit opinor comparationis occasionē, quod naues, maris equi prius  
sunt dicta. Sequitur in Eustathio, quod quærebamus: Ιστον δέ μὲν ὅμηρος τὸν κέλητα κατὰ κύρος

Ἐξης τὸ τέλειον. οὐ ποτὲ δέκαρας χρονίες αὐτῷ εἰμὶ ἄρα καὶ ἀνάγκην λέπει, οὐτε τῇ δολωτεῖ. ὁ Διομήδης δοκεῖ ποιεῖν; κελητίζει γράψαντος ἔχει. Scindum Homero celetem equitem non fuisse ignotum, ut nec quadrigas postea. Heroas autem non introducit illis utentes, nisi cum necessitas urget, quemadmodum in Polonia Diomedes videtur vsus. equo enim vehitur ibi. Nec Latini vincem neglexerunt. Li. 34. c. 8. Plinius & celetem & celestiontas dixit, ut non solus usurparit. Deducitur παρὰ τῷ κέλευθῳ τῷ τρέχειν, οὐβαδίζειν, à currendo, vel eundo, κελητίζειν equitare singulari equo. Curtius quoque loco cognominis potuit usurpare. Dices, nihil narras. non de voce ferram reciprocamus: doce vocatum Darium Celetem, & vici. Doceo fuisse equitem præstantem, & appellatum ληπτόν, quod idem est τῷ κέλευθῳ. Audi ex Onesicrito, Strabone, Athenaeo, Eustathio in Odyss. Σ. huius Darij Hytaspi F. e. Lib. 15. pitaphium.

φίλος ἢν τοῖς φίλοις,  
ιππεὺς καὶ τοξότης ἄριστος ἐγνώμων,  
Κυνῆσσιν ἔκρατος,  
πάντα ποιῶν ἴδιωματος,  
ἴδιωματος καὶ σύνοπτον πολὺν, καὶ τον φέρειν καλάς.  
Amicus amicis eram,  
Celes, seu eques, & sagittarius optimus fui,  
Præstantissimus venator;  
Omnia facere poteram;  
Poteram & vinum multum bibere, & hoc egregie ferre.

Videat ergo Modius quam nobrem riserit; quem tamen non rideo: nec, ut oraculum, quod scripsi, propono. Lector, bonus arbiter esto, cui fortè occurret, videri potius Celetem dictum, quod equæ hinnientis auspicio sit creatus rex Persarum.

**CIVIS NOMEN SVMPSISTI**) Plures enim Darij reges Persarum fuere, ut supra didicisti, quantum ab hoc Darium hic indiget, qui vicitus à Scythis bellum in Græciam transtulit; & à Miltiade vicitus est in Marathon, qui campus Athenis abest passibus M. decem. Hac pugna nullis antē saeculis clariorem fuisse scriptores tradunt: Inter quos AEmilius Probus, Cornelius Nepos, blistrinus, & Herodotus, qui nomen Darij docet idem valere Persis, atque Græcis ἵπποις, quod est exercitor, ut & Xerxes, idem quod ἵππος, martialis, seu bellicosus. Et Artaxerxes μέγας ἵππος magnus bellator, valde bellicosus. Cicero Oific. narrat, hunc locum dedisse Rhetoribus campum exercitationum & declamationum: Plato in Epitaphio III. de legibus, de eodem Dario Datide legato Darij, cui imperarata beanti, ut Lretrienses & Athenienses captos ad se adduceret, si caput tuum retinere vellet. Plutarchus eundem laudat Darij. Cecidit in Marathonia pugna a Hippias Pisistrati filius, cum arma impia patriæ inferret. Marathonis miranda scribit Pausanias in Atticis.

**QUI ORAM HELLESPONTI TENENT.**) Hellepontij sunt, qui ad Hellespontum colunt, ut Sestiani cis Hellepontum, Abydem trans Hellespontum in Asia, ut & Troades, & tota illa ora maritima, de qua plura tertio lib. dictum. Cap. 19.

**COLONIASQVE GRAECORVM IONIAS.**) Ionia peninsula in Asia minore, urbes complectitur XII. colligit in linoosi ambitu stadia CCCC XXX. hoc est Germanica milliaria tredecim, nec omnino semissimum.

**OMNI CLADE VASTAVERVNT.**) Nam sub Dario Histaspis, & Xerxe Darij, & Artaxerxe Xerxis F. tribus ijs deinceps ætatibus, plus malorum passa est Græcia, quam viginti alijs ante Darium atatus. Pherecydes tradit primum Ionum Ducem fuisse Androclum Codri regis Atheniensium F. ab eoque coditam Ephesum regiam Ioniæ. Miletum Neleus, domo Pylius, Pylij plerique Athenas migrarunt, & cum Atheniensibus in Ioniæ. Nyuntēm Cydrelus Cedrotidem, sed extra lineam sacram natus, alias que ciuitates & colonias plerasque alij Athenienses, quos ordine recenset Strabo, quas omnes Darius fedum in modum vastauit.

**MARE TRAIECIT**) Iultimo: Cum interim Darius rex Persarum, turpi è Scythia fuga summutus, ne ubiq; deformis militia damnis haberetur, mittit cum parte copiarum Megabazum ad subigendam Thraciā, ceteraq; eius tractus regna, quibus pro ignobili momento erat accessura Macedonia. Traiecit autem per Bosporum Thraciū, quem ponte iunxit, ut copiosè exponit Herodotus libro 4. longus centum viginti. Hæc omnia fusæ Herodotus in Eratone, & nos supra lib. 3. cap. 19.

**RVRVS XERXES**) Hæc superiori libro copiosè ex varijs scriptoribus sunt exornata.

**NAVALI PRAELIO VICTVS**) à Themistocle, ut supra dictum.

**MARDONIVM RELIQVIT**) Post cladem Salaminiam, de qua plura Herodotus in Calliope, fuisse est apud Platæas lapide iactus. Plutarchus in Aristide. Consulendi Scholia & Cornelij Nepotis in Regibus Themistocle, Alcibiade, Aristide, Iustinus.

**PHILIPPVM PARENTEM MEVM QYIS IGNORAT AB HIS INTERFECTVM ESSE?**) Idem Arrianus in epistola Alexandri ad Darium, quam infra collocabo. Sed nemo præter Alexander Persas reos cædis Philippi postulauit. Omnia certè alia Iustinus, Orosius, Diodorus Siculus,

Miltiades.  
Lib. 7.  
Lib. 6.  
Lib. 1.

Herod. 7.  
Cic. alij.

Lib. 14.  
Lib. 7.  
Septingēta  
millia ho-  
minū pre-  
ter sexcas-  
taues.

Herodoto,  
AEmilio  
Probo, Iu-  
stino, a-  
lijs.  
Lib. 3.c. 19.

Ius, alijque de cæde Philippi narrant, à Paulania nobili adolescenti hortatu Hermonatis Sophistæ propter stuprum ipsi ab Attalo illatum, nec à rege punito, in apparatu nuptiarum interempti. Tentata tamen omnia ad illum tollendum; quod affirmat Alexander à Persis, non est incredibile, cum Perinthijs Persæ contra Philippum auxiliatum venere, quando rex Persarum ceperit potentiam Philippi pertimescere, quemadmodum est apud Diodorum. Sed Paulania in Philip. pum à Persis immisum, nemo, quod sciam, refert. quamvis cædes illius gratissima Persis acciderit, quando propter Philippum Darius ad bellum Macedonicum se paravit, desigunt et timere, postquam sublatum accepit.

**IMPIA ENIM BELLA SVSCIPITIS**) Non laetessiti, non læsi, sed ambitione & avaritia ducti, ius gentium violatis; quod sæpè & Romani duce Pompeio feceré, qui non alio nomine reges Orientis, quam quod diceret: *indignum regno videri, qui tueri illud non posset.*

**IMPIA BELLA SVSCIPITIS**) Nec valde sancta Alexander, præsertim cum Poro, & ijs, à quibus non modo læsus, sed ne visus, vel atuditus fuit prædo mundi. Bellum oportet utiustum sit, & à iusta causa natum. Sed contrà tum Persæ & Macedones, tum etiam Romani, nec non aliæ pleræque gentes feceré, quibus una, & ea vetus causa bellandi, profunda cupido imperij, & diuitiarum, vt Sallustius verè docuit: *Libidinem enim dominandi causam belli habent, & maximam gloriam in maximo imperio putant.*

*Ita rapere fædus, impius lucri furor,*

*Et ira præceps, vt Seneca χρηματίζει.*

Inde breui & imperiorum eueriones sequuntur. Verè enim Euripides in Erechto: *Oὐδὲς σπαρεύσας άδικα, σῶς ἡλθεν πάλιν.*

*Iniusta bellans bella, saluus haud redit.*

Ita sæpè cœntus belli, vt Liuius sentit, *velut aquæ index, unde stabat, ei victoriam dedit, & aries victimum ostendit nocentem.* Quod tamen non semper verum: In omni antiquitatis memoria cognoscimus, iniusto sæpè appetitos bello succubuisse; quod cum cælesti numen permittat, ipsius sanctioribus arcana mysteriis nobis signotis, iustis tamen, est adscribendum. Tu tamen, quod Pindarus monet *ἴα πόλεμον, ία μάχαν χωρίς θεόν:* *Facesse bellum, facesse pugnam, reclamante nomine, nempe iniquum.*

**LICEMINI HOSTIVM CAPITA.**) Liceo, liceor, & licitor, eodem significatu emo, sed plerumque augente precio, vt cum duo eandem mercem desiderant, precijs certat apud venditorem, qui illi rem te daturum promittit, qui plus soluerit. Licentur ergo emptores, seu licitatores, & alter alterum precio superare contendit. Miror à Valla dubitari de præterito verbi liceor, cum Cicero disertè dicat in Verrem *licitus sit, & liciti sunt.* Hoc loco veteres codices ponunt *licitamini*, vti & Valla legit: Aliquando, inquit, *sine auctione sit licitatio*, vt apud Curtium de Dario, qui pollicebatur premium pro capite Alexandri, si quis eum dolo occidisset, ita inquit: *Et cum habeatis arma ita licitamini hostium capita.* Ponit deinde discrimen inter liceri, & licitari. Liceri esse tantum semel precium defere, aut sine respectu esse aliorum, emere volentium: licitariautem cum multis, & saepius augere precium. Legi igitur cum Modio licemini, non licitamini.

**SIC VT TV PROXIME TALENTIS MILLE**) Iupræ lib. 3. *Quippe Darius mille talenta interfectori Alexandri daturum se pronunciari iussérat.*

**DIES QUOVQUE PRO MELIORE STANTIEBUS CAVSA.**)

*Causa inbet superos melior sperare secundos.*

*Frangit, & attollit vires in milite causa,*

*Quæ nisi iusta subest, excutit arma pudor.*

**MAGNAM PARTEM ASIAE**) Ab Hellestante vique ad Euphratem; suæ ditionisiam fecerat Ioniam, Phrygiam, Lyciam, Cariam, Pamphyliam, Cappadociam, Ciliciam, & Pheniciam.

**ACIE VICI.**) Ad Granicum, Duces; ad Iissum, te ipsum.

**BELLUM IVRA**) Ut qui non acie, sed pecunia, & per infidias me conatus fueris interficere. In orienti porro Repub*iura belli maximè conseruanda sunt.*

*οὐδέτες ἀνὴρ εὐλυχοῦ αἰτοῖ λαδρα*

*Κτεναί τὸν ἔχοντα.*

*Nemo vir mentis alta clanculum velit*

*Occidere hostem.*

**Polyb. 13.** Laudandi Achæi, qui nec hostes volebant per fraudem vincere. Vilius fraus, nec principe digna, veneno hostem tollere, vel occulto latrone.

**SI VENERIS SUPPLEX**) Hoc nunquam fecisset, nec ipse Alexander vicitus. Quin & ipsæ captae post prælium foeminæ regiæ, negabant se captas, si viueret rex. Nondum vicitus est, qui vivit, quamvis omnibus copijs & opibus exutus. Ipsa miseria, & misericordia armat reges, & victimum in regnum reducit. Romani & Græci tum demum debellatum credebant,

cum

a.lib. 4.  
annal.  
b.lib. 5. de  
bello Gall.  
c.lib. 4. c.z  
d.lib. 5.  
e.pro Mu.  
tenua.

rum caput belli auctorem ipsum & regem interfecissent. Hoc apud Tacitum, & Cæsarem, & Florum, & Curtium, & Ciceronem, Plutarchum, Polybiū lib. II. cognosces. Generoso animo promptius est milies emori, quam semel apud hostem genua ponere, & se victimum profiteri. Amabat Darius coniugem, matrem & liberos, & sine precio poterat saluos recipere; si supplex esse voluisse, vocem mittere, sed tanti non fecit nec suam, nec suorum salutem.

MEMENTO NON SOLVM REGI, SED ETIAM TVO SCRIBERE.) Acutissimè hoc, seu Alexander, seu Curtius, quod magis credo. nam epistola Alexandri paullò aliter habet, quam hic appono, ut intelligas, quantum à nobis, aut etiam à periodo subinde Curtius deflexerit liberimus interpres.

Ηέπιοσλή Αλεξανδρά δέδε χει.

**O**μέτεροι πρόγονοι, ἐλύτετε εἰς Μακεδονίαν  
οὐχεῖς τὴν ἀλλήλην Ελλάδα, κακῶς ἐποίησαν ἡ-  
μᾶς, οὐδὲν προκεκυμένοι· ἐγώ δὲ τῶν Ελλήνων ἡγεμονῶν  
καταστέθης, καὶ τιμωρῆσαι βελόιδεν Πέρσας, διεβι-  
εῖς τὸν Ασίαν, ὑπαρχάντων ὑρδῆς. καὶ γάρ Περινθοῖς  
ἐποφθάσατε, οἱ τὸν ἐμὸν πατέρα ἤδικθεν. καὶ εἰς Θρά-  
κην, ἵνε μηδέποτε μέρη, δυνάμενοι ἐπεμψεν οὐχ θ.·  
τοῦ δὴ πατρὸς ἀποδανόντων οὐδὲ τὴν ὑπερβολε-  
σάντων, οἵς διμεῖς συνεπάχαστε (ὡς αὐτοὶ οὖτε τοὺς θη-  
τολάκους πρὸς ἀπαντας ἐκομισάσατε) καὶ Αρσῖν ἀποκ-  
τίναντός (εὑ μετὰ Βαγέτον, καὶ τὴν ἀρχὴν κατασχόν-  
των οὐδικάροις, οὐδὲ κατὰ τῶν Περσῶν νόμον, ἀλλὰ  
ἀδικεύντων Πέρσας, καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τοὺς Ελλένας  
χράματα οὐκ ὑπερβάται διατέμποντες), οὐτε  
πρὸς με πολεμῶσι, καὶ χρήματα ἀποστέλλοντες πρὸς  
Λακεδαιμονίδες, καὶ ἀλλεξικαὶς τῶν Ελλήνων, καὶ τῶν  
μὲν ἀλλών πόλεων οὐδεμίας δεκομένης, Λακεδαιμονί-  
ων τε λαβόντων, καὶ τῶν παρὰ (εὑ πεμφθέντων τοῖς  
ἐμοὶ φίλοις διαφεύγοντων, καὶ τὸν εἰρήνην ἢν τοῖς Ελ-  
ληγοις κατεσκεύασα διαλύειν θητεύοντων, ἐστάτευσα  
ἐπὶ τε, ιωάρχαντός (εὑ τὸν Έχερας, ἐπει δὲ μάχην νε-  
νίκηκα. πρότερον μὲν τοὺς (εὑς ερατηγούς καὶ σάτας,  
νῦν δὲ σε καὶ τὸν μετά (εὑ διάμερον, καὶ τὸν χειραν ἔχον,  
τῷ δεύτερῳ μοιόντων. οὐδὲ τὸν μετά (εὑ παρατάξα-  
μένων μῆτρά τη̄ μάχην ἀπέθανον, ἀλλὰ παρέμεινετ  
φυγορ, τετωνθητέλομα, καὶ οὐδὲ ἀκοντε παρ-  
έμοις εἰσιν, ἀλλ' αὐτοὶ ἀκόντες ξυρατεύονται μετ'  
ἔμες. ὡς οὖν ἐμοῦ τῆς Ασίας ἀπάσης κυρίας δι-  
γράφει, ἵκε πρὸς ἔμε. εἰδὲ φοβεῖ μὲν ἐλθών, πάθηστε δέ  
ἐμοὶ ἀχαρι, πέμπετε τίνας τὴν φύλαν τὰ πιστά ληφ-  
μένοις. ἐλθεντὸς με, τὸν μητέρα, καὶ τὸν γυναικα,  
καὶ τοὺς παῖδας, καὶ εἴλλοτε θέλεις, αὔτε καὶ λάμπενε.  
οὐ, τι γάρ ἀνπεθηγέμε, ἵσαι (εὑ. καὶ τὸ λοιπὸν ὅταν παρ-  
έμε, ὡς πρὸς βασιλέα τῆς Ασίας πέμψε. μηδὲ δέ (εὑ  
ἐπίστελε, ἀλλ' ὡς κυρία δυτὶ πάντας τὴν σῶμ, φράζε  
εἰ ταύτην. εἰ δὲ μή, ἐγὼ βγλει (εμα περὶ (εὑ ὡς ἀδικούν-  
τες, εἰ δὲ ἀντιτέγεις περὶ τῆς βασιλείας, ὑπομείνας  
ἔτι ἀγώνισα περὶ αὐτῆς, καὶ μὴ φεύγε. ὡς ἐγώ ἐστι σε  
πορεύεμαι, οὐ δινέος. Πρὸς μὲν Δαρεῖον ταῦτα ἀπ-  
στέλλεμ.

rum rerum domino significa, si quid petas. Sinaliter feceris, ego de te, tanquam iniuriam inferente decernam. Si vero, quod ad regni possessionem attinet, contradicis, aliud pro eo prælium experiri paratus, ne fugias. Ego enim te, quocumque loci fueris, adoriar. Atque haec quidem ad Darium scripsit.

## C A P V T I I

## A R G V M E N T V M.

Alexander in Phœnicia Biblon & Sidonem deditas seruat, Stratōnem regem abdicat, Abdalonymum regia stirpe ortum in regium fastigium extollit.

**D**ipse in Phœnicem descendit, & oppidum Byllon traditum recepit. Inde ad Sidon ventum, urbem vetustate, famaque conditorum incloram. Regnabat in ea Strato Darij opibus adiutor. Sed quia deditio[n]em magis popularium quam sua sponte fecerat, regno visus indignus: Ephastion q[ui] permisum, ut quem eo fastigio Sidonem dignissimum arbitraretur, constitueret regem. Erant Ephastion hospites clari inter suos iuvenes, qui facta ip[s]is potestate regnandi, negauerunt quemquam patro more, in id fastigium recipi, nisi regia stirpe ortum. Admiratus Ephastion magnitudinem animi spennentis, quod alij per ignes, ferrumq[ue] peterent: Vos quidem macti virtute, inquit, estote, qui primi intellectis, quanto maius esset regnum fastidire, quam accipere. Ceterum date aliquem regia stirpis, qui meminerit a vobis acceptum hatere se regnum. At q[ui] illi, cum multis imminere tanta spei cernerent, si gulis \* amicorum Alexandri ob nimiam regni cupiditatem \* adulantes statuunt neminem esse potiorem, quam Abdalonymum quendam, longa quidem cognatione stirpi regia annexum, sed ob inopiam suburbanum hortum exigua colentem stipe. Causa et pauperiaris sicut plerisq[ue] probitas erat: intentusque operi diurno, strepitum armorum, qui totam Asiam concusserat, non exaudiebat. Subito deinde, de quibus ante dictum est, cum regie uestis insignibus hortum intrant: quem forte steriles herbas eligens Abdalonymus repugnat. Tum rege eo salutato, alter ex his: Habitus, inquit, quem cernis in minibus meis. cum isto squalore permundus est. ablue corpus, illuue, \* veternoq[ue] & sordibus squalidu[m]: cape regis animu[m], & in eam fortunam, qua dignus es istam continentiam perficer. & cum in regali solio resieabis, vita necisq[ue] omnium ciuium dominus, caue oblitiscaris huius status. in quo accipis regnum immo hercule, propter quem. Somnio similis res Abdalonymo videbatur. interdum satisne sanie essent, quia tam proterue sibi illudenter, percunctabatur. Sed ut cunctanti squalor ablutus est, & inecta uestis purpura, auroque distincta, & fides a iuravimus facta: \* sero iam rex ipsdem comitantibus in regiam peruenit. Fama deinde, ut solet, strenue tota urbe discurrit: aliorum studium, aliorum indignatio eminebat: Ditisimus quisque humilitatem, inopiamq[ue] eius apud amicos Alexandri criminabantur. Admissi eum rex protinus iussit, diuq[ue] contemplatus: Corporis, inquit, habitus, fame generis non repugnat: sed libet scire, inopiam qua patientia tuleris? Tum ille: Utinam, inquit, eodem animo regnum pati possem! Ha manus sufficeret desiderio meo: nihil habenti, nihil defuit. Magna in dolis specimen ex hoc sermone Abdalonymi cepit. Itaque non Stratonis modo regiam suulectilem attribui ei iussit, sed pleraq[ue] etiam expersica præda: regionem quoq[ue] urbi appositam ditioni eius adiecit.

**I**N POENICEM DESCENDIT). Phœnicæ Græcis p[ro]v[inc]ia à Phœnicæ Agenoris filio dicta, prius Rabbothin & Colpites. Duplex est hæc: Vna, quæ ab Orthosia Berytum usque pertendit: Altera post Berytum, quæ Sidonem & Tyrum complectitur, principes, & toto orbe decantatas, v[er]bes. de quibus mox plura. Phœnicæ passim à Scriptoribus Latinis & Græcis celebrantur, ob admirandum literarum inuentum, de quibus Mela, Plinius, Iustinius, Strabo, Stephanus, aliij: Est in Syria.

**BYLLON**) Et hoc oppidum omnes Geographi celebrant in Phœnicæ. Arrianus, pactionibus traditum: Βύβλον τὰ λαμπάσις ὄμολογία ἐνδοθεῖσα, abiente tamen i[de]nge Enylo, qui cum Autophras-

phrādātē Satrapa Darii versabatur.

RECEPIT ) Iam supra monui, verbum hoc pro simplici usurpari, idemq; sēpē valere, quod ce-  
pi, vel accepi, non perditum recepi: quamquam & hoc sonet. Sed priori vnu frequentat verbum  
Cæsar: Curiosum omnium voluntate Firmium recipit. Et mox: Recepto Aſculō, expulſoquē Lentulo, & ſe-  
pe aliis.

AD SIDONA VENTVM EST ) Vetustate, amplitudine, nobilitate cum Tyro comparan-  
dam: poētis etiam amplius, quam Tyrus celebratam, cum Tyri nusquam meminerit Homerūs,  
Sidonas vero seu Sidonios laudat ab ingenio & artificio, cūm πολυδάχαλος appellat:

-- ἐπεὶ Σιδόνες πολυδάχαλοι ἐστι τοκηταί.  
φόνικες δ' ἄγομεν δάχρες.

lib. i. de  
bell. Ciuit.

Iliad. 4.  
Odyss. 8.  
v. o.

Quos prolixè laudat Eustathius, cūm πολυτέχνες καὶ καλλιτέχνες καὶ χαλκευτέχνες τεχνίτας nomi-  
nat. Et rursum Homerūs & πέπλος γυναικῶν Σιδονίων munera à Paride allata Helenæ nar-  
rat. Ita de ijsdem Strabo: Σιδόνοις ἡ πολύτεχνοι λινες παραδόνται καὶ καλλιτεχνοι καθάπερ ἡ διοικήσις  
δημοκρατία. Addit Strabo peritos Arithmeticæ & Astronomiæ à ratio cinationibus & nocturna nauigia-  
tione ducto initio. Moschus philosopher Sidone natus est ante bellum Troianum; poste & Boe-  
thus & Diodotus floruerunt. Ab ijsdem artibus Sidonios prædicat Plinius. Distat Sidon Tyro du-  
centis stadijs, nostratis bus milliarijs sex, & stadiis quatuordecim. Addit Phaorinus: Σιδώνιος πόλις lib. 5. c. 12.  
τοι φονίκης, καὶ λίνεται Σιδώνιος φύλακταις, ὡς μέγαστη γενική δοσος: ἐκ μὲν Σιδώνιος πολυχάλκης εὑρομαι  
εῖναι, καὶ τοῦ τοπικοῦ πανταχοῦ κατὰ συσολήν ὁ ποιητὴς προβαγει.

Iliad. 7.

FAMA CONDITORVM INCLITAM ) Conditores fuere Phœnices, Sic enim Iustius: Tyri-  
erum gens condita à Phœnicibus fuit, qui terram otu vexati, relicto patria solo, Assyrium stagnum primò,  
mox mari proximum littus incoluerunt, condita ibi urbe, quam à piscium vertate, Sidona appellaue-  
runt. Nam pisces Phœnices sidon vocant. Sed Eustathius à Sida Beli filia dictam putat. Et Iosephus,  
à Sichem Chanaani filio. Curtius infra, Sidonem & Tyrum ab Agenore conditam scribit, & cum  
Curtio alii: Porro Sidonii excisi Darium, Alexandrum vltro accersirunt, vt docet Arrianus. Cur-  
tius infra.

lib. 12.

STRATO ) Visitatum illis regionibus nomen. Et Tyrii Stratonem habuere regem post domi-  
norū cædem. Et suprà, Aradi rex Strato vocatur.

Iust. lib. 18.

DARII OPIBVS ADIVTVS ) Erat enim amicus Darii, immo, vt reor, vectigalis. nam Si-  
donem Persæ ceperunt, vt est apud Melam. Et Sidonii fuere in expeditione Xerxis contra Græcos,  
vt est apud Herodotum.

lib. 1. c. 12.

lib. 7.

POPVLARIVM ) Vltro enim Sidonii Alexandrum Arriano auctore, ad se inuitarunt.

VISVS INDIGNVS ) Ita Alexander rex regum, reges alios abdicavit, alios ex humili in reg-  
num extulit, adeo omnia parent armato.

ERANT HEPHAESTIONI HOSPITES ) De Ephæstione suprà prolixè dictum. Hospites ac-  
cipe, non capones, aut stabularios, vt hodiè usurpatur vulgo vox hospites. aliud est caponium  
& stabulum & diuersorum ab hospitio. Cicero de Diuinat. exerte separat, cūm Arcadum alterum  
ait diuertisse ad hospitem, alterum ad caponem. Hospes est, qui notum, aut familiarem,  
aut amicum excipit: caupo omnes, notos iuxta ac ignotos. Seneca: Nemo se stabulorum hos-  
pitem iudicat. Hospites gratis suos amicos accipiunt, capones mercede & locario. Caupo  
Græcis πανδοχεὺς, caponium πανδοχεῖον est, de quo ad Martialis epigramma xciv. Volum. vi.  
Sic etiam in stabulo semper, sic cœnat in agro. Pluria Ioannes VVotterius ad illa: Arbitri: nec  
quo loco stabulum effet, sciebam. Hospites erant sēpē principes ciuitatum, & magistratus accipiebant,  
aut reges, aut honestissimos: erantque alij publici, alij priuati: priuatorum vox tam de excipiente,  
quam excepto usurpatur, cuius plurima leguntur testimonia apud Ciceronem, Liuium, Cælarem,  
& alios. Inde sunt illa: renouare hospitium, id est, amicitiam, & tessera hospitalis, & tesseram fran-  
gere, & quaerunt generis eiusdem. Cognoscis ergo, cur dicat Curtius Hephaestioni hospites cla-  
ros, etiam regno dignos esse visos, quamvis illud illi recusarent, quod negarent patrij moris esse,  
alios præter natos ex regio sanguine ad dignitatem regiam euehi.

lib. 3.

NEGAVERUNT ) Hæc vox elegantissimum vsum apud cultissimos scriptores habet: pro  
quo vulgo teritur: dixerunt quod non aut his paria, Cæsar pax & Cicero, Plautus, Terentius, & a-  
lli pax obuii. Non est hoc loco negare idem, quod insciari. Negant intueri lucem fas esse ei, qui a-  
se hominem occidit fateatur, quod interpretaberis: Aliunt non esse æquum illum vivere, qui alte-  
rum occiderit.

QVOD ALII PER IGNES, FERRVM QVE PETERENT. ) Huius sententia testes ferè plu-  
res, sunt præ quam numerari possint, quod ex Romana, Græca, sacra & profana historia pax  
cognoscet. Accipe hæc pauca ex infinitis. Eteocles & Polynices Oedipodæ, poëtarum etiam tra-  
gediis celebrati, per cognatum & fraternum sanguinem græflabantur ad imperium, vnde illa apud  
Euripedem impia vox Eteoclis.

Eteocles

Εἰπερ γέρας ἀδικεῖν χρὴ τυραννίδα πέρι.  
Καλλίσομεν ἀδικεῖρα τάλλα δὲ τοτε βόρη χρεῖον.  
Nam si violandum est ius regnandi gratia,  
Violandum est: alij rebus pietatem colas.

Sed enim Eteocles hac oratione non contentus, se paratum cœli ardua ascendere, aut infra terram ad tartara descendere, dum regni potens fiat:

Αἰρωμένηθεν μὲν ἡλίου πρὸς ἀνατολὰς,  
Καὶ γῆς ἐνεργεῖ, διωρᾶς ἀντεργάσαται τὰς.  
Per astra ascendere ad solis exortus,  
Et terram infrā, si potius sim siue efficerem.

**Nota** sunt Cæsaris quoque & Pompeii de principatu certamina, civili sanguine composita, quando Cæsar idem Eteocles carmen in ore habuit, de quo M. Tullius declarauit id modo tempestas C. Cæsar, qui omnia iura diuina & humana peruerit, propter eum, quem sibi ipse opinionis errore finxerat principatum. Agrippinæ ambitionem quis nescit? cui prædictum erat filium regnaturum, sed ipsam occidit, dummodo regnet.

**Silentio** reliquos transeo, Alexandros, inquam, & Alexandri successores, & ante hos Nabuchodonosores, Cyros, Darios, Xerxes, Græca & Latina historia tibi passim exempla subministrabit.

**MACTI VIRTUTE**) De hoc usq[ue] loquendi multa ad Martial. epig. xiii. lib. iv. & ad idem in Analectis.

**REGNUM FASTIDIRE**) Quò plures appetiuere, hoc pauciores recusarunt. Diocletianus expertus fastidiuit, Gordianus senio fessus reculauit, Pontifices aliquot refugerunt, Tiberius fugiendo quæsiuit, simulando occupauit.

**SINGULIS AMICORVM ADVLANTES**) Membranæ Modii: singulis amicorum adulantibus. Acidalius: singulis amicos Alexandri adulantibus, ex se emendat. Potest vetus, & vulgata scriptura probari: Multos etiam singulis amicorum Alexandri adulantes. Nam adulorū Quintiliani æuo tertio catui passim, ipso Quintiliano auctore iungebatur. Cicero, non nisi quarto iunxit cum personæ seu pronominis, tum rei, vt: Vos adulari, & fortunam adulari diceret, quomodo dicendum fuisset ex membranis singulis amicos adulantibus, Quintilianus adulatum militi tribunum. Quin & Litius hoc verbum adulorū, cum Dandi casu copulauit. Tacitus cum accusandi casu i. histor. more tradito quencumque principem adulandi. Lib. xvi. Annal de Petronio: Quod dilcrimen sit inter assensor, adulorū & blandior, docet Valla.

**lib. 5. c. 66.** **I. 3. Dec. 1.** **lib. xi.** **Ne codicillis quidem** (quod plerique pereuntium) Neronem aut Tigellinum adulatus est.

**ABDALONYMVM**) Hanc historiam leges apud Plutarchum, Iustinum, & Diodorum Siculum, quamvis in nomine variatum sit, quando alij Abdolominum, alij Abortonium, alij Alynomum, alij Ballonium, placet Abdalonymus. In re quoque & loco non conuenit auctoribus. Diodorus Tyri regem creatum affirmat contra Iustinum & Curtium, Plutarchus Paphi.

**EXIGVA STIPE COLENTEM**) Mercede conductus vitam manus precio tolerabat, cum operas ad puteos exauriendos collocaret, & hortos irrigaret herbas repurgandas. Stips alij pœcuniā populo collatam, & in ærarium repotam significat, alij Diis oblatam, alij mendicatulus in pertitam: alij mercede, vt apud Plinium, mercenariæ stipis ancilla est, quæstipem vulgato corpore colligit, & quæstum facit, alij pro fructu, & eleganter. Villaticæ pastiones, inquit Columella, & pecuaricæ, non minimam colono stipem conferunt, id est, utilitatem & fructum. Curtius videri potuit accepisse stipem, vel pro diario & mercede, vt dixi, alienos hortos colenti data: vel fructu, suum hortum suburbanum parua stipe & fructu repurgantem. Curtius enim nihil de alieno horto exprimit. Iustinus & Diodorus disertè alieni horti faciunt cultorem.

**CAVSSA PAUPERTATIS PROBITAS FVIT**) Ita plerosque probos, Crotonæ pauperes fuisse notat Arbitrus, Iuuenalis, & Martialis Romæ. Sin urbanioris nota homines sustinet semper mentiri, recta ad lucrum currunt. In hac enim vrbe non literarum studia celebrantur, non eloquentia locum habet, non frugalitas sanctique mores laudibus ad fructum perueniunt. Videbitis oppidum tanquam in pestilentia campos, in quibus nihil aliud est, nisi cadauera qualacerantur, aut corui qui lacerant. Et Iuuenalis:

Quid faciam Romæ? mentiri nescio --- Et  
--- artibus, inquit, honestis

Nullus in yrbe locus, nulla emolumenta laboruni,

Cedamus patria ---- maneant qui pigrum in candida vertunt.

Et Martialis: Si bonus es, casu viuere, Sexte, potes.

**STREPITVM ARMORVM NON EXAUDIEBAT**) Archimedes Syracusias intentus Mathesi, & radijs suis describendis, non sensit captas, donec ipse captus, & occitus lineas sanguine induxit.

**REGIAE VESTIS INSIGNIBVS**) Purpura (cuius auctores erant Phœnices, nec licet nisi regibus primum vti) lcepstro, fascia.

**HERILES HERBAS**) Ut est inuisa filix, & infelix lolium, & steriles auenæ,

Virg. Ecl. 5

*Carduus & spinis surgens paliurus acutis.*

Sarriebat ergo Abdalonymus, & runcabat hortum, noxiasque herbas euelliebat.

**REGE EO SALVTATO**) Appellato ab duobus Hephaestionis hospitibus, vel altero tantum, qui verba faciebat, quæ sequuntur.

**HABITVS**) Pro cultu corporis & veste hic accipitur, vti nunquam, quod meminerim apud Ciceronem, sed Liuium, Plinium, & alios. Cicero ad animum & constitutionem corporis refert: saepius etiam tralate, quam proprie usurpat.

**PERMVTANDVS EST**) Cæteri libri ferè tibi est, vel est tibi: videtur tamen vacuum tibi. Elegans oratiuncula hospitis perelegantis ad Abdalonymum.

**PERMVTANDVS EST**) Iam suprà de hoc verbo disputatum recte etiam dixisset: squalor iste lib. 2. cum hoc habitu permutandus est; contrario vnu, eodem intellectu.

**ABLVE CORPV**) Ita dispunge: ablue corpus, illuui, veterno, & sordibus squalidum. Hoc dicit: Exue rusticum, ac colonum, & indue regem. Squalent sordibus terræ, sudore, & neglecto mundo, corpora agrestium operarum; aulicas mundicias & elegantias, vestiumque cultum in re- gis, non in agro, aut opificum officinis quæras.

**VETERNOQUE**) Omnia formis descripta, & antiqua exemplaria, immo & manu exarata habent æternisque sordibus. Palmerius primus vertit stilum, & expuncto æternis, rescriptit veterno- que. Multa Acidalius hic conatur, & ex ingenio putat vel legi posse loco r̄t̄ veterno, veterni sordibus, vel tetriskue sordibus, vel cæterisque: vel ablue illuui squalidum, deterisque sordibus, cape regis animum. Palmerij iudicium placet, præceteris; sed bona pace Critorum, ego, quando respicitur, more meo retineo veterem, & veram scripturam, cum æternus, hic valeat idem quod diuturnus: quomodo Horatium elegantiae conditorem locutum memini

lib. 2. c. 2.

--- quid æternis minorem

Conſilijs animum fatigas?

æternis inquit Acron, infinitis, & diuturnis. Et Virgilius pacem æternam dixit exercere, Aeneid. 4. seruare. Acernus pro aliud, perpetuo, immenso eleganter ponitur: æternis curis, id est, aliud se cruciare. Notauit hunc usum verbi perelegantem Turnebus, ad illud Virgilianum lib. 8. lib. 13. c. 8. Tum pater æternofatut deuinctus amore. Aeternum, pro magno, atque adeo immenso posuit Maro, & Curtius lib. 4. ferè eodem modo scripsit. Ablue corpus illuui, æternisque sordibus squalidum. Abdalonymus, in æternis sordibus hactenus vixerat agricola. Quid si tamen, vt nostram quoque crissim addamus, quando

Κῆρι ἐφάθ' ἡ μάτηρ πολεμεύεις θῆρεν & μείνει.

Me quoque pollucem mea mater vincere dixit.

Auctoris  
coiectura.

Quid si, inquam, ablue corpus, illuui, terraqué sordibus squalidum. Scriperat enim Abdalonymum deprehensum fusile in repurgandis sterilibus herbis, quod ipsis manibus, vt plerumque fieri amat, factit abat, glebamque tractabat. Alius terrenis, quod parum arridet. Veternus porro pro torpore animi accipitur, alias morbum valet, qui aliud conciliat somnum, donec mortis somno iungatur.

**IN EAM FORTVNAM**) Felicem & beatam ac regiam, quam tua frugalitate tibi conciliasti, propter hanc enim potissimum rex creatus est Sidoniorum, immo & Tyriorum, vt alij tradunt. Pereleganter usurpatur hoc intellectu fortuna.

**CONTINENTIAM**) Paupertatem & frugalitatem permuta regno: continentiam & frugalitatem virtutum omnium genericem.

**CAVE OBLIVISCARIS**) Honores mutant mores, & res secundæ fatigant sapientes: Modestè fecit Gordius, qui plostrum, quo ad regnum fuit euectus, publicum monumen- tum prioris fortunæ, in publico Iouis posuit templo. Modestus & Agathocles Syracusorum tyrannus, an rex, qui semper vesci è fictilibus consuevit, ne prima paupertatis obliosceretur.

**PROTERVE SIBI ILLUDERENT**) Non dissimile est, quod Pertinaci euensis narrat Herodianus οὐ πάντας ἔργα χλευάζοντες προσέβαλων, Non definitis senem ludere hominem, & quæ ibi- dem sequuntur.

lib. 2.

**SATIS NE SANI**) Inter orationem hospitis quærebat, an saperent, qui innocent, & infelici il- luderent.

**SERO IAM REX**) Antiqui codices, Serid, & verè, quicquid contrà ad seram usq; veperam dis- putet Modius. Proinde scribe Et fides à iurantibus facta serio. Non vides, serid rem gestam à iuratis?

**IAM REX**) indurus regium cultum, & regem se sentiens, & credens.

**FAMA TOTA VRBE DISCVRRIT**) De Abdalonymo rege creato rumorem distulit.

Hymn.

**HUMILITATEM**) Fortuna, non generis, hic enim ad paupertatem respexere dūtes. Humilitas, scriptoribus priscis, in vīto erat, aut certe non in virtute. Humilitas generis claritudini opponit: res humiles sunt abjectæ. Exempla ubique obvia.

**CRIMINABANTVR**) Indignum esse regno Abdalonymum, hominem esse agrestem, humilem, mendicum, esse qui possint melius fortunam regiam sustinere.

**CORPORIS HABITVS**) Forma, statura, & dignitas oris, te regibus creatum produnt: de animo nunc videamus. Quæro, quomodo tam indignam generis tuo fortuna in tuleris? Utinam, respondit Abdalonymus, tam moderatè feram opes & regnum, quam non grauatae tuli pati pertinet facilius rebus aduersis constanter occurras, quam moderatè te geras secundis.

**NIHIL HABENTI, NIHIL DEFVIT**) Auaro semper deest, tamque eo caret, quod adeat, quam quod abeat. Omnia possidet, qui nihil petit. Legendum ultimum Ciceronis Paradoxum: οὐ μόνος ὁ σοφὸς πλάστις, Solum sapientem esse diuitem. Magnum, inquit, vestigia parsimonia est, non esse cupidum, pecunia est: non esse emacem, vestigia contentum verò suis, maxime, tertissimaq; diuitia (Sapientes) satis esse putant quod est, nil appetunt, nulla re egerint, nihil sibi deesse sentiunt, nil requirunt. Et apud Senecam poeta: Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit, Quod vult habet, qui velle, quod sat est, potest. auaro nihil satis est, qui non tam habet, quod habet, quam habetur. καὶ ξεῖ ἀλλ' ἔχεται.

**MAGNAE INDOLIS**) Dignum regno iudicauit Alexander è tam sapienti responso, quo capit, magnis opibus inopem locupletauit. Ita Alexander rex regum, alios reges dixit, alios abdixit.

Habes historiam de Abdalonymo ex Curtio, cum quo facit Diodorus, nisi quod Ballonium indiget, & Tyri, non Sidonis regem creatum affirmet. Plutarchus verò Paphi regem ait ab Alexandro institutum: sic enim ille: Πάλιν ἐν Πάφῳ τῷ βασιλεῦντι αδικεῖ καὶ πονηρὸς φανέντος ἐκεῖλον τοὺς τρόπους Αλέξανδρος, ἔτερον ἐζήτει, τὸ Κίνυραδῶν γένεσις ἡδύθοντας καὶ ἀπολεῖται, δοκεῖται, ἐνα δὲ οὐν ἔργασται περιειστατικά πίνηται, καὶ ἀδοξον ἀνθρωποινοὶ καὶ κητῶν λεπτομελημένως διατρέφομενοι. ἐπει τοὺς διπεμφεύτες ἡδονή, ἐνθεθεῖ πρασιάς ἡδώρ επωνυμίαν. καὶ διελαχάθη τὸ στρατιωτὸν επωνυματενόντων αὐτῷ, καὶ βασιλέαν κελευόντων, ἀχθεῖς δὲ πρὸς Αλέξανδρον εἰς ἐνελεῖται σινδονίσκῃ έστι πλεὺς ἀνηρόεινη, καὶ πορφύραν ἔλασε, καὶ ἐν τῷ ἔτερων προσαγόρευμένων ἔκαλεται ἐν Αλύνομο. Rursus in Papho rege ob flagitia, ab Alexandro ejecto, cū rex alter non reperiatur, quod Cypradarum gens funditus delata existimaretur, vnum tandem tradunt inuentum inopem, ultimique nominis hominem, in hortulo quodam neglectum, vixq; ex eo se tolerantem. Ad hunc, qui missi erant, cum πρασιάς venissent, aquam \* elicibus deducentem offendierunt: terrorē verò perculsus est, militibus manū in eum iniicientibus, prairegū, porrò iubentibus, quoad ad Alexandrum deductus obsoleta plague amictus, rex est pronunciatus, assumptaque purpura vñus eorum esse caput, quie regis sodales vocitabantur. Erat tum ei nomen Alymono. Hæc Plutarchus. Nec est, quod mirere nominari Paphi regem. Plures enim Cyprus habuit reges. Insula omnium in omni orbe felicissima nouem olim regnis inclita; quamuis Paphus tantum ciuitas Cypri laudetur. Arrianus etiam reges Cypri, non regem vocat.

### C A P V T III.

#### A R G V M E N T V M.

Perfidus Amyntas, & transfuga cum suis quattuor millibus primū Tripolim venit, inde Cyprus, dein Ægyptum, quam conatus occupare ad Memphin primum victor, mox vicitus cum suis deletur.



Nterea Amyntas, quem ad Persas ab Alexandro transfugisse diximus, cum quatuor millibus Gracorum ipsum ex acie persecutis fuga Tripolim peruenit. Inde in naues militibus impositis Cyprus transmisit: & cum in illo statuerum, id quemq; quod occupasset, habiturum arbitaretur, velut certo iure posse sum, Aegyptum petere decreuit: utrique regi hostis, & semper ex ancipi mutatione temporum pendens: hortatus q; milites ad spem tanta rei, docet Satacen prætorem Aegypti cecidisse in acie: Persarum præsidium & sine duce esse, & inuidum. Aegyptios semper prætoribus eorum \* infenos pro sociis ipsis, non pro hostibus estimaturos. Omnia experiri necessitas subigebat: quippe cum \* primas spes fortuna destituit, futura præsentibus videntur esse potiora. Igitur conclamat, duceret quod videtur.

\* infestos  
\* prima  
spes fortu-  
næ.

tur. Atq; ille utendum animis, dum spe calerent, ratus, ad Pelusij ostium penetrat, simulans à Dario se esse præmissum. Potitus ergo Pelusii, Memphian copias promovit: ad cuius famam Aegyptii vanagens, & nouandis, quām gerendis aptior rebus, ex suis quisq; viciis, urbibus q; hoc ipsū concurrunt, ad delenda præsidia Persarum: qui territi tamen spem retinendi Aegyptum non omiserunt. Sed eos Amyntas prælio superatos in urbem compellit, castrisq; positis, \*Diis vel his victores ad populandos agros, velut in medio positis, hostiū cunctis agebantur. Itaq; Mazaces quāquam infelici prælio suorum animos territos esse cognoverat: tamen palantesq; vi- \*Astaces Mactaces; Mafabes etoria fiducia inscautos ostentans perpulit, ne dubitarēt ex urbe erumpere, & res amissas recuperare. Id consilium non ratione prudentius, quām euentu felicius fuit. Ad unum omnes cū ipso duce occisi sunt. Has pœnas Amyntas utriq; regi dedit, nihilo magis ei, ad quem transfu- gerat, fidus, quām illi, quem deseruerat.

QVEM AB ALEXANDRO TRANSFUGISSE DIXIMVS) Dixerat hoc suprà: At Graci, qui lib. 3. c. 22. in Darij partibus steterāt, Amynta duce, (prætor hic Alexandri fuerat, tūc transfuga) abrupti à ceteris haud sanè fugientibus similes euaserant. De Amynta & Thymonda eadem Arrianus, qui tres Amyntas cognomines ponit, Arrabæ filium, alterum Andromenis, tertium hunc Antiochi, cuius interitum cū exercitu infrā audies.

CVM QVATVOR MILLIEBUS ILLVM EX ACIE PERSECVTIS) An prosecutis? Vtraque proba lectio videri potest, nisi quod persecutus ambiguum per se sit. Arrianus octo millia censeret. Diodorus cum Curtio facit, vel potius hic, cum illo.

TRIOPOLIM) In varijs regionibus hoc nomine ciuitates reperiuntur. Est Phœnices, est Macedoniae, Perræbea Cariae, Messeniae, Arcadiae Epiri, & in Ponto, vti Stephanus tradit. Hoc loco de Phœnices accipienda, quā Amyntas ante Alexandri aduentum peruenit, vt auctor est Diodorus; no- men accepit à colonis ex tribus illuc ciuitatibus missis, Arado, Tyro & Sidone. Melas à tribus op- pidis, singulis inter se stadijs distantibus Tripolimais nomen inditum. Tripolitanum nauale A- myntas occupauit, & nauibus, quibus vti non poterat, incensis, ne Alexander fugientes posset asse- qui, fugit.

CYPRVM TRANSMISIT) Regiam insulam è regione Cilicij sinus positam, quām omnes Geographi depingunt.

IN ILLO STATVRERVM) Exponit consilium Amyntæ, cuius ingenium haud procul abe- rat à proditoris conditione, nulli fidum, omnibus infestum, fortunæ vultum vbique sequens. Erat tum AEgyptus id loci, vt à Satrapis Darij regeretur. Satræces, de quo suprà, prætor AEgypti, ad Isum ceciderat, cuius vicem prætores AEgypto præterant, inter quos princeps Mazaces, proinde velut vacuam magistratu occupare tanquam suam destinarat.

VTRIQVE REGI) Dario & Alexandro hostis Amyntas, primum Alexandrum, deinde Dariū, postremo sua auspicia secutus.

SINE DVCE ESSE) Mentitur esuriens Græculus, qui mōx Mazacen prætorem occisus sensit.

OMNIA EXPERIRI NECESSITAS COGEBAT) Miles, cūm quō le verteret, non haberet, for- tunæ Amyntæ coactus se commisit.

PRIMAS SPES) Victore Dario se beatos fore putabant, tanto regi seruituri; & hæcerat prima spes, à qua destituti, proximam secuti Aegyptum animo præcipiebant. gnome nobilis est: Plerique futura præsentibus anteponunt, parum prouidi vbique rævidit esse.

DVM SPE CALERENT) Elegantiissime hoc, facile enim, & citò refrigerescit, ac debilitatā in- fringitur.

AD PELVSI OSTIVM) A Cypro enim nauiganti versus meridiem, primum ad Aegyptum occurrit Pelusium oppidum, & portus, vbi Nili ostium exoneratur in mare, & angulum ex Delta tertium Pelusiacum efficit. de quo infrā ex Callisthione & Strabone prolixè. Pelusium cæde Pompej Magni nobilitatum est.

MEMPHIN) Caput Aegypti & regia, Caira hodie, de qua plenius ad primum Epigramma Mar- tialis. Amyntas non dubitauit se totam Aegyptum in potestate habituru, vbi Memphian occupasset.

AEGYPTI VANA GENS) Polybius, Strabo, alijq; testantur. \*HOC IPSVM CONCVRRVNT) Hoc genus loquendi lib. priore tractauimus, vt & id quod ad hoc ip- sum.

sequitur, s̄pem non omiserunt. Aegyptij permutaturi magistratum Persicum Græco, Persas adorti vi- Et recederunt: victores Amyntas superauit, ita ludere fortuna solet, in rebus humanis, adeoque ma- ximè bellicis. Amyntam rursus victi aggressi, occidione occiderunt.

SED EOS AMYNTAS PRAELIOS SVPERATOS) Præsidium Persarum accipe Memphis impo- situm, cui præfectus erat Mazaces Satacis vicem prætura fungsens.

VICTORES AD POPVLANDOS AGROS, VELVT IN MEDIO POSITIS HOSTIVM CVNCITIS AGEBANTVR) Iliashic variarum lectionum occurrit. Alter editi, alter membranæ, aliter Modius, aliter Acidalius curat affectum, & propè depositum locum. Mci libri hæc collocant L ver-

\*Hernuar-  
tus v. c.  
legit diui-  
tis.

verba: *Castrisq; positis viatores ad populandos agros eduxit, ac velut in medio positis \* Dëjs, hostium cuncta agebantur.* Alius antiquior *positus his.* Alius agebat. Alij apud Modium: *Positis omnibus hostium cuncta agebantur.* Membranæ Colonenses: *Victores ad populandos agros, velut in medio positi,* *Dis hostium cuncta agebantur,* haud dubiè mendosissimè. Non multò melius Sigebergentes, *Victores ad populandos agros velut in medio positi hostium cuncta agebantur.* Modius ratus sc̄ rem acu tetigisse, rescriptis: *Victores ad populandos agros velut in medio positis hostium, cunctis agebantur.* Sed ipse si bi parum placens, vertit calculum, ediditq; *Victores ad populandos agros velut in medio positi, hostium cuncta agebantur,* nihil melius, immò deterius. Modium damnat Acidalius, qui mutat quadrata rotundis. Primum expungit, quod in veteribus libris scriptum est *eduxit, deinde, ac velut,* vertit in *huc illuc,* præterea pro, *in medio positis,* reponit, *incompositis,* illud *omnibus,* mutat in *a-*gminibus. Demum, quod nullam omnino habet affinitatem, cum voce, & ductu literarum, pro, cunctis, scribit, securi. Ita, inquit, partib; refectis, integrum restitui locum, Quomodo, si non perlanatus est, audebo dicere, vix alius aliter sanabit. Ain' tu? an etiam nobis tollere tentandi conatum, cùm tibi permiseris omnia conaris. Ego ita sanari locum arbitror, *castrisq; positis victo-*res *ad populandos hostium agros eduxit, ac cuncta, velut in medio omnibus positis agebantur.*

Possit tamen permutato verborum ordine rescribere: *Castrisq; velut in medio positis, victores ad populandos hostium agros eduxit:* Verbum *cuncta, vel cunctis positis, agebat vel agebantur,* redundat; vel alia dehiderantur: neque enim oratio rectè connectitur. Intellectus iustus est: *Amyntas compulsis in urbem victus, castrisq; velut in medio (inter urbem nempe & agrum) positis, victores Gracos ad populandos hostium agros, & prædas agendas eduxit.* Alioqui verbum *positis,* altero statim verbi inconditè recurrit. Optime forsitan legeris: *Castrisq; positis victores ad populandos agros, velut cunctis hostium in medio positis \* agebantur.*

**M A Z A C E S**) alias *Mastaces*, al. *Mactabes*, al. *Mastaces*, al. *Mazabes*, aliter *Mazeces.* Nihil est quod miretur hoc loco Glareanus, quomodo Amyntas in concione dicat, præsidium Persarum in AEgypto sine duce esse, & hic à Curtio Mazaces prætorem agat. Primum mendax Græculus estriebat, & vel putabat nullum esse, vel potius mentiebatur. Quomodo enim poterat ignorare à Satace prætorem de more illi esse reliquum? Præterea ut simulabat se missum à Dario prætorem AEgypti: ita simulabat nullum esse præfectum præsidio.

**P R A E L I O S V O R M T E R R I T O S**) *Victus semel miles inutilis: recognosce, quæ Gruterus ad illa Taciti verba annotarat: superesse, qui fugam animis, qui vulnera tergo ferant.* Et hoc est, quod Turonus Troianis toties obiectat: *bu viciam gentem;* Et Romulus: *bis captos Phryges.*

**V I C T O R I A E F I D U C I A I N C A V T O S**) *Quoties spe prædæ viatores à viatis superati sint, lo-*quuntur & veteres, & nostræ historiæ.

**H A S P O E N A S A M Y N T A S**, Monui solempne esse Curtio, post quamvis narratiunculam, vbi quid grauius exponitur, subiici epiphonema; non aliter ferè, quam solet in epigrammati fieri. Digno proinde supplicio mactatum ait, perfidum caput, utrique regi, Dario ad quem transfugerat, & Alexandro, quem deseruerat. Eundem finem fortitum Amyntam narrat Arrianus & Diodorus.

## C A P V T I V .

### A R G V M E N T V M .

Darij prætores ex acie Issica superstites, recuperare Lydiam tentantes fundit Antigonus. Describuntur dein varia bella inter duces Darij & Alexandri gesta. Agis quoque rex Lacedæmoniorum Antipatro bellum fecit.



*Arji prætores, qui prælio apud Issum superfuerant, cum omni manu, quæ fuentes secuta erat, assumpta etiam Cappadocum & Paphlagonum iuuentute, Lydiam recuperare tentabant. Antigonus prætor Alexandri Lydie prærat: qui quamquam plerosq; militum ex præsidys ad regem dimiserat, tamen barbaris spretis in aciem suos eduxit. Eadem illic quoque fortuna partium fuit, tribus prælis alia atque alia regione commissis Persæ funduntur*

duntur. Eodem tempore classis Macedonum ex Gracia accita, Aristomenem, qui ad Helle-  
sponti oram recuperandam à Dario erat missus, captis eius, aut demersis nauibus superat. A  
Milesiis deinde Pharnabazus praefectus Persicæ classis pecunia exacta, & praesidio in ur-  
bem Chium introducto, centum nauibus Andrum, & inde Syphnum petyt. has quoque in-  
fusas praesidijs occupat, pecunia multat. Magnitudo belli, quod ab opulentissimis Europe,  
Asiaq; regibus in spem totius orbis occupandi gerebatur, Gracia quoque & Creta arma  
commouerat. Agis Lacedæmoniorum rex octo millibus Gracorum, qui ex Cilicia profugi-  
domos repetierant, contractis, bellum Antipatro Macedoniae praefecto moliebatur. Cre-  
tenses has, aut illas partes secuti, nunc Spartanorum, nunc Macedonum praesidijs occupan-  
tur. Sed leuiora inter illos fuere discrimina: vnum certamen, ex quo cetera pendebant, in-  
tuente fortuna.

DARII PRAETORES) Pharnabazus, Autophradates, Apollonides Chius, Phisinus, Megare-  
us, Chares, Agis rex Lacedæmoniorum cum Agesilaō fratre, Aristomenes. Alexandri prætores e-  
rant Macedoniae Antipater, Antigonus Lydiæ, Egelochus, & Amphoterus classi præerant; Zopyrion  
Ponto.

RECUPERARE) Ita antiqui libri, Modiani, recipere, quomodo apud Tacitum sèpius scri-  
ptum à recipio, recipero, reciperas, pro recupero.

CAPPADOCVM ET PAPHLAGONVM IVVENTVTE) Alij omnes erant sub ditione Alexan-  
dri, an sponte sequebantur. votum prætorum, an vis exercitus illos secum traxit? an Paphlagonia &  
Cappadocia defecerat. Nam mortuo Alexandre iam defecisse constat.

ANTIGONVS PRAETOR ALEX. LYDIAE) De hoc intrâ sèpius, præsertim libro extremo  
Arrianus Phrygiae præfectum affirmat.

EADEM FORTVNA) felix, quæ secundum Alexandrum pronunciauit. Antigonus enim vicit  
Satrapas Darij, vt Darium Alexander.

CLASSIS MACEDONVM) Ducibus Amphoterò & Hegelocho.

PHARNABAZVS) De quo suprà: Pharnabazi quoque, cui summum imperium maritimæ oræ  
rex dederat &c. Hic cùm accepisset nuncium de clade Isica, cum duodecim triremibus atque ex-  
teriorum stipendiariorum mille quingentis Chium repetit, veritus ne audita strage Persarum defec-  
tionem molirentur. Milesijs pecuniā in classem Persicam imperauit. Miletus caput Ionum in  
Caria.

CENTVM NAVIBVS) Arrianus quasi ex Curtio excripsisset: Pharnabazus autem & Auto-  
phradates aliquandiu apud Chium moram fecerunt, praesidioq; in insula collocato, nonnullis in Conatque  
Halicarnassum nauibus missis, ipsi centum nauibus optimè ad nauigandum instructis Sipheum appellant. Est  
Chios nobilissima maris Ionij insula.

ANDRVM APPELLVN T) Ex Cycladibus vna, ab Andro Eurymachi F. dicta. plura Stephanus  
cum alijs Geographis. Ex hac est Andria Terentij.

SIPHNV M) Insula in Cretico mari à Siphono Sunij F. prius Merope dicta. Has omnes insulas  
Pharnabazus cum Autophradate occupauit.

MAGNITVDO BELL) Persici inter Alexandrum & Darium gerebatur eo fine, vt victor si-  
mul orbem occuparet, quem ipse deuorauerat Alexander.

GRAECIAE ET CRETAE) Non quod Cretenses non Græco loquerentur, sed quod Creta Auct. Polit.  
Græciæ non esset subiecta, suisque legibus viueret, quas Minos tulerat. Est insula non in AEgeo  
mari, vt Eudoxus cenlit, sed vt Strabo docet, inter Cyrenaicam & Græciam sita, longa stadijs lib.10.  
minus duobus duo millaria suprà septuaginta, lata millaria septem minus triéte. dicta ἔκαρομπολις Lib.10.  
a ciuitatibus centum, de quibus copiosè Strabo.

ARMA COMMOVERAT) Græci & Cretenses cum viderent Alexandrum nisi confecto bello  
Persico non reuersurum, ausi sunt le commouere, nec tamen omnes, immò soli Lacedæmonij, qui  
in Alexandrum régem nunquam consenserant.

AGIS LACEDAEMONIORVM REX) Quæras quis iste sit Agis, Lacedæmonius, an Eurysthe-  
nis F. Agesilai frater, quem suis monumentis celebrat singulari libro Xenophon, à quo Agidæ, an  
ille posterior Agis, an tertius denique imperfectus, quem cum Cleomenelaudat Plutarchus. Hic A-  
gis inter primum & ultimum medijs; an ille, quem cum Gracchis componit Plutarchus? Haud du-  
biè mediushic est inter extremos, ab Antipatro ad Megalopolim cæsus. Nec turbet te, quod apud  
Arrianum Agesilaus nominetur Agidis frater, & primus ille fratrem habuit, & iste Agesilaum, &c.

EX CILICIA PROFG V) Ex triginta millibus à Dario mercede conductis, alij Amyntam in  
AEgyptum fecuti erant, alij in acie ad Isum ceciderant, alij ad Agidem venerant, qui cum illo ple-  
rique perierunt.

Paphlag-  
nū prætor  
Calas.  
lib.2. c.3.  
Cappad.  
Abistame-  
nes c.8.  
lib.1.  
lib.3. c.3.  
cap.vlt.1.3.  
Arriand.2.

Steph.de  
vibib.

Lib. 2.

**ANTIPATRO BELLVM MOLIEBATVR**) Prælium inter Antipatrum & Agidem commissum, describitur infrà initio libri sexti. Arrianus docet Agidem ad Antophrodotem in Siphnum insulam peruenisse, ibi triginta accepisse talenta, & decem triremes, quas cum Hippia ad Agesilaum miserit cum mandatis, vt in Cretam cum illis nauigaret, ad res illius insulæ constituendas. Diodorus paucis: *In Europa, inquit, Agis Lacedæmoniorum rex, receptis octo millibus ære merentium militum, qui ex prælio aduerso ad Issum euaserant, nouis rebus in gratiam Darj animum intendit. A quo naues & pecuniam magnam cum obtinisset, in Cretam transmisit. Vbi vrbes complures captas, in Persarum partes traxit. Iustinus de eodem Agidis & Antipatri bello narrat, quem in frà adducemus.*

Lib. 12. ipso initio.

**SED LEVIORA INTER ILLOS ERANT DISCRIMINA**) Inter Macedonas & Lacedæmonios, cùm orbis vniuersus expectatione euentus Pericli belli esset suspensus, Alexander sanè tanto-  
calpaxom- perè properans, hosce despexit, vt cum murium & ranarum pugnis illos contenderet.  
yo maxia.

## C A P V T V.

## A R G V M E N T V M.

**Tyri laus, donum Tyriorum Alexandro missum.**  
**Alexander prohibetur vrbis aditu, descriptio maris Tyrij & vrbis.**



*Am tota Syria iam Phœnices quoq; excepta Tyro, Macedonum erat: habebatq; rex castra in cōtinētū, à quo vrbē angustum fretum dirimit. Tyrus & magnitudine, & claritate ante omnes urbes Syria Phœnicesq; memorabilis, facilis societatem Alexādri acceptura videbatur, quā imperium. Coronā igitur auream legati donum afferebant, cōmeatusq; largè & hospitaliter ex oppido aquæxerant. Ille dona, ut ab amicis, accipiens sit, benigneq; iegatos al- locutus, Herculī (quem præcipue Tyri colerent) sacrificare velle se dixit: Macedonum reges credere, ab illo deo ipso genus ducere: se vero, vi id faceret, etiā oraculo monitū. Legati respon- dent, esse templū Herculī extra urbem, in ea sede, quā Palatyeon ipsi vocant, ibi regē deo sa- crum ritē facturū. Non tenuit irā Alexander, cuius alioquin potens nō erat: Itaq; vos quidē, inquit, si aucta loci, quod in insulā incolitis, pedestre in hunc exercitū spernitis, sed brevem ostendā in continentī vos esse. Proinde sciatīs licet, aut intraturū me urbem, aut oppugnatū. Cum hoc responso dimissos monere amici cōperūt, ut regem, quem Syria, quem Phœnices recepīset, ipsi quoq; urbem in rāre paterentur: at illi loco satis fisi, oblidionem ferre decreuerunt. namq; urbem à continentī quatuor stadiorum fretum diuidit, Africo maximè obiectū, cre- bros ex alto fluctus in littus euoluit, nec accipiendo operi, quo Macedones continentī insu- lam iungere parabant, quidquam magis, quam ille ventus obstabat: quippe vix leni, & tranquillo mari moles agi possunt, Africus verò primā quaq; congesta pulsu maris illis sub- ruit: nec vlla tam firma moles est, quam non exedant unda, & per\* enīxus operum manātes, & ubi acrior flatus existit summi\* operis fastigio superfusæ. Præter hanc difficultatem haud minor alia erat: muros, turresg; vrbis præaltū maré ambibant. Non tormenta, nisi è nauibus procul excussa mitti, non scalæ manib; applicari poterant: præcepis in salum murus pedestre intercepereat iter: naues nec habebat rex, & si admouisset, pendentes & instabiles misilibus arceri poterant.*

**T O T A S Y R I A**) Præter Palæstinam tamen & Gazam, quæ pars Syriæ est. Iaddus enim Hebræo- rum id temporis Pontifex, salutatus ab Alexandro per legatos, vt Iosephus est auctor, & monitus vt se dederet Macedoni, & quæ dependislet antea Dario, illa sibi penderet, auxilia mitteret, com- meatum, arma, alia quæ quæ postulasset, suppeditaret. negauit Pontifex se viuo Dario id præstare posse, quod iurasset, se contra Darium saluum nūquā arma laturum. Iratus rex iurauit se, occupata Tyro exercitū Hierosolymis admoturū, docturumq; aduersus quem iusitandum eslet custodiendum. Quæ porrò post receptam Tyron Alexander in Iudea geselerit, infrà ex Iosepho ponemus. Iudea ergo nondum erat subiecta Alexandro, quæ tamen in Syria.

**I N C O N T I N E N T I**) In littore ad Tyrum. Continens pro terra accipitur, vt oriens pro sole; sa- liens pro fonte, frigida, calida seu calda pro aqua, & hoc genaus alia, sed tamen quæ mare attingit. in- teriora, mediterranea appellantur.

AN-

A L E C V S T V M ' F R E T V M ) Quatuor stadia latum inter urbem & terram. Stadia autem duo & triginta, vnum milliare Germanicum faciunt. Est ergo octaua pars milliaris, quingenti nempe passus.

T Y R V S E T M A G N I T V D I N E , E T C L A R I T A T E A N T E O M N E S V R B E S S Y R I A E P H O E N I C E S Q V E M E M O R A B I L I S ) Vti Tyri oppugnatio & expugnatio capiatur, iuuabit pauca praefari de nomine, & de statu ciuitatis, de antiquitate, conditoribus, insulae magnitudine, nobilitate, vaticinijs ex literis sacris, librisque Iudicium, Regum, Psalmis, Isaia, Hieremia, Ezechiele, Amos, Daniele, Machabaeis: profanis etiam, Berosi fragmentis Graecis, Menandro, Dio, Iosepho, Herodoto, Diodoro, Strabone, Plutarcho, Arriano, Hieronymo, Iustino, Plinio, Mela, Gellio, Chronico Alexandrino Graeco M.S. Virgilio, Ennio, Villalpando, Guilielmo Tyro, Ioanne Heraldo, Christiano Adrichomio, & variorum hodeporicis, qui noltro ferè saeculo Palæstinam suis ipsis oculis obierunt.

Si nomen spectes, hodie Suri audit, olim Hebræis & Syris Σύρος, Zor, Tsor, & Tzor, rupes, saxum, angustiae, Pennis Sar, Latinis Sarra, à quo dictum Virgilio Sarra ostium:

Nomen  
vnde, &  
quod.

Vt gemma bibat, & Sarra dormiat ostro.

Et Ennio: Pennos Africa Sarra oriundos.

Tyrus verò, à Tyra Noethi nepote, Iapheti seu Iaphet filio, septimo loco nato, qui Tyras dictus, & urbem paullò post publicam mundi eluisionem condidit, & à suo nomine cognominam fecit. Vnde antiquitas urbis constat, de qua apud Isaiam: Gloriatur à diebus pristinis in die conditionis sua. A Iosepho ductore gentis Hebreæ secundum Moysem Tyrus laudatur munitissima ciuitas. Sed hi mea conjectura Palætyrum videntur intellecti, illam in continentii triginta stadiis ab insula & vera Tyro distantem. Iosephus enim hanc nouam, non nisi ducentis quadraginta annis ante Solomonis ædem docet positam, quod in Gedeonis magistratum incidit. Chronicon Alexandrinum à me è Graeco latine expressum, trecentis & uno supra quinquaginta, anno Gedeonis octavo tradit exædificatam. Iustinus ex Trogo natalem Tyri conditæ anno uno ante captam Troiam signat, quod tempus in Samsonis æcum incurrit; sed ex Iosepho refelli potest, qui annum septuagesimum sextum ante excidium Ilij Tyro conditæ assignat. Conditoris Iustinus Phœnices generatim & Sidonios, Curtius nominatim Agenorem Sidonis & Tyri facit auctorem, qui circa Dauidistempora, aut Solomonis, quo etiam Hiram Tyros moderatus est, vixisse putatur. Sed si postremi omnes non tam conditores, quām restitutores, & amplificatores fuere, qui urbem iactis circum nouis aggeribus auxerunt, maniaque protulerunt, vt Hiram, qui nouis extra insulam manibus urbem iusto aggere inclusit. quæ causa fuit, quamobrem Homerus nullam fecerit Tyri mentionem illo Troiano saeculo adhuc obscuræ, Sidonem verò celebret, vt suprà monuisse memini.

Cap. 23.  
Cap. 19. l.  
Iud.

Tyrus in alto saxo è mari extante fixa, à quo ciuitas nomen apud Hebreos accepit Τύρος, enim saxum seu rupes est. Fuit vndeque mari cincta, ac tota insula, vt Strabo, Arrianus, Curtius, & omnes alij Tyri laudatores scripsere. Continebat auctore Plinio in ambitu stadia XXII. (nam & rotunda erat) nobis dimidium milliare & stadia sena, siue bis mille passus septingentos quinquaginta. Ambitus insulae, immò æuo Plinij, peninsulæ XIX. millia passuum, quæ quatuor Germanica complebunt millaria cum triente. Recedebat ciuitas à continente quatuor stadiis, siue passus 15. Alexander inuenit distantem, vt Curtius & Diodorus dimensi sunt, vt Plinius & Hieronymus, passus 15 c. Angustiae freti erant ad Orientem urbis. Mare circumfusum procellosum, & latentibus palisim scopolis cæcum & periculorum, vt ignari locorum ad nauigantes, sèpè in ipso portu facerent naufragium. Mare, quod aggere impleuit Alexander (Curtio sine menura, præaltum Arriano vocatur) altum Orgyias tres, ex Plinij sententia, pedes triginta, ex aliorum propè omnium, vlnas tatum tres, seu octodecim pedes, summum viginti. Nam ὄργυια interpretantur plerique omnes vlnam, Plinius decempedam. Eustathius ad Hom. τίτανος μέτρον, trium cubitorum mensuram, Hesichius, Phauorinus, & alibi Eustathius, spaciū vtriusque manus extenitæ, quod est vlna, alijs est sex pedum longitudo, vt Budæus testatur. Sed plerique omnes Graeci ὄργυια interpretantur τὸν ἀμφορέων χειρῶν ἔκτασιν. Mania alta pedes centum & quinquaginta, & pro commentu latata. De munitionibus ac turribus plura Guilielmus Tyrius, qui tamen nō inuenit insulam, sed peninsulam, quam fecit Alexander. AEdes Romanis altiores, eoq; terræ concusionibus obnoxiae, vt vno quondam momento, si Straboni fides, propè tota conciderit. Tempa erant Tyri magnifica, & peruetulta, Iouis Olympij, Herculis Tyrij dicti, & Astartes, de quibus Menander Ephesius Iosepho, Pergamenus Tatiano: οὐτοις (Ελρων Θεοις) ἔχωστε τὸν ἐυρωχυρον, τὸν τε χύροσθη κιόνα. Τοιούς τοιούς Διος ἀνέβηκεν. ἔπειτα ὑληροῦ λεπτοῦ ἀπελθεῖν ἔκοψεν απὸ τοῦ λεγούσεος λιθάνευς κέδρινα ξύλα εἰς τὰ τερψῶν στέγας· καθελκντε τὰ ἀρχόντα ιερὰ κανονούς ταῦτα ἀκοδόμησε. τότε τὴν παχλέσσην Ασάρθης τέμενος ἀνεψιεύσε. Hic (inquit) Hiram aggerem coniunxit Eurychoron, aureamq; ibi columnam Iotus in templō reposuit, & ad Syluanum lignorum prospectus, abscedit de monte, qui Libanus appellatur, ligna cedrina ad tegmina facienda templorū. Demolitusq; antiqua delubra, noua templū adiicauit, Herculis & Astartes fama dedicauit.

Situs Tyri.

Guil. Ty-  
rius de bel-  
lo facto.

Lib. 16. c. 15.

Menander  
historicus.

Dicis peruetus scriptor rerum Phœniciacarum docet, Iouis in singulari matis insula fuisse, ante quam ab Hiramo iungeretur vrbi xath' éautōōn c̄ n̄t̄. De codem templo Herculis Herodotus Lib. 2. spectator eiusdem: καὶ δέλωρ τέτταρι πέρι σαφεῖς τι εἰδέναι οὐδὲ τεῦν ἐπλευσα, χάρις Τύροι τῆς φωνήκης πυνθανόμενος αὐτόδι θεαὶ ιρὸν Ηραχλέας ἀγιον, καὶ ίδου πλευσίς κατεσκευασμένοι πολλοῖσι ἀναδύμασι, καὶ ἐν ἀντανακλασίαις δύο, η μὲν χρυσᾶς ἀπέφθε, ηδὲ σμαράγδους λίθους, λάμποντος τὸς νύχτας μέγας. Quibus de rebus certior fieri cupiens, à quibus posseni, Tyrum Phœnicis vrbe profectus sum, quod ibi templum Herculis esse accepisse, quod & vidi opulenter exornatum cum alijs multis votis, tum vero duabus columnis, altera ex puro puto & incoeto auro, altera ex lapide Smaragdo, maiorem in modum noctu refulgentem. Addit Herodotus se quæstisse ex sacerdotibus de antiquitate fani; illosque retulisse, vna cum vrbe positum. Tyrum autem ante bis mille trecētos annos conditam. Porro de Smaragdo sanè accredo, cūm & Theophrastus apud Plinium testetur Tyri pilam seu columnam fuisse Smaragdo. Huius templi pontifex dignitate proximus erat à rege, & Didonis monitus fuerat Sacerdos, si Togo & Iustino lib. 18. fides.

Oppugnata ante Alexandrum s̄apius, & expugnata est Tyrus, nec tamen ab Hiramo Solomoni æquali, vt falsò interpres Iosephi contra Appionem, pro Tityos scripsit Tyrios; quamquam nec Tityos germanum est, cum libro 8. Orig. Iudæor. legamus Hyceos, forte Zytios vel Zytheos, id est Cyprius, nam Cittium in Cypro, quæ defecerat ab Hiramo, Infrā lib. 8.c. 14. Cyttæ nominatur reuocati ad officium à Salmanasare. A Salmanasare s̄apius oppugnata, nunquam expugnata est Tyrus. Menander Ephesius seu Pergamenus primum dicit à Salmanasare per totam Phœnicem fulle circumlata arma: Ergo & Tyrum, sed pactionibus mitigatum, data pace rediisse Babylonem. Sed cūm à Tyrijs Sidon, Arce, Palætyrusad Salmanassarem defecissent, solaque Tyrus imperata facere recusaret, cum LX. nauibus, octingētis remigibus rediſſet, à Tyria clasę, quæ non nisi XII. nauibus constabat, victus, turpiter aufugit. Reversus iterum omnes fontium scaturientes custodijs sepſit, ne laticem haurirent obſelli, nihil egit, cūm intrā mœnia effossa terra, dulces aquarum venas ex puteis haurirent.

**4. Obsidio.** Nabuchodonosor Tyrum obsedit imperio numinis annis tredecim totis, funditusque evertit. Diocles, Berous auctor est, coeptam anno primo Nabuchodonosoris obsideri, & XVIII. Nabopolasseri Philostrat⁹ Ezech. 29. patris. Et hæc est, quæcumq; Ezchiel præcivit, quamvis excisa tum Tyrus renata sit, de qua postea, Ioseph. Iud. Orig. Iud. Cyro iam imperante, vti prædixerat fore Isaias. Intra hos autem septuaginta annos tota Phœnicie & Cap. 23. 26. grauiter afflita fuit à regibus Babylonis, vti Hieremias affirmat.

De hac obsidione ita Phœnicum monumenta: Επὶ Εθωβάλω τῷ βασιλεῖς ἐπόλιόρχησε Ναβυχοδονός τὸν Τύρον ἦν τρία καὶ δέκα: Eithobalo Tyri regnante Nabuchodonosor cinxit Tyrum obsidione, annis tribus suprà decem. Enumerantur ibidem reges, vsque ad Cyrum. Quod autem Iosephus septimo anno Nabuchodonosoris dicit obleslam, vitium interpretum est. Nam Ithobali septimus accipiens est, non Nabuchodonosoris. Iosephus plura contra Appionem In hac obsidione agger iactus est à Nabuchodonosore vsque ad vrbum, & Tyrus continentiam exca, vti postea ab Alexander. Tyrij cūm vrbe suam desperalent, opibus cunctis in naues impositis, vrbe vacua relicta, abierunt in Cyprum, Carthaginem, & alias insulas. Rex autem exinanitam ingressus, in ædes & tecta & mœnia defeuicit, omniaque solo æquauit, ac pro laborum præmio accepit AEGYPTUM. It hæc clades est, quam totis tribus capitibus Ezechiel denunciat: Isaias etiam ante Ezechielem capite tertio, & 20. toto, quamquam Isaiæ vaticinum possit etiam ad Alexandrum referri.

Illud monendum, quod Scaliger negat se intelligere, cūm dicit Ezechiel: In nihilum redigam te, & non eris, & requisita non inuenieris ultra in sempiternum dicit Dominus Deus. Et eodem capite. Et destruent muros tuos, & ligna tua, & puluerem tuum in medio aquarum ponent. Et dabo tē in limpidissimam petram, siccatio sagenarum eris, nec adiscaberis ultra. Ad nihilum deductā es, & non eris ultra, & non eris vsque in perpetuum. Rursum sequenti: In terram proieci te, & non eris in perpetuum. Et f Isaias: In obliuione eris omni tempore, septuaginta annos, & post 70. annos visitabit dominus Tyrum. Et Onus Tyri, v'luate naues mari, quia vastata est domus tua.

Scaliger existimat de aliqua noua Nabuchodonosoris obsidione & excidio vaticinatum, quem refutat Torniellus. Cūm enim tredecennis fuerit obsidio, s̄apius potuit intreà Nabuchodonosor abiisse ad maiores copias adducendas, & aggerem iaciendum.

Quod Ezechiel æternam vrbi ruinam prædixerit, & restituta sit Tyrus intra septuaginta annos ex Isaiæ oraculo, existimauere sacrarum literarum interpretes, vt docet Sanctus Hieronymus ad hunc Ezechielis locum; Vat̄m non respexisse ad proxima tempora, sed ultima, quibus deletum iri Tyrum funditus putauere, nunquam instaurandam. Et sanè mihi, priusquam Hieronymum inspicrem hæc occurrebat interpretatio, præsertim cum legissim Anno Christi c. 1500. x c. 1. rursum à Saracenis eueram, & hoc plures hodie testantur, excisam postremo à Turcis, nec iam aliud superesse, quæ portum de Sur. Alij mediocrem vrbum scribunt, quamvidentur non vidisse, sed descripsisse, quam alij vel viderint, vel vidisse scripserunt.

Sed

Sed hoc est diuinare de vltimis temporibus, quibus, quid futurum sit Numinis arcana nouit maiestas. Hieronymus non auctor vaticinari Ezechielis oraculum alio versum interpretatur, cum dicit: *Constat enim ex Phoenicum, inquit, & Græcorum literis, quod post LXX. annos instaurata ad potentiam pristinam sit reuersa. Quodque sequitur ( Nec ædificaberis ultra, ) videtur facere quæstionem, quomodo non sit ædificata, quam hodie cernimus Phœnices nobilissimam & pulcherimam ciuitatem. Ex quo quidam volunt, in vltimo tempore hoc Tyrum passuram, quæ postea non sit ædificanda. Sed quomodo Nabuchodonosor personam seruare poterunt. &c. Cenlet ergo Hieronymus locum aliter interpretandum, cum dicit: Poteſt ergo, quod dicitur, ( Nec ædificaberis ultra ) ſic accipi, quod nequaquam ultra sit regina populum, nec proprium habeat imperium, quomodo habuit ſub Hiram, & ceteris regibus, ſed vt Chaldais & Macedonibus, vel Ptolomais, & ad poſtremum Romanis regibus seruitura fit.*

Ad Iſaiam  
23.  
Ezechi. 26.

Ita cenlit Hieronymus, qui vrget nomen Nabuchodonosoris contra illos, qui de vltimis temporibus vaticinantur. Capta ergo Tyrus per Nabuchodonosorem anno millesimo ſeptingentesimo à conditu ſuo, & solo complanata, vt intra ſeptuaginta annos pifatores retia ſua in eius campo explicata ſicauerint. Posuit autem Adrichomius conditam à Thyra Iapethi F. Noethi nepote; que forteſſe rectius de Palætyro accipies, quæ ab Alexandro tota in mare ſparsa, vt aggerem excitat, immo de regia Tyri, vt inſrā docebo. Iofephī calculo euerſa eft anno 663, à primis Tyri fundamentis iactis. Renata poſt leptuaginta annos, & ab Alexandro poſt ducentesimum ſexagesimum quartum à Nabuchodonolore annum. De qua potuit videri Iſaias locutus, cum dixit: De terra Cethim reuelatum eſſe eos, ex qua exiſſe Alexandrum teſtatur primus Machabæorum c. 1. Alexander Philippi Maceſo, qui exiuit de terra Cethim, Non minus malè accepta eſt Tyrus ab Alexandro, quām Nabuchodonosore, immo peius, vt docet Curtius, & alij, tamen recuperauit vires, dignitatem, honores vlique ad Christum, & poſt Christum annos lexfcentos, nongentos vniuersè, gloriata que eſt & Christo, & præfentia S. Pauli, & Origenis conditorio, & Vlpiani natalibus, Tyramoninis Epifcopi ſanguine, & Friderici Ahenobarbi tumulo.

5. Oppug-  
natio.  
c. 23. 1

Anno poſt Christi natalem 1500 x x x v i. à Saracenis occupata eft, mansitq; in eorum poſteſta-  
te annis quadringentis, octoginta octo.

6. Captia.

Obleſſa c. 15. c. xii. à Balduino 4. mensibus, nec expugnata.

7.

c. 15. c. xxiv. à Christianis recepta, & centum, ſexaginta quinque annis reten-  
ta.

8.

c. 15. c. xxviii. Saladinus Saracenorū potentiſſimus tyrrannus, claſſe Alexandrina, maxi-  
miſque copijs acerrimè oppugnata, non ſolum urbem Christiani defendere, ſed claſſe igni corrup-  
ta, hoſtem caſtris exutum in fugam coniecerē.

9.

c. 15. cc. lxxxix. terra, marique obſidio ne pinceta à Saracenis, per deditioñem recepta, &  
excita eft. Plura inſra.

10.

CORONAM AVREAM ) Magne ponderis, inquit, Iuſtinus, coronam, vt regi, & victori.

lib. 3.

AB AMICIS ) Ita amicos habuiflet, & reliquiflet, ſi portas illi aperuiffent, ſed punire Tyrios nu-  
men per Alexandrum, vt ante per Nabuchodonosorem volebat, præfertim propter Icelus domino-  
rum à ſeruis occidorum, idololatriam, luxum, ſuperbia.

lib. 3.

HERCVLI ) Macedonum reges, cum varij memorantur Herculē, ſe Tyrio Hercule natos fe-  
reabant. Cicero: quamquam quem potiſſimum Herculem colamus, ſcire ſane velim. plures enim tradunt  
nobis, quamq; qui interiores ſcrutantur & reconditas literas. Antiquiſſimum, Ioue natum, ſed anti-  
quissimo item Ioue. Nam Ioues quoque plures in priſciis Græcorum literis inuenimus. Ex eo igitur & Ly-  
ſito eft is Hercules, quem concertauiffe cum Apolline de Tripode accepimus. Alter traditur Nilo natus Ae-  
gyptijs, quem aiunt Phrygias literas conſcriptiſſe. Tertius eft ex Iudeis, indigenis, cui inferias offerunt.  
Quartus Iouis & Asteriae ex Latona ſororis, quem Tyrrū maximē colunt, cuius Carthaginem filiam ferunt.  
Quintus in Indiā, qui Belus dicitur. Sextus hic ex Alcmena, quem Iupiter genuit, ſed tertius Iupiter. Cum  
tot fuerint Hercules, omnium reliquorum res geſta vni Alcmenæ filio tribuuntur. Alij triginta  
Hercules memorant. Nos de Alexandro ex Tyrio nato agamus. Non quietit mensidi interpretis,  
donec eruat, quod anxiè querit; quod non ignoret, lectorem in genere & stirpe Alexandri haſu-  
rum, quem niſi ex eo labyrintho, vt alter Theseus expediat, iraſcetur Iſcholiastæ explanationes pro-  
mittenti, & tenebras olim maiores offundenti. Accipe ex antiquiſſimi ſcriptoris Dēxippi reliquijs  
Græcis, quas utraque tibi lingua cognoscendas propino: μετὰ τὴν ἀλώσιν Τροῖας ἔτεσι ἡρακλέου  
κατέσχον τὴν Πελοπόννηſον ἐξ ὃν ἀντὶ Κορινθίων καὶ Αλαβαſiμονίων βαſiλεῖα πρῶτας συνιεκαν. χρόνοις  
ζεύſερον περὶ τὰ τέλη τριτῷ τῷ Μαχεδόνων βαſiλείᾳ ἤργατο οὔτες. ΚάρανΘΑ ΑργεῖΘΑ ἀδελφὸς ἦν Φει-  
δωΘΑ ἐνότῳ τῷ ἀρ' ἡρακλέους καταγόντων τῷ γένεΘΑ, καὶ τῆς Αργείας βαſiλεύοντίΘΑ, σωθιδάτων ἐντυφλῶ  
γαν κατακλιθασθεὶς δοναμηροῦ ἡροιſter παρὰ τῷ ἀδελφῷ, καὶ ἐκ τῆς ὅλης Πελοπόννηſου. μέθ' ἣς τοῖς ὄντας  
Μαχεδόνιαι τότοις ἐπιστρέψασι συμμαχήσας ἀμα καὶ ἐν τῷ Ορεῷ λεγομένον διωάση περὶ τοὺς χώραν  
κατά τῶν πλησιοχώρων βαρεάρων τῷ ἡμίοσταν ἥλαβε χώραν, καὶ πόλιν ἡγειρε κατάχρηſιον, καὶ βαſiλείαν  
ἐν αὐτῇ συνιεκαν, ἢν δὲ κατὰ γένεΘΑ ἐξ αὐτοῦ, καὶ μετ' αὐτοῦ δεδέχοντο. οὐτΘΑ ἐν ΚάρανΘΑ ἀπὸ μὲν Ηρα-  
κλέους συνιεκαν, ἢν δὲ κατὰ γένεΘΑ ἐξ αὐτοῦ, καὶ μετ' αὐτοῦ δεδέχοντο. οὐτΘΑ ἐν ΚάρανΘΑ ἀπὸ μὲν Ηρα-

Ex Dexip-  
po de stir-  
pe paterna  
Alexandri

γλέως ἐνδέχεται θῆν, ἀπὸ δὲ Τημένης τῶν μετα τῶν ἄλλων ἡρακλεῖδῶν κατέβοιτο εἰς Πελοπόννησον ἔδομαι. Γενεαλογίας δὲ αὐτῷ σύντοις, ὥσφετον διόδωρος, καὶ οἱ πολλοὶ τὸ συγγράφειν, ὃν εἰς καθοποματοθή. Καρανοθήδων θῆ Αριστοδαμίδα, τὸ Θεοσίης, τὸ Κιοσίης, τὸ Τημένης, τὸ Αριστομάχης, τὸ Κλεαδάτης, τὸ Υλλός, τὸς Ηρακλέως, ἵνοι δὲ ἄλλως, φησι, γενεαλογίας, φάσκοντες εἶναι Παῖσαις τοῦ Κροίου, τὸς Κλεοδάψης, τὸς Ευρυβίας. Δατὸς Δεβάλλιος, τὸς Λαχάρψης, τὸς Τημένης, δὲ κατῆλθεν εἰς Πελοπόννησον.

Anno post captam Troiam octogesimo Heraclidæ Peloponnesum occuparunt, ex quibus regna Corinthiorum & Lacedæmoniorum natas sunt. Extremis dein horum temporibus Macedonum imperium hunc in modum cepit. Caranus Argius Phidonis regis Argiorum, ex ijs qui ab Hercule trahunt genus, germanus frater, cum & ipse quereret proprium regnum, acceptis a fratre copijs, & milite ex tota Peloponneso scripto, in Macedoniam expeditionem suscepit, suppetiasque iuit regulo cuidam, ex gente Orestarum, contra vicinos barbaros, a quo medium expugnata regionis partem accepit, ibique urbem ex oraculi prescripto posuit, regniisque sedem in ea collocauit, quam nati ex ipso, omnisque posteritas nepotum post illum tenuit. Hic Caranus ab Hercule fuit undecimus, à Temene autem, qui cum alijs Heraclidis in Peloponnesum diuerterunt, septimus, cuius genus ( teste Diodoro, & alijs, ex quibus est Theopompus ) ita deducunt. Caranum creavit Phido, Phidone Aristodamidas, hunc Theostius, hunc Cissius, hunc Themenus, hunc Aristomachus, hunc Cleodates, hunc Hyllus, hunc Hercules. Alij paulo aliter stirpem collocant, qui narrant Parentem creatum à Cræso, Cræsum hunc à Cleodæo, hunc ab Erybiada, hunc à Deballo, hunc à Lachare, hunc à Temene, qui descendit in Peloponnesum.

Hæc Dexippus, qui postea reges Macedoniæ à Corano ad ultimum Perseum enumerat, lacuna in medio relicta, iam ergo ascendamus ab Alexandro ad Herculem:

33. Alexander.	1.	16. Acroras.	18.
32. Philippus.	2.	15. Philippus.	19.
31. Perdiccas.	3.	14. Argeus.	20.
30. Ptolomæus.	4.	13. Perdiccas.	21.
29. Alexander.	5.	12. Thurimes.	22.
28. Amyntas.	6.	11. Cænus.	23.
27. Argeus.	7.	10. Caranus Heraclida primus rex Macedoniæ.	24.
26. Amyntas idem primum.	8.	9. Phidon.	
25. Pausanias.	9.	8. Aristodamidas.	
24. Amyntas.	10.	7. Theostius.	
23. Archelaus.	11.	6. Cissius.	
22. Orestes.	12.	5. Themenus.	
21. Archelaus.	13.	4. Aristomachus.	
20. Perdiccas.	14.	3. Cleodates.	
19. Alexander.	15.	2. Hyllus.	
18. Amyntas.	16.	1. Hercules.	
17. Alcetas.	17.		

Vide Velleium Paterculum, qui Coranus, inquit, vir generis regij, sextus decimus ab Hercule. Iustino est duodecimus, vigesimus quartus Eusebii: adeo inter se discrepat.

\* atiectinis Ethoc est, quamobrem Alexander insignibus Herculis, clava, inquam, & exuviis Leonis in nimis & armis sit vultus. De quibus copiosè Lazius lib. i. rerum Græcarum; vbi & de cornibus hircinis, & Iouis Ammonis oraculo & Danièle plura. Arrianus, quod Herculem attinet, negat fuisse Herculem Alcmenæ filium, sed longè vetustiorem, Iberum nempe Tartessiacum. Tartessum fuisse coloniam Phœnicum, Cadmo priorem, ad columnas Herculis extare columnas, nempe Gaditanas, docet Strabo copiosissimè Volumine secundo extremo. Gades pars Phœnices, immo Tyrii condidere vna cum Herculis templo. Tartessum Strabo ait Baetin flumum nominatum. Columnas vocat Pindarus, portas Gaditridas Herculem Tyrium celebrat etiam Strabo. Theophrastus in templo Herculis ait, fuisse pilam, seu columnam ex uno Smaragdo. Idem Plinius. Theophrastus tradit se scribente esse in Tyro Herculis templo stantem pilam e Smaragdo, nisi potius pseudo Smaragdus sit. Idem de fede ex Eusebe facta c. x. p. 899. lib. 37.

ORACULO MONITVM ) Hercules illi per noctem, quæ obsidionem præcessit, dextram porrexit, & in urbem introduxit, vt narrat Arrianus. De sacrificio tamen nihil ibi, sed eò potuit traxisse Alexander.

PALAEYRON ) Strabo μετὰ τὴν Τύρον ἡ παλαιότερος ἐν τριάκοντα σαδίοις. Post Tyrum est antiqua Tyrus triginta stadijs distans.

CIVVS ALIOQVI PARVM POTENS ERAT ) Ut infra, in cæde Clyti patebit.

INSVLAM COLITIS ) Insula nomen traxit à Salo, quasi in \* Salo insula, quod mari cincta sit. quicquid enim vel a fluminibus, vel mari eminet, insula propriè dicitur, à similitudine inde maritimorum insularum, etiam in urbibus dicuntur insulæ, domus ab aliis seiunctæ, hoc est, ut Feltus doceat,

doctet; quæ non iunguntur communibus parietibus cum vicinis, sed circuitu publico, aut priuato cinguntur. Inde est, quod dixit Vitruvius: *Vt aduenientes (venti) ad angulos insulae frangantur.* Philander: *In vrbibus, inquit, metanis, insulas accipimus, quicquid quatuor plateis, aut angportis, aut alteris cum alteris mixtis cinctum est.*

Ergo in ciuitate insula dicitur, quicquid viis, aut plateis cinctum est. Et insularijs, insularum custodes, & columnæ insulæ, quæ libero loco positæ vndique aere ambitæ. Plura super hoc verbo Bernardus Baldus ad Vitruvium. Est & alia notio insulæ, de qua in commentarijs ad illum Martialis versum disputauimus.

*Ex insulis, fundisq; tricelis soldum.*

lib. 4. Epig.  
37.

Tyrus autem vndique mari cingebatur, vt inexpugnabiles Tyrrij putarentur.

IN CONTINENTI VOS ESSE ) Faciam breui ex insula peninsulam, & affigam vos ter-  
ræ.

DIMISSOS ) Legatos Tyriorum amici Alexandri, quasi amicè, viderent ne Alexandrum ad iram prouocarent, quam non nisi morte sua, & vrbis ruina extinguerent.

SYRIA ) Præter Palæstinam: Phœnices, præter Tyrum.

FRETVM AFRICO OBIECTVM ) Angustiæ freti quatuor stadiorum erant Tyro ab oriente. Africus ventus ab occidente fl. bat, & rectâ mare in angustias propellebat, & fluctus decumanos ciebat. Africus porro Græcis λιψ dicitus, & Vulturno orientali erat obiectus. Vulturnus ab oriente hiberno spirabat inter Eurum & Notum Græcis εὐφόρος. Africus ergo ab occidente hiberno ortus Vulturnum oppugnabat, vti Virgilii in tempestatis descriptione; cum luctantes inter se ventos committit, Africum contra Eurum & Notum collocat.

*Vna Eurisq; Notisq; ruunt, creberq; procellis.*

Africus, & vastos volunt ad littora fluctus.

lib. 2. c. 22.  
lib. 4. c. 38.  
lib. 13. c. 5:

De ventis hisce plenius cognoscere apud Gellium, & Vitruvium, & Vegetum. Porro angustias sive ab oriente postea continentis commissas, facile ex Guilielmo Tyrio disces; qui: *Ab oriente vero, inquit, vnde est per terras accessus, mari clausa triplici cum turribus miræ altitudinis, densis admodum, & se prope contingentibus. Prætere a vallum latè patens, per quod facile eius ciues possent mare introducere in alterutrum.* Addit Guilielmus mare vicinum vrbis periculolum ignaris sive ab latentes passim scopulos. Nam & vrbis rupi & tcopulo maximo imposita est. Sic ergo, inquit, quasi insula est præfata ciuitas, procellosum circum se habens mare, latentibus scopulis & nimia inæquitate periculosum, ita vt peregrinus & ignaris locorum ad urbem nauigantibus, periculosum sit accedere: & nisi ducem habeant, qui adiacentis maris habeat noritiam, non nisi cum naufragio vrbis possent apropinquare.

ACCIPIENDO OPERI ) Quod Alexander per mare moliri cogitabat, vt viam militi per viadas usque ad vrbem sterneret. Africus ergo opus & aggerem maximè impeditiebat, cum aciore flatu mare in molim ab Alexandro congeliam infunderet, & fluctibus crebris & magnis, quicquid rex congerebat, solueret, & pulsu maris a siduo velut ariete quassatum, conuelleret & ablueret.

PER ENIXVS OPERVM ) Nexus habent editi, nec male: aquæ enim, qua opera committebantur, querebant meatus, per quos enitebantur & permeabant. Enixus est obscurius, explicabis tamen, per meatus angustos operum. Metaphora sumpta à parturientibus: est enim enixus, ipsis pariendi conatus, immo actus: ita aqua enititur per angustas trahit aut vinarm vias. Infrà Curtius ipse vocat nexus. Operis delendum putat Acidalius, quod paulo ante præcesserit Operum, legit que summo fastigio.

AMBIEBAT ) Vbi hic Acidali, Modii, Glareani, Erasini, aliquæ criticæ dictatores? Dicendumne ambiebat, an ambibat. Verbum est testibus Prisciano & Grammaticis ab Eo, & requiritur simplex, præter extremam inflexionem ambitum; & participium ambitus; ad discriminem ambitus, cum nomen est. Ambibat ergo dicendum erat, vt ibat, adibat, redibat, & reliqua iuncta: Ouidius:

*Ambibat Sicula cætus fundamina terra.*

5. Metam.  
1. Metam.

*Iussit & ambita circumdare littora terra.*

Dicam, quod videtur. Vtrumque reor usurpatum. Nec mirum si à reliquis ab eo, compositis desicitat, cù etiam in præsenti hoc illi sit singulare, vt E, mutet in I, reliquis omnibus e retinentibus, ab eo, redeo. Ambio tantum, non ambeo, dicitur, vt in Imperfecto sequatur quartum, quem admodum sequitur in Præsenti. Pauca haec tenus in ibam obseruavi: sèpius audies ambiebam. Vtrum rectius haud Icio, Prisciani tribunalia pronuncient.

PRAEALTV MARE ) Idem dicit Plinius: *Præalito, inquit, mari septingentis passibus diuisa. Sed quæ erat altum?* Curtius ὑπερβολικόν regop dixit præalitum. Arrianus non nisi tres vlnas, & quidem quæ profundissimam est, altum affimat, vt Vulcanius interpretatur. Verba Arriani sunt: τὰ πρὸς αὐτὴν τὴν πόλει, ἵνα τὸ Εαθύταο τὸ διάπλος, τριῶν μέλισσα ὄργυα το Καδό-. Vbi vrbem attingit, qua quidem profundissimus trajectus est tres tumidum vlnas altum est. Profecto exigua altitudo, in qua lu-

peran-

peranda, non fuisse septem mensibus Alexandro laborandum. Nec tamen Vulcanum ausita vocare in vitium, quod τὸ ὄργυαν, male verterit: Fauet illi Phauorinus, qui ὄργυαν ita exponit: ὄργυα τὸ ἔκπλωμενον μέτρον τῶν χειρῶν, ἢ τὴν ἐκτασίν τῶν χειρῶν σὺν τῶν πλάταις τοῖς. ταρά τὸ ὄργυαν, καὶ ἐκτείνει τὰ γυα, ὃ δέ τας χειρας. Orgya est mensura passarum manuum, siue distensio manuum una cum latitudine pectoris, à verbo ὄργυαν, quod est extendere membra, seu manus: Hoc, ut vides, nihil est aliud, quam vlna. Vlnam autem cubita quatuor continent, cubitum sese qui pedem. Præaltum mare, cū non sit altius octodecim pedibus. nondum habes, altum mare. Nec Helychius à Phauorino abit, qui ὄργυαν ἐκτασίν ἀμφοτέρων χειρῶν distensionem ambarū manū vocat. Eustathius τριῶν μέτρων τριῶν cubitorum mensura, quæ dimidio pede brevior est vlna. Idem tamen h̄ eīs πλάταις ἐκτασίς ἀμφοτέρων χειρῶν ambarū manū in latum extensio. Herodotus lex pedum facit ὄργυαν, ita octodecim erit pedum altitudo maris. Nihil haec tenus nimis. Plinius ex Theophrasto orgiam decempeda metitur. Ita fierent tres orgiae, triginta pedes, tolerabili altitudine mari. Maxima (cedrus) ea in Cypro traditur ad vndicarem Demetrij succisa, centum triginta pedum longitudinis, crassitudinis verò ad trium hominum complexum. Accipiamus ergo hic, mare altum fuisse triginta pedes, ut Curtius speciem veri obtineat, qui præaltum mare ait fuisse ad muros. Nam Plinius semper orgiam interpretatur decempedam, nisi vitium in Plinio est, ut dōissimus Heruuartus censem.

lib. 5. c. 4.

Plin. lib. 16. c. 40.

lib. 13. c. 5.

**MVROS, TURRES**) Et mœnia fuere alta, & turres. Arrianus νῦσός τε γῆρας αὐτὴν πόλις ἦν, καὶ τείχοις ὑψηλοῖς πάντῃ ὠχύρωτο. Insula erat ipsa ciuitas, altis mœnibus undeque cincta. Idem narrat Guilielmus Tyrius: Et muri recto limite descendebant in altum mare, ut nullus esset per terram aditus ad ciuitatem mari ambitam. Murus aggeri obiectus, erat altus pedes cchthum & quinquaginta, ut Arrianus est dimensus, crassus, ut Diodorus, cubita quinque, id est, septem pedes & semis, quem mox duplicita uit, & medium spaciū aggere, & lapidibus impleuerunt. Nam classem rex præsentem nullam habebat. Sed has omnes difficultates rex instituit superare, propter rationes, quas apud Arrianum adfert Alexander.

**PENDENTES**) Etiam sibi, inquit, habuisset classem, tamen illam in procelloso mari non potuit set firmare, & telise mœnibus petita, accedere difficile & quodammodo ἀδύνατο poterat videri.

## C A P V T VI.

## A R G V M E N T V M.

# Carthaginensium legati firmant Tyrios contra Alexander. Prodigia vrbi exitium protendit.

**N**ter qua haud parua dictu res Tyriorum fiduciam accedit: Carthaginensium legati ad celebrandum sacrum anniversarium more patrio venerant: quippe Carthaginem Tyry condiderunt, semper parentum loco culti. Hortari ergo Pœni cœperunt, ut obsidionem forti animo paternerunt, breui auxilia Carthagine ventura: namque e a tempestate, magna ex parte lunicis classibus maria obsidebantur. Igitur bello decreto per muros, turresque tormenta disponunt, arma iunioribus diuidunt, opifices, quorum copia urbs abundabat, officinas distribuunt, omnia bellū apparatu strepunt: ferrea quoque manus ( harpagones vocant ) quas operibus hostium inyicerent, coruque & alia tuendis urbibus excogitata, præparabantur. Sed cum fornacibus ferrum, quod excudi oportebat, impositum esset, ad motisque follibus ignem flatu accenderent, sanguinis riuī sub ipsis flammis extitisse dicuntur: idque omen in Macedonum metum verterunt Tyri: Apud Macedonas quoque cum forti panem quidam militum \* frangerent, manantis sanguinis guttas notauerunt: ferri regre. Aristander peritisimus vatum, si extrinsecus crux fluxisset Macedonibus id triste futurum, ait: contra, cum interiore parte manauerit, vrbi, quam obsidere destinassent, exitium portendere.

**FIDUCIAM ACCENDIT**) Vt i spetarent se obsidioni sustinendæ pares fieri.

**AD CELEBRANDVM SACRVM**) Herculis certetutelæ Tyriorum.

CAR-

## EXPLANATIONES.

131

**CARTHAGINENSIVM**) Grammatici certant, vtrum Carthaginensium, an Carthaginensium sit scribendum. Apud Sallustium emendatioribus membranis Carthaginensium reperitur. Et Ennius ita dixit, quamquam poetica licentia vsum putant. Ego secus apud plerisque omnes, qui καταλογάδην scrip̄ere, Cathaginenses dixerunt.

**CARTHAGINEM TYRII CONDIDERUNT**) Omnes idem alii scriptores clamant. Testes interpres ad illum Virgilij versum è prima Aeneid.

Vrbs antiqua fuit Tyri tenuere coloni.

**Carthago Italianam contra Tyberinamque longè Ostia præfertim Lambinus, Hortensius, & noster Pontanus.** Adde, quæ Berolus & Menander Ephesius apud Iosephum de tempore Carthaginis conditæ conscripsere, quibus accedit Iosephus Scaliger de emendatione temporum ad editionem secundam in appendice, copiosissimè rem enarrat de Didone, Iustinus, Iosephus ex Menandro centrum quinquaginta quinque annis post conditum templum Hierosolymitanum condita est Carthago, mensibus octo. Si post absolutum templum numeres, erunt anni 143, menses 8. Iustinus LXXII. annis ante Romanam. Alij legunt apud Trogum LXXXII. Servius ait, Carthaginem conditam septuaginta annis ante primam Olympiadem, Eusebius annis CXLIII. post Troiam captam, ait conditam à Carchedone Tyrio, vel Didone eius filia. Dauidis ævo, & regni anno XXXI. Iosephus annis CCXCII. post excidium Troiæ. Legatur appendix ad secundam editionem emend. temporum, parte 27. Ex quo innocentia Didonis, & impudens mendacium Virgilij Enniij, Nauij, Appiani, Cedreni, & qui hos securi ostenduntur, qui Didonem Aeneam amplius centum annis ante mortui amore, in gladium incubuisse fingit.

Vbi verè poëtam Maro, non hiltoricum egit. Quā de rē queritur Dido hoc Epigrammate cuiusdam adēπότε λανή eleganti.

Αρχέτυπον Διός έρικεδέ Θεόνε λεύσσει,  
Εικόνα θεοπεσιώ κάλλει λαμπομένω.  
Τοιχί γενόμενοι, ἀλλ' οὐ νόον σίστον ἀπέται  
Αἰσχρὸν, ἐπ' εὐφύμοις δόξαιν ἐνεγκαμένη.  
Οὐ δέ γὰρ Αἰνέαν ποτ' ἐσέδραχον, οὐδὲ χρόνοισι  
Τροίν περθομένοις ἡλυκον εἰς λεύκην.  
Αλλὰ βίντι φεύγεται Ιαρέαν διδράσιον  
Πηγακατάκραδης φάσφανον ἀμφίτομον  
Πιερίδες, τι μοι ἄγιον ἐφωπλισαδε Μάρω α,  
Τοῖα καδ' ἔμετέρης φεύτατο σώρροτύης.

**Hæc Ausonius** valde libere, & παραφράσις potius, quam metaphræsiæ latine cecinit:

Illa ego sum Dido, vultu quam confisca, hospes  
Assimilata modis, pulchraq; mirificis,  
Talus eram: sed non Maro, quam nubi finxit, erat mens,  
Vita nec incestis \* lata cupidinibus.  
Namq; nec Aeneas vidit me Troius vñquam,  
Nec Libyam aduenit clavisbus Iliacis:  
Sed furias fugiens atq; armis procacis Larba,  
Seruavi, fateor: morte pudicitiam.  
Pectore transfixo, castos quod pertulit enses,  
Non furor, aut laeso crudus amore dolor.  
Sic cecidisse iuuat, vixi sine vulgere fama,  
Vlta virum, positis mœnibus oppeti.  
Inuida cur in me stimulasti Musa Maronem,  
Fingeret ut nostra damna pudicitiae?  
Vos magis historicis lectores credite de me,  
Quam qui furt a Deum, concubitusq; canunt.  
Falsidici vates, temerant qui carmine verum,  
Humanisq; Deos assimulant virtus.

Ita sanè Ausonius.

Non minus peccatum est ab Euripide, & Cortio, quem Aristoteles laudat 2. Rhet. in Medeam heroidem, meliore fama dignam, super sexum, & genus sapientem, quam falso Pharmacidem & τερεντόνων impulli Corinthiorum, qui geminos illius liberos Mermerum & Pheren lapidibus obruerant, quibus postea sacrificium instituerunt, vt est apud Pausaniam. Pluṣa Stobæus, Aelianus, Bisciola lib. 6. c. 19. Neqdæ sancte præcepit Aristoteles in poëticis, non licere fabulas immutare. Nam si licuit illis falsa fingere, cur non licet alijs vera refingere?

Nescio Reginis cur tam sit iniquus Apollo,  
Sancta fuit Colchis, sancta & Elisa fuit.

**POENI**) Quasi Phœni, à Phœnicibus, vt Seruio placet, est & appositum apud Virgilium,

Contra Ap.  
pionem  
lib. I.

\* an, læsa

Videtur legisse Ausonius  
Ἄλυσσον,  
hodie est  
Ἄλυσον,  
verius, nā  
de Aenea  
nō poterat  
scire, an ad  
Carthagineum  
portum applicauerit.

Corinthia-  
cis. serm. 29  
seu 27.

Statuum, & aliōs, Pœnus ager, Pœnus leo. à Pœno dicitur bellum Pœnicum, & Punicum, vt mœnire & munire; sicut à pœna punire.

**E A T E M P E S T A T E )** M. Attilio & M. Valerio Coss. Olymp. cxii. anno primo.

**A V X I L I A V E N T V R A )** Quæ nulla venerunt, vt infrâ docebo.

**P V N I C I S C L A S S I B U S M A R I A O B S I D E B A N T V R )** Tyrii enim & Carthaginenses id temporis maris domini toto orbe habebantur, vt res etiam in parœmiam verterit. Tyria maria conœtitare, vt est apud Afranum, Varronem & Festum, quod omnibus mortalibus periculosa esset nauigatio, propter Pœnos Tyro oriundos. Neque enim vicina maria obsidebant, sed, quodcunque adibant, suæditionis faciebant.

**I G I T U R B E L L O D E C R E T O )** Carthaginensium inanibus promissis inflati statuunt obsidionem tolerare, ad eamque rem, vt hostem à mœnibus defenserent, omnis generistela compor-tant.

**T O R M E N T A )** Balistas, Catapultas, Scorpiones, quibus saxa torquebant, & tela in hostem mittebant.

**O F F I C I N A S )** Ferrarias, ergasteria.

**F E R R E A E Q V O Q V E M A N V S )** Ferreas manus cum harpagonibus confundit : alij distingunt. Liuius harpones ita describit : Postremo afferes ferreo vncō preſixi (harpagones vocant milites) ex Punicis nauibus inyici in Romanas cœpti, quos cum neque ipſos, neque catenas, quibus ſuſpensi inyiciebantur, incidere poſſent. Quæras, quæ ſint catenæ? intelligo egō vincula, ſeu la-minas tenues, per aſteres, ſive haſtilia, contouſe, ſeu perticas ex omni latere demiffas, ne lignum incidi poſſet, vt hodiè videmus in bipennibus, & haſtis: niſi dicas, circulos cate-narum ultra afferem procurriſſe, extremoqne vncum adhæſiſſe. Sed fruſtra eſt Stevvechius, cum Liuium ex loco reprehendit, confixa ab illo manus ferreas cum harpagonibus, quod ex alio Liuij testimonio conatur affirmare. Sed is locus Curtiſt eſt hic ipſe, non Liuij. Curtius ergo, non Liuius confundit. Alium, credo, Stevvechius non vidit lib. 4. dec. 3. ſive 2.4. vt alij numerum collo-cant: vbi eleganter ferream manum ab Archimede excogitatam describit: In eas, inquit, nauies tollendas, deſuper murum eminētem ferrea manu firma catena illigata, cum iniecta prora eſſet, gra-uique libramento plumbi reueleret ad ſolum, ſuſpensa prora, nauim in puppim ſtatuebat: dein remiſſa ſu-bito, velut ex muro cadentem nauim cum ingenti trepidatione nautarum, ita vnde affligebant, vt etiam ſi recta recideret, aliquantum aquæ recipere. Ita maritima oppugnatia eluſa.

Videre viñ' & vſum ferreaꝝ manus? Cæſar: Ii manus ferreas, alij harpagones parauerant. Et Plinius diuersos vtrique instrumento inuentores, & vt diuerso aliſignat, & ab Anachorſi harpones, & Pericle Atheniensi manus ferreas ait excogitatas, ſpeciatim Cæſar mentionem facit ſine harpago-nibus manuum ferrearum lib. 1. & 2. de bello Ciuiili: afferes quoque, vt Liuius nominat, ſed non aduncos. Bernardinus Baldus libro de Vitruvianorum verborum ſignif. voce harpagine tuli, ſive harpones mitili ſtrati, harpones instrumenta adunca, & vneinata interpretatur. Græcisq̄ ἀρταγας dici: Sed Græcis ἀρταν & ἀρταξ leges hoc ſignificatum: alij ἀρταγη dicunt pro lupo, ἀρταγη pro rapina, nugæ. Appianus tamen ἀρταγα vocauit harpagonem, itaque deſcripit ex nouo Agrippæ inuenio: Επειδὴ τὸ τέλος μενον ἀρταγα δὲ Αγγίπτας, ξύλον πεντάτοκον σιδηρῷ περιβελημένον, κρινδεῖχον περὶ κεράς, ἔκατερ, τὸ δὲ κρικόν εἴχετο τὸ μὲν δὲ ἀρταξ σιδηροφραματύλον, τὸ δὲ καλώδια πολλὰ μηχανῆς ἐπιστήμενα τὸ ἀρταγα, ὅτε τοις πολεμίας νεώς ἐκ κατακέλλει λάσσοντο. Agrippa verò & harpagonem commentus eſt, quinque cubitale lignum ferro armatum, in vtroque cornu habens circulum, & in horum altero harpago vncum ferreum habebat, in altero multos funes, qui machinis attrahebant harpagonem, ca-tapulta in hostilem nauem inmifsum. Subiicit dein Appianus, quantum momenti ad victoriā ea machina harpagonis attulerit. Ex quibus diſcis varia etiam genera harpagonum fuſile. Ferrea ergo manus diuerſa ab harpagonibus, maleq; à Curtio, Stevvechio, & alijs conſulz, λύκον latini lupum eundem appellitant.

**O P E R I B U S )** Aggeribus, vallis, turribus.

**C O R V I Q V E )** Coruorum diuersa fuere genera, diuerſæ formæ. Hunc Diades inuenit, illum Tyrii, alium Cn. Ouelliū. De primo Vitruvius: Inuenit etiam (Diades) cor-uum \* demolitorem, quem non nulli gruem appellant. Hunc Philander putat fuſile eundem Hele-polii Cilliæ apud Rhodios. C. Duillius aduersus classem Carthaginensium κόρακα ſeu coruum inuenit, proſitus diuersum ab hoc & Curtiano, quem \* Polybius deſcribit: Deltituebatur in proris tignum rotundum, longum vlnas quatuor, latum in diametro palmas tres, trochleam in fasti-gio habens: eidem ſcalam applicabant, atque inducebant ē transuerſis tabulis latis pedes quatuor, longis vlnas ſex compactam, clavisque confixam. Foramen tabulati oblongum erat ſtatiſt a primis duabus vlnis tignum ipsum circumplectens. Ad latus oblongum erat vtrimeq; alra genū tenus lo-rica. In extremo ferreum quāſi piftillum in acutum defiſens aptabatur, hahens in vertice annulūm; ita vt vniuerſa compages machinamentis eſſet ſimilis, quibus farina conficitur. Porro illi anulo fu-nis illigabatur, quo in commiſſionibus nauium trochlear illiusope, quæ in tigno erat, coruos ere-ctos in tabulatum alienæ nauis demittebant: idque modò in proram, modò naues circumagendo,

vt in latera inimicarum darent impetum. Postea verò quām infixi erant eorū tabulatorū asteribus, admotas naues inuicem constringerent, quoties quidem oblique naues murua latera coniungerant, omni ex parte insiliebant: quoties verò à prora erant commissæ, per ipsam machinam bini continua serie irruerant, quorum primi aduersos iactus scuris obiectis defendebant: proximi his scutorum curuaturam super lorica imponentes, latera tutabantur. Hi erant coruī Polybiani. Dif-similes ab his Curtiani, quos neque \*Lipsius, neque Bernardinus Baldus commentario Virruiano est assedit, quando eosdem cum Polybianis scripsierunt Curtianos, quamque Lipsius cautius, mōx corrigit sententiam. Vicinior est coruī Curtiano lupus \*Liuianus & Vegetianus, qui iam erexerant ad murum scalas, in alios lupi supernē ferrei injecti, vt in periculo essent, ne suspensi in murum traherentur. Vegetius. In modum forficis dentatum ferrum, quem Lupum vocant. Hi Curtiani ē Lupi Ve-mēnibus in naues tormento, tanquam balista emittebantur sine milite, & naues lacerabant, & getabant propugnatores intra mēnia traijciebant. Sic enim infrā Curtius: Namq; ad implicanda nauigia, que muros subibant, validis asseribus coruos, & ferreas manus illigauerant, vt, cū tormento afferes promouissent, subito laxatis funibus injicerent. Vnci quoq; & falces ex iisdem asseribus dependentes, aut propugnatores, aut ipsa nauigia lacerabant. Dio propius accedit, qui Bizantinos affirmat habuisse inter In Seuero machinas harpagones, quos emittebant, & reducebant celeriter. Plane descripsit hos coruos Tacitus: Principum terrorem intulit suspensum, & nutans machinamentum, quo repente demisso, prater suo-4. Histerum ora, singuli, pluresve hostium sublimē rapti, verso pondere intra castra effundebantur.

ET ALIA TVENDIS VRBIBVS EXCOGITATA) Missilia tela, tormenta, balistæ, catapultæ, & alia noua, infrā subiecta, tridentes, scuta arenaria.

SED CVM FORNACIBVS) Sequuntur omnia futuri excidijs, quæ tam obfessos fecere dubios, quām oppugnantes, singulis illa pro sua fortuna interpretantibus: quamquam Aristander acutissimus prodigiorum interpres, rem acutetigerit, & cladem vrbis præsenscrit. Primum in vrbē notatum, quando liquentis in igne ferri, color in sanguinem diffluxit: alterum extra vrbem in castris Macedonum, cū fracti panis medulla crux immaduit, quæ solerter vates Tyris cladem denūciare ostendit, cum & ab ima flamma in vrbē sanguis eruperit, & ex media terra guttæ promicarent, omnia extrema obfessis vndique pressis imminere. Tertium est etiā ab Arriano scriptum, quod misericordia Alexandrum ad tentandam vrbem confirmauit. Illa nocte, quæ obsidionem præcessit visus, Alexandro Herculis imago dextram porrigentis, & regem in vrbem introducentis: quod somnium Aristander verè, & ingeniosè coniectans, Tyrum quidem expugnatum iri, sed non absque sudore, quod Herculis opera essent laboriosa. Plutarchus quoque elegans narrat somnium capiendæ vrbis symbolum, & propè enigma, siue logogryphum. Satyrus per quietem Alexandro obiectus, procul ei visus est alludere, quem, cū prendere identidem conaretur, subducere se, tandem post preces multas, atque circumcursationes, venire in manus suas. Hic somniorum coniector, promittere certam Alexandro Tyrum, ausus, id nomen ipsum dixit ostendere. nam si primam à reliquis syllabis diuidas erit σὸν Τύρος, tua Tyrus: σὸν enim Dorum, Dialecto dicitur pro σὸν illa σὸν γενίτερας Τύρος, non prophetanti γνωστον, sed tantum σὸν Τύρος sine alia voce, diuina tamen voce. Tua erit Tyrus. Ostendunt etiam fontemp, proter quem secundum quietem, vilus est Satyrum videre. Lusit autem diu Satyrus Alexandrum, quod diu repugnatur & defensuræ essent Tyrii, antequam expugnarentur. Narrant idem de Satyro somnium Artemidorus, Daldianus, Zonoras, Cedrenus. Nullus fīnis omnium, quæ & Hierosolyma olim euertenda à Tito plurima fuere, quemadmodum Iosephus, Egelippus, & alij prodidere. Curtius alia tria prioribus, infrā subiungit: de Apolline, qui ciui Tyrio per speciem in somno visus, aperuit vrbem, à se deserit, aggeremque ab Alexandro iactum, in sylvā conuersum: de ceto immanni ex alto emergente, & se ad aggerem applicante. Plutarchus refert, eo ipso die, quo capta Tyrus est, Aristadrum vatem, dum victimis cæsis exta inspiceret, in corona procerum pronunciasse, vrbem haud dubiè illo mense expugnandam. Sed turba dictum eius ludibrio, & risu excipiente, quod dies ea mensis esset ultima, nullaque spes esset vrbis capiendæ: proinde adynaton ab Alexandre proditum. Alexandrum vt perplexo iam vati, & verecundanti consuleret, illum diem XXVIII. mensis deinceps, non trigesimum iussit appellari, signoque tuba dato, quod ante non decreuerat, murum acrius adortus occupauit, & vrbem eodem die præter spem cepit.

IN MACEDONVM METVM) Perinde quasi Macedones præ metu sudaturi sanguinem essent, immē cædendi, & sanguinem futuri in fuga & cæde: sed mali vates Tyrii ferui. Dic-dorus narrat, mandentium panem Macedonum ora cruenta paruisse:

\* In Polio  
certico l. 5.  
dial. 8.  
\* Lib. 28.

In vita A-  
lexandrī.

Li. 4. de in-  
sōnijs c. 26.

Idem Dic-  
dorus.

## C A P V T VII.

## A R G V M E N T V M.

**Tyrij Alexandri legatos de pace missos occidunt, difficultas obsidionis, desperatio militis, Alexandri hortatio.**



\* tam

\* ceraentiu

*Alexander cum & classem procul haberet, & longam obsidionem magno sibi ad cetera impedimento videret fore, caduceatores, qui ad pacem eos compellerent, misit; quos Tyrij contra ius gentium occisos precipitauerunt in altum. Atque ille suorum\* iam indigna nece commotus, urbem obsidere statuit. Sed ante iacienda moles erat, qua continentis urbem committeret. Ingens ergo animis militum desperatio incepit: \* profundum mare, quod vix diuina opere posset impleri: quae saxa tam vasta, quas tam proceras arbores posse repertiri: exhaustendas esse regiones, ut illud spacium aggeraretur: exsttuare semper fretum: quoq; arctius volutetur inter insulam & continentem, hoc acris furere. At ille haud quamrudis tractandi militares animos, speciem sibi Herculis in somno oblatam esse pronunciat, dextram porrigentis: illo duce, illo aperiante, in urbem intrare se visum. Inter hac caduceatores interfectos, gentium iure violato referebat. Nam esse urbem, quae cursum victoris morari ausa esset. Ducibus dein negotium datur, ut suos quisq; castiget: satisq; omnibus stimulatis, opus orsus est.*

**CVM ET CLASSEM PROCVL HABERET**) Iterum ostendit futuræ obsidionis difficultatem, propter situm urbis alto mari ambitæ, & classis absentiam, & molem à continenti ad urbem usque per leptingentes, aut certè quingentos pedes perpetuandam, & freti sauentis illic assiduos fluctus, & altitudinem. Glareanus hoc loco docet contraria scribi à Curtio & Diodoro; ego secus autumo, fallique aio Glareanum, quando scribit Diodorum statim initio oppugnationis affirmare, Tyrios quanquam classem LXXX. triremium haberent, tamen in urbem compullosab Alexandri classe, quæ & operarios in aggere tutos reddiderint à Tyriorum eruptione, Curtium vero negare, initio oppugnationis Alexandro ullam fusile in promptu classem. Sed nego ego à Diodoro tradi, statim initio oppugnationis Alexandrum habuisse classem. nihil enim ibi de classe Diodorus, sed tantum de aggere iacto, & iam ab soluto meminit, ac tum demum Tyrios senes, & pueros, cum imbelli mulierum turba, Carthaginem deuehore conatos, & verò partem deuenille: alteram demum partem à classe Alexandri interim comparata, deprehensam, & retrò in urbem repulsam.

**CONTRA IUS GENTIVM OCCISOS**) Iuris consulti & ciuilis nonnihil abeunt à Iuris diuinis interpretibus & consultis. Illi aliud constituunt ius naturale à iure gentium: hic idem affirman. Vlpianus enim ita de utroque differit: *Ius gentium, inquit, est, quod gentes humanae vtuntur, quod à naturali recedere facile intelligere licet: quia illud animalibus, hoc solis hominibus inter se commune est.* Viden' ut Vlpianus ius naturæ tribuat etiam animantibus & feris, ius gentium solis hominibus. Vlpianum fecutus est Iustinianus: *Ius naturale, inquit, est, quod natura omnia animalia docuit: nam ius istud non humani generis proprium est, sed omnium animantium, quæ in cœlo, quæ in terra, quæ in mari nascuntur.* Hinc descendit maris atque fœmina coniunctio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio & educatio. Videmus enim cetera quoq; animalia istius iuris petitia censerit. Quod verò naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos præcipue custoditur, vocaturq; ius gentium, quasi, quo iure omnes gentes vtuntur. Et populus itaque Romanus partim suo proprio, partim communis omnium hominum iure vtitur. Et infrā: *Ius autem gentium omni humano generi commune est.* Nam ysu exigente, & humanis necessitatibus, gentes humanae iura quadam sibi constituerunt. Bella etenim orta sunt, & captiuitates secutæ, & seruitutes, quæ sunt iuri naturali contrarie. Iure enim naturali ab initio omnes pœne contractus introducti sunt, ut emptio & venditio, locatio & conductio, Societas, Depositum, mutuum, & alij innumer abiles. Sed ius naturale non est propriæ & verè definitum, ut & ipsi iuris consulti testantur, qui negant iniuriam cadere in bestiam. Ergo nec ius. Præterea: Vbi nulla est ratio, ibi nullum est ius: In bestijs nulla est ratio, nullum igitur ius. Quomodo tamen ius dicatur in homine, & idem in bestia, eleganter docet Goueanus De cr. 2. titul. Iur. c. i. 9. Et Epiphanius comment. in 4. lib. Inst. Iuris Civilis. De Iure gentium Cicero. Itaq; maiores nostri aliud ius gentium, aliud ius ci-

lib. 1. §. ff. Si  
quadrup.  
paup. fec.  
die. Et lib.  
Etsi §. 5. ff.  
ad leg. ff.  
quid.  
lib. 5.  
1. Rhetori.

uile esse voluerunt. \* Liuius ius humanum. \* Aristoteles Κοινόν, commune. Distinguuntur ius gentium à ciuili, quod illud sit antiquius, hoc recentius; illud ratio constituerit, hoc populus, aut rex; illud latius pateat, hoc sit angustius; illud & grē immutetur, hoc facile. De hac tota quæstione doctissimè disputat contra Iurisconsultos noster Vasquesius in D. Thomam. Posse & doctissimum in r. 2. di- addere Franciscum Conarum l.t. comm. Iuris ciuilius c. 6. Nobis hæc ad præsentem locum sufficiant. sput. 157. q. \* lib. 5. \* 1. Rhetor. ric.

Iure ergo communī naturali seu gentium, semper legati à quocunque missi, habiti sunt facro-  
sancti. Quod alioqui inter hostes nulla sit via pacis vñquam reconcil. & horum violatores  
sint habiti in numero hostium omnium gentium totius generis humani. Nihil est, quod moueare  
Glareani suspicione, arbitrantis hanc de legatis occisis historiam esse falsam; quod Diodorus &  
Iustinius illam præterierint: quasi Iustinus & Diodorus non alia multa transmiserint silentio, quæ  
Arrianus & Curtius narrant. Quid si hæc, & alia habuere Calisthenes, Duris, Ptolomæus, Aristo-  
bulus, & innumeri alij nobis inuisi, Curtio olim forte lecti. Multa Aelianus, Polyænus, Plinius  
adferunt alijs præterita.

IACIENDA MOLES ERAT.) Militem operis futuri, laborisque infiniti cura terrebat. Et re-  
ipla non fallabantur. Nam quantæ molitionis res fuerit, dicit potest ex conatu Nabuchodono-  
sori, qui primum aggerem iecit, cùm urbem xiiii. annis arctissima obsidione terra, marique  
premeret. Id quod sanctissimus & verissimus vates Ezechiel narrat, cùm exponit militum labo-  
rem, ex quo affirmat, omnibus defluxisse capillitum, & caluitio deformatos, depilatosque hume-  
ros onera portantium. Sic enim ille: *Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis, seruire fecit exerci-  
tum suum seruitute magna aduersus Tyrum: omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est, &c.*  
Hunc ergo laborem cum Macedones suis cerucibus imminere præsentilcerent, in ultimam de-  
sperationem acti, videbantur, imperia recusaturi, cùm & mari altitudinem, etiam profundio-  
rem quam erat animis metirentur, & tota montium iuga humeris putarent vectanda, & rupes ex-  
scindendos, ad interuallum, quod erat inter urbem & continentem aggerendum. Præterea ina-  
nem fore operam, freti furentis astu omnia dissipaturi.

DESPERATIO INCESSIT.) Idem infrā lib. 5.

AT ILLE HAVD QVAQVM RVDIS TRACTANDI MIL. ANIMOS.) Ut suos ad opus  
moliendum induceret, oraculis & orationum momentis vsus est Alexander. Illud erat, de quo idem lib. 2.  
supra diximus Herculis cognatum suum Alexandrum in urbem inuitantis; hæc, quod legatos  
occidissent, ius gentium violascent, quod urbana aula eset se orbis viatori opponere, quam nisi ce-  
pisset, futurum, vt fama, qua plura quam armis vicerat, corrumperet sibi etiam reliquias victorias.  
Alias caulas adserit Arrianus, apud quem copiosius perorat Alexander, cùm dicit, à Tyri expugna-  
tione pendere totam Græciam, Cyprum & Aegyptum. Illane desciscat cum Lacedæmonijs, hæc  
vt accedant ad Alexandrum. Hæc Alexander in publica militum concione, priuatim singulos  
etiam duces cohortatus, vti dubitantibus calcaria adderent.

OPVS ORSUS EST) Ipsi primus moliri coepit, manibus etiam ad opus admotis. Polyænū Lib. 4.  
audi: *Αλέξανδρος πλιορχῶν Τύρον, βυλόμενος χώμα τοῖς τείχεσι τῷ Τοπίῳ μεταβαλλεῖν πρῶτον αὐτὸς περὶ Ακόφινον λαβεῖν χθὲν πληρώσας προσίνεγκερε: οἱ Μακεδόνες ὡς εἶδον αὐτὸργύντα τὸν Βασιλέα, παραχρῆμα τὰς λέξανδρος χλαιμίδας & πορφύρας τὰ χωρία διὰ τάχεις ἔγειραν. Alexander Tyrum obsidione cincturus, aggeremque  
marenib[us] Tyriorum commissurus, primus ipse cophinum terra farum gestauit, quod ubi Macedones vide-  
runt, ipsum, inquam, regem suum onus gestantem, projectis chlamydibus, brevi spaciū mari terrā com-  
planarunt. Erubuit nempe miles quem præire decuerat, non sequi imperatorem. Sed quid dicat  
hic Glareanus, cùm hoc Alexandri factum alij dissimulent, & tolos Polyænus exponat. Iterum  
fabulam proclamabit, ipse fabula futurus.*

## CAPVT VII.

### ARGVMENTVM.

Incipit aggerem iacere per mare, Tyrij obnituntur:  
Expeditio interim in Arabes.



Agna vīs saxonam ad manū erat Tyrō vetere: materies ex  
Libano monte ratibus & turribus faciendis aduehebatur. Iamq.  
à fundo maris in altitudinem modicam opus excreuerat, nondum  
tamen aquæ fastigium aquabat: & quo longius moles agebatur à  
littore, hoc magis quicquid ingerebatur, præaltum absorbebat ma-  
re: cùm Tyrij parvis nauigis admotis per ludibrium expro-  
brabant; Illos armis inclytos dorso, sicut iumenta, onera gestare:

interrogabant etiam, num maior Neptuno Alexander esset. Hac ipsa insectatio alacritatem milium accedit. Iamque paullum moles aqua eminebat, & simul aggeris latitudo crescebat, urbique admouebatur: cum Tyri magnitudine molis, cuius incrementum eos ante se fellerat, conspecta; leibus nauigis nondum commissum opus circuire coperunt: missilibus eos quoque, qui pro opere stabant, incessere. Multis ergo impunè vulneratis, cum & remouere, & appellere scaphas in expedito effet; ad curam semetipos suendi ab opere conuerterant. Igitur munientibus coria, velaq; iusit obtendi, ut extra teli iactum essent, duasq; turrex ex capite molis erexit, è quibus insubeentes scaphis tela ingeri possent. Contrà Tyri nauigia procul à conspectu hostium, littori appellant, expositisq; militibus, eos, qui saxa gestabant, obtruncant. In Libano quoq; Arabum agrestes incompositos Macedonas adorti, triginta a fere interficiunt, paucioribus captis. Eares Alexandrum diuidere copias coegit. Et ne segniter aßide reuni urbi videretur, operi Perdiccam, Crateronq; præfecit; ipse cum expedita manu Arambiam peijt.

\* iustum

Cap. 126.  
27. 28.Iosepho &  
alijs.Plin. 1.5.  
c. 20.

Varro li. 6.

Lib. 26.

lib. 4. c. 12.

MAGNA VISSAXORVM EX TYRO VETERE) Et hæc vrbs erat nobilis, eademque fortè à Iapheti filio Thyra condita. Existimabam Ezechielem de hac vaticinatum, cum de Nabuchodonoforis expugnatione egit. Sed cùm Alexandri ætate nondum fuerit euera, reduxi calculum. Hanc Palatyrum totam coniecit in mare Alexander, vt vrbe sternet in viam ad nouam occupandā. Appellabatur Græcis παλάτυν, antiqua Tyrus, extra insulam, stadijs triginta à noua Tyro remota, non toto milliari nostrarē.

MATERIES EX LIBANO) Arborēs, hoc enim valet materies, vnde materialius faber, seu lignarius. Libanus mons à tergo Sidonis nascens, orientem versus crescit, & ultra Damascum porrectus stadijs mille quingentis; milliaribus Germaticis septē & quadragesima, minus stadijs quatuor, paliis nempe centū octoginta septem millibus super quingentos, ad Simyram usque & Palmirenam regiones pertinet, omnibus naturæ opibus auctus & cumulatus, quem sacra literarum oracula, Iosephus, Hierony. Plinius, Vitruvius, Suetonius, Strabo, & recentiores, Niger Geographus, Adrichomius, Brocardus, & plures alij scriptis suis nobilitarunt. Quæ altissimus, aternis candicat niuibus, abundat incolis, arbore Cedro, Abiete, Cupresso, Pino, Buxo, Olea, odoriferis alijs, & thujariferis, vt ingentem Solomoni, Hiram, Alexandro materiam potuerit suppeditare.

RATIBVS ET TVRRIBVS) Verius meo animo ratibus, quam cratibus, tametsi & hæ possent habere locum in obsidionibus: libro tamen s. dixit cratibus ac pluteis, sed hic mare cogita. Ratis porrò vel pro temerè compactis trabibus, & tumultario nauigio, vellonga naue ponuntur; quas à rarefendo dictas Varro docet: Ratis, inquit, dicta nauis longa propter remos, quod hi, cum per aquam sublati, dextra & sinistra duas partes facere videntur, rarescant: & hoc ratis: Silatum illud, ubi plures mali, aut asperges ac rectes: ablato. Cicero nates & rates exerto diltinguit, cum in Verrem dicit: Cūm aut nauibus aut ratibus conarentur accedere. Et Livius: Et Fulium Vulturnus tenuerat amnis, nauibus ab Annibale incensis, rates ad trajectendum exercitum, in magna inopia materia comparantem. Rates schedia dictæ, de quibus multa Gyraldus, voce Schedia. Poterat & cratibus esse locus ad muniendū vulturres, vel aggeres struendis vel firmandis. Sed retineo rates, quibus opus.

ITEM A FUNDO MARI) Ab inito mari, & fundum, in recto casu, non fundus. Aliud enim est fundus, aliud fundum. Fundus, est ager, immo minus quiddam agro, vt docet Valla. Singula enim propriæ prata, singulæ vineæ, singuli horiti, singula oliueta, pomeria, salicta, arbusta, pascua, nemora, loca aucupatoria, venatoria, piscatoria, siue villam atque edificium, siue piscinam atque aluearia, siue vinaria habeant, siue non habeant, singuli fundi sunt, & hoc quidem in agro. Fundum autem, est imam pars cuiusque rei propriæ aliquid liquoris intra se continens, aut ad continentum facta, vt dolium, vt nauis, vt alueus vel fluminis, vel lacus, vel stagni, vel maris. Fundum turris, non diceret Valla. Est & fundus populus rei, quam alienat, id est, auctor: de qua re Turnebus Aduersar.

DORSO SICVT IVVENTA ONERAGESTARE) Conutiijs per ludibrium incessabant Macedones, infra seruorum conditionem descendisse, & ex heroibus ac Martialibus asinos clitellarios factos.

MAIOR NEPTVNÖ ALEXANDER) Idem Diodorus. Tyri initio ad inchoatum opus nauibus accedentes, regem irridebant, quod Neptunum se coercere posse considereret.

ALACRITATEM MILITVM ACCENDIT) Immō indignationem, qua ad opus absoluendum, & Tyrios vincendos acuebantur.

ITEM PAVLVVM AQVAM EMINEBAT) Paullatim, sensimque crescente opere territi Tyri, omitsis conutiijs & ludibrijs, ad seria conuertebantur. Eminet, nūquam cum accusandi casu legitur, nisi hic, qui locus dubius est. Iunius extra ordinem versus habet aquæ, sed nec cum Datuo, nec Accusat. legi.

MAGNITUDINE MOLIS) Ducentos enim pedes, Diodoro auctore, lata moles erat,

NON-

## EXPLANATIONES.

137

**NONDVM COMMISSVM OPVS**) Vbi nondum annexum, intercedebat aliquid adhuc maris inter urbem, & aggerem.

**MISSILIBVS**) Ignibus, telis, faxis, plumbo, ferro, pice, bitumine impetebant Tyrij Macedones aggerem molientes, qui neglecto sāpē opere cogebantur se à Tyrijs, subito per scaphos allabentibus & dilabentibus defendere.

**IN EXPEDITO**) Prōmptum & expeditum erat Tyrijs fugere, si Macedones ingruerent; accedere ad operas, si defensores abessent, que res operas conuertebat ad semettuendos.

**EXTRA TELI IACTVM**) Lipsius vere, ut extra teli iactum essent, cuius scripturam confirmat 1. poliocerit. Acidalius: Extra teli iactum, inquit, est, quod pertingere tela nequeunt: extra iactum, quod perueniunt, sed sine dialogo ix. noxa, prohibito illas aut tactu. Ergo cūm Tyrij scaphis omnino ad aggerem accederent, nō poterant extracti iactum esse, sed prætensis crudis corijs & velis, extra iactum erant, quem coria & vela prohibebant. De scaphis Diodorus: Cum aggeris incremētum iam Tyrij formidinem faceret, scaphas complures scorpionibus, catapultis, sagittarijs & funditoribus repleuerunt, atq; ita ad eos, qui in aggere operabantur, appulsi, multos vulnerabant, nec pauciores interficiebāt. In densam enim illam, & inerme moperarum turbam, cūm tela multa, & omnis generis conyicerentur, nullus iactus, ut potè in expositos & indefensos frustra erat.

**CORIA, VELA QVE IVSSIT OBTENDI**) Clarius Suidas: περὶ χώματος τῆτο ὃ μηχάνημα διέργαζόμενοι προκάλυμμα οὐθεαστὸν εἶδόγειν τριχῶν, τὸ λεγομένων κυλίκιον, οὐ δὲ πάχυς τε καὶ μήκες διαφράσσειον αναρτήσαντες ἐξ ξύλων μάκρων ἐπιπλοῦν εἰσθεῖσι. ἔντασθα γάρ οὐτε πυρφόροι δίσοι, οὐτε ἀλλα βέλη ξύλιναι οἷαι ἔχον, ἀλλ' αὐτὸς ἐπὶ τὸ προκάλυμματων ἐμενορ. Qui machinam (aggerem) excitabant, ἢ tegumentum & velum habebant è capriliis pilis factum, qua cilicia vocant. Ea iusta, & sufficienti crastitie, ac longitudine suspendebant, è proceris lignis, & ante se protendebat. Ita nec igniti a iacula, nec alia tela attingere eos poterat, sed in ipsis ibi tegumentis sistebant, & herebant. De corijs, seu pellibus Thucidides προκαλύμματα ἔχει δέρπεις καὶ διφθέρας, ὡς τοὺς ἐργαζομένους, καὶ τὰ ξύλα μήτε πυρφόροις δίσοις θάλασσαι, οὐδεπολέται τέλεναι. Te- Lib. 2. gmina habuit pelles & centones, vii nec operantes, nec ligna operis igniti iaculi petenterunt, & in tuto essent. Arrianus de hoc ipso aggere ad Tyrum faciendo: προκαλύμματα δέρπεις, καὶ διφθέρας αὐλοῖς ήσαν, ὡς μήτε πυρφόροις βέλεσιν ἀπὸ τὸ τέχνης βέλαται, τοῖς τε ἐργαζομένοις προσολον οὐ τῷ ἔναι. πρὸς τὰ τοξεύματα. Munimento illis erant coria, & pelles, ut neq; à muro teli igniti peti possent, & versantibus in opere, propugnaculi loco essent in sagittas.

**DVASQVE TVRRES EX CAPITE MOLIS EREXIT**) An quā continentem moles attingebat? an quā in mare porrigebatur? dubiū enim quod vocet caput molis. Arrianus soluit: Καὶ οἱ Μα- xēdōes πύργοις ἐταῖνω τὰ χώματος, οἱ περὶ προτεχωρῆι αὐτῆς ἐπὶ πολὺ τῆς θαλάσσης ἐπέσχανδο, καὶ μηχαναὶ ἐπὶ τοῖς πύργοις. Macedones duas ligneas turrem aggeri, quā plurimum in mare productus erat, impo- nunt, machinasq; in ijs disponunt.

**CONTRA TYRII**) Non sentientibus Macedonibus milites nauibus impositos, in auersa castrorum, & aggeris parte immitebant in baiulos faxis onustos, quos obtruncabant, & se subito in naues receptabant.

**IN LIBANO QVOQVE**) Montem hunc paullò antè laudauimus, hic latrunculorum receptaculum suis docet, propter arborum opacitatem, quā tegebantur prædones. Excurrit ergo Alexander Arrian. 1. 2. cum aliquot equitum turmis Agrianis & sagittarijs in Arabia montem, cui Antilibano nomen est, Ea- quē regione partim vi subacta, partim passionibus in suam potestatem redacta, undecim dierum spacio Sidonem reuersus est: Ita Arrianus de hac Arabica Alexandri expeditione. Polyænus ceteris hic omnibus tradit: Αλέξανδρος Τύρῳ πολιορκίαν περιβαλλὼν ἐπ’ Αραβίας εἵτε Τύρου τῆς ἀπόστασις αὐτὸς καταφρονήσοις, τὴν τριχῶν προελάστης, τοῖς Μαχεδόνις προσπέσοις ἐκράτερος πολλαχοῦ. Παρμενίων Αλέξανδρος ἀνακαλεῖται, διὸ διὰ τάχυς ἐταῖνει οὐτε Μαχεδόνιων τοὺς ἐγκλίνοντας ιδών τοῖς ἀπομένοις οὐκ εἴσοιησεν. Εἰ δὲ τὴν πόλιν κενὴν ἀνδρῶν δρμήσας κατὰ κράτος αἴρει τὴν τύρων. Τύριοι τὴν πόλιν ἀλέσαν ιδόντες, αὐτίκα σφάσιούς, καὶ τὰ οὐλα τοῖς Μαχεδόνις προκάντε. Hæc, quia à Iusto Vulteo peruersè verba sunt, ita interpre- tor: Alexander circumuallata Tyro in Arabiam excurrit. Tyrj abusi illius absentia, eruptione ex urbe facta, Macedonibus perspè superiores redire. Alexander à Parmenione subito reuocatus, cūm Macedones in fugam coniectos cerneret, neglectis ijs, vacuam defensoribus urbem inuasit, & occupauit. Quod Tyrj foris cō- spicati, se cum armis Alexandro dedidere. His, cūm alij omnes repugnet, ego subscribere non ausim. Alia ratio est, cū narratur alijs præteritum, alia, cūm contrarium. Chares apud Plutarchū de hac ex- peditione in Arabas, Alexandrum, ait, in magnū venisse periculū, Lysimachi pædagogi causa, iactan- sis se Phœnici nihil credere, neque dignitate, nec; æstate. Interim celo aduersa perascente, copias Alex- andri montibus appropinquasse, Lysimachū fellum & fatiscitatem reliquos assequi nequivisse: Alex- andrumq; cum paucis apud Lysimachum mansisse, eumq; nunc excitando, nunc ducendo secum traxisse. Interibi distractum ab exercitu, tenebrisque oppressum, propè gelu obriguisse. Vidifleq; e- minus holtium pyras, accurrisse solum, duobusque interfectis, titione rapto ad suos illos paucos re- currisse, ingentemque rogam excitasse, ac hostibus territis, noctem tutò transgisse.

**PREDICAM ET CRATERON**) Ducum fidissimos, de quibus infra haud paucā. Polyænus, vt audisti, Parmenionem ait, ad obsidionem relictum.

## C A P V T I X.

## A R G V M E N T V M.

**Stratagema Tyriorum , clades Macedonum, operis euersio , restitutio aggeris, varia Tyriorum artes.**



Nter hęc Tyrę nauem magnitudine eximia, saxis harenaq; à puppi oneratam, ita ut multum prora emineret, bitumine ac sulphure illitam, remis concitauerunt; & cūm magnam vim venti vela quoq; conceperint, celeriter ad molem succēdit. tum prora eius accensa, remiges desiluēre in scaphas, quā ad hoc ipsum preparata sequebantur. Nauis autem igne concepto, latius fundere incendium cōcepit: quod, priusquam posset occurrī, turres, & cetera opera in capite molis posita, comprehendit. At qui desiluerant in parua nauigia, faces, & quicquid alendo igni \* erat, in

aptum

eadem opera ingerunt. I am̄, non modo Macedonum turres, sed etiam summa tabulata conceperant ignem: cūm ijs, qui in turribus erant, partim baurirentur incendio, partim armis omisis, in mare semetipsi immitterent. At Tyrii, qui capere eos quam interficiere\* voluerunt, natantium manus stipitibus saxisq; lacerabant, donec debilitati, impunè nauigii excipi possent: nec incendio solum opera consumpta, sed forte eodem die, vehementior ventus \* motum ex profundo mare illisi in molem, crebrisq; fluctibus compages operis verberat & laxauere, saxaque\* interluens vnda, medium opus rupit. Prorutis igitur lapidum cumulis, quibus iniectā terra sustinebatur, praeceps in profundum ruit, tantęq; molis vix villa vestigia inuenit ab Arabi aediens Alexander. Hic (quod in aduersis rebus solet) aliis in alium culpari referebat, cūm omnes verius de sauitia maris queri possent. Rex noui operis molem orsus, in aduersum ventum non latere, sed recta fronte direxit, ea cetera opera, velut sub ipsa latentia, tuebantur. Latitudinem quoq; aggeri adiecit, vt turres in medio excitatae, procul telī\* iactu abessent. Totas autem arbores cum ingentibus ramis in altum iaciebant, deinde saxis onerabant, rursusq; cumulo eorum alias arbores iniiciebant. Tum humus aggerebatur, \* super qua alia strue saxorum arborumq; cumulata, velut quodam nexus continens opus iunxerant. Nec Tyrii, quicquid ad impedientiam molem excogita, ripotera, segniter exsequebantur. Præcipuum auxilium erat, qui procul hostium conspectu subibant aquam, occultoq; lapsu ad molem usque penetrabant, falcibus palmites arborum eminentium ad se trahentes, qua ubi secute, pleraq; secum in profundum dabant: tum levatos onere stipites, truncosq; arborum haud agrè moliebantur, deinde totum opus, quod stipitis, fuerat innixum, fundamento lapsō sequebatur.

et ḡ trūglov:  
lib. 2.  
Hippagiū

NAVEM MAGNITUDINE EXIMIA) Arrianus hoc Tyriorum nauale machinamentum accuratissimè describit, hoc loco merito subiectendum, latinè tamen, ne lector Græcis fatigetur: Tyrę, inquit, contra huiuscmodi quid macbinati sunt: Nauem hippagogam aridis sarmentis, aliaq; materia, quā facile ignem concipit, onerant, & malis duobus ad proram erectis, quam latissimè possunt, in orbem circumsepiunt, vt fasces, facesq; quam plurimas capiat. Adhac picem & sulphur, aliaq; ad excitandam ingentem flamnam accommoda, accumulant. Præterea ad vitrumq; malum binas antennas extenderant, atq; ex ijs in lebetibus suspendunt, quacumq; aut infusa, aut immissa vehementer flamnam augere possent. Deinceps omnia nautica instrumenta in puppim transferunt, vt eorum pondere grauata puppis, proram altius erigat. Dein obseruato vento, qui aggerem versus spiraret, nauem triremibus alligatam, in mare protrahunt. Postquam verò moli turribusq; appropinquauerunt, immisso in materiam igne, quantā maxima vi possunt, nauem triremibus protrahentes, ad molis caput impellunt. At, qui in naui iam succensa erant remiges, facile enatarunt. Interēa ingens incendium turres comprehendit, & antennas confractas, quacumq; ad augēdum incendium preparata erant, effundunt. Hæc Arrianus, qui per triarchas & nautas militibus auctum, ait, incendium, omnesque machinas cum opere & turribus incensas. Sed Curtius detrimentum acceptum fusius exponit. Videntur ab hoc Tyriorum stratagemate Antuerpienses olim, vt tradidit Nicolaus Orlandinus, suum exitiale nauigium, cui canis indidere nomen, composuisse, quamvis multo ingeniosius & nocentius, quam Tyriorum, ita vt auctor non nisi stygium aliquem genium

Annal. So-  
ciet. Iesu  
Anno cī.  
15. LXXXV.

genium illius architectum fuisse existimauit. Ita enim ille in obsidione Antuerpiæ duce Alexandro Farnesio Parmensi describenda narrat: *Nova excogitantur diabolo architecto nauigia: neque enim tale inuentum excogitare humana mens poterat. Horum ea confractio & fabrica fuit, ut honorarij formam tumuli, feralisque vrna referrent. Erant in nauis alueo transuersæ trabes, lapidesque in quadrum coagmentati, & ad foros vsque surgentes. Alueus autem ipse molaribus, & generis cuiusque lapidibus ita refertus, ut & varijs cuniculi in spiram acti puluere sulphureo pleni relinquenterentur, & pars summa cippis, immensisque lapidibus tegeretur. Latebat insuper fistula, fomentario igni relicta, igniariorque ita librato, ut non ante pulueres inflamaret, quam nauis ipsa in crates ac pontem propemodum impedit. Fori autem, & constrata nauis tabulata, siue ad terrendos timidos, siue ad opprimendos incertos, sparteis, manipulis, pice, resina, sulphureaque oblitis, ac malleolis conflagrabant. Quibus artificijs ac machinis cum primum remisit aestus, tetrici ardenti tenebris ex urbe nauis emittitur. Quod hostile portentum dum procul aduentare nostri conspiciunt, continuò è castris vna cum Principe, in omnem euentum expediti ad ripam fluminis, pontemq; conuolant. Interea dum quidam per audaciam vel nauim ipsam descendere, vel vnicis remorari contendunt: ecce tibi repente conceptus ignis ingenti fragore saxa quatere, torquere trabes, tempestates ac tonitrauicere, immanes lapides, ignitosq; globos in calum vomere, stationarios & clasicos in undas mergere, partem pontis euertere, nemini denique parcere, qui vel propius accessisset, vel etiam longius abesset. Lamentabilis omnium genitus erat, funestus multorum principum exitus, aliorum vel mutilatione, vel funere: ducentos propè homines lapidum procella contriuit. Princeps ipse Parmensis, quamquam Hispani cuiusdam impulsu, vix se è periculo eripuerat, tamen vehementi aeris agitacione concussus, vna cum Marchione de Pescara in terram concidit, propiusq; factum est nihil, quam ut veterque militarium corporum mole, quæ lapidum\* prosternebat imber, opprimeretur. Vicarius etiam principis & totius equitatus magister, alijs clari viri fluctibus perierte. Alij per aërem viisi sunt ad passus aliquot volitare, alijs flanimis, pulueribusq; cremati, fædo sanè horribiliq; spectaculo. Hæc Orlandinus. Viciscent tunc Antuerpienes, si ceptam victoriam vrsissent. Sed ubi detonuerat illa tempestas, collegere se Hispani, & pontem sublicium naualemque Scaldæ artificiosissime impositum refecere, omnemque commeatum terrâ marique ab urbe prohibuere.*

\* postrabat  
habet Ro-  
manus.

BUTYMINA AC SVLPHVR E ILLITAM ) Ut iniectum ignem statim corriperet. Debitum lib. 5:  
ne plura infra in descriptione Babylonis, genus picis est, non ex arbore fudantis, sed aquis fluentis,  
ut naphta & maltha.

VELA ) Velis & remis agebatur hæc pestis nauium, in exitium operis & aggeris, prima parte  
nauis extante, extrema pressa.

LATIVS FVNDERE ) In turres Macedonum, & aggerem ac vallum.

ALENDO IGNIS ) Aptum, inepte adiectum, quod meritò reiecit Modius, redundat enim. Si-  
cut: Non sum ferendo oneri, sustinendis laboribus, paciendo gregi, scribendis literis.

SVMMA TABVLATA ) Tecta turrium, ut sub igne imbre propugnarent Macedones, donec  
grallante incendio, projectis hasta, clypeo & armis, se non magis sido committerent mari. Summa  
tabulata, possis accipere pro tecto totius etiam operis, vel operatum, sub quibus molem promoue-  
bant, & aggerem porrigerent.

QVI CAPERE EOS, QVAM INTERFICERE VOLVER VNT ) Alij codices editi, malent;  
pro voluerunt. Sed hoc rarae est elegantia, volo, pro malo. Usitatum, Voluit hoc, præ illo: Sed vo-  
luit hoc, quam illud, pro maluit, obseruandum est.

CAPERE ) Ad consilia Alexandri exploranda, ad cruciandos, vel permitandos cum captiuis,  
si casus ferret, vel legatis mittendis, si usus esset; nam suos mittere non audebant, qui Alexandri ca-  
duceatores crudeliter interfecerant.

NON SOLVM OPERA CONSVM TA ) Opera super aggerem exstructa vineæ, turres, aliæq; ie  
machinæ, quibus saxa, & tela torquebant.

VENTVS MARE ILLISIT IN MOLEM ) Adhuc fauit Neptunus Tyrijs, aduersus Græ-  
cis.

SE LAXAVERE ) Inepte, inquit, verè hoc loco ineptus Modius, quasi Curtius non alias ita sit  
locutus, ut verè obseruauit Acidalius, & oblitus erat Modius præteriti loci lib. 3. de Alexandro  
ad illum regrediente: Paullatim deinde laxare se sinus montium, & maius spaciuni operi cœperunt. Et  
hoc genus loquendi frequentissimum est. Laxaueræ παθητικῶς rarissimum. Liuus tamen, quem lœpē  
noster expressit: Annona haud multum laxauerat, id est, caritas annonæ parum laxata erat, nihil ferè  
remiserat. Sunt tamen in hac classe multa, quæ forma agendi, vim in significando habent patiendi.  
Vt hæc: Verit, mutat, audit, auget, finit, explicit, mouet, variat, precipitat, vehit.

Lib. xxvi.

PRORVTIS LAPIDVM CVM VLIS ) Dissitis compagibus necesse erat opusruere. Velut in  
humano corpore, si ossa, quæ molem corporis, & carnem sustinent, frangas vel eximas, necesse ista  
omnia erant, cum caro se sustinere sine cruribus non possit.

EX ARABIA REDIENS ) Post undecimum diem, quam exierat, reuersus, quæsierat caussam  
dissolutiaggeris, nemo verum assignauit, maris vim, & Africi venti naturam, qui ab imo solet  
mare cire, & in altos montes tollere.

**RECTA FRONTE DIREXIT**) Ne venti latera ferire & subruere possent, frons enim aggeris ventis obstabat, impetumque illorum frangebat.

Lib. xvii.

**ADVERSVM VENTVM**) In Africum, qui ab occidente spirat, ut supra ex Agelliодocui, Cau- rum appellat Siculus.

**LATITUDINEM ADIECIT**) Aggeri aliquot pedes adiecit, ut latus esset pedes omnino du- centos, siue quadraginta passus, qui trientem stadij cum pedibus xxv. efficiunt.

**PROCUL TELI ICTV**) Teli iactu docent edita exemplaria, scribendum, & animaduer- tit etiam Acidalius contra Modium: sed contra Acidalium pro Modio hic iudico, ut mox demon- strabo.

**TVRRES IN MEDIO**) Ut abessent vtrinque a mari pedes centum, siue passus xx. Legendum est quo cum Modio idu non iactu, ut vult Acidalius. Nam, quae tormenta sint tam enerua, ut non tor- queant ad centum pedes, aut x. x. passus telum? cum ad quingentos, immo sexcentos etiam pertin- gebant. iactu procul ergo, ne minus laedi possent, ut antea, qui opus faciebant.

**TOTAS ARBORES CVM INCENTIBVS RAMIS IN ALTVM IACIEBANT**) Quomodo ad fundum pertingebant, cum arbores, quantumvis magnae, aquae innatent, & cedant etiam taxis sequentibus? Spissima ex omni materia est Ebenus, quae in aquis non fluitat. Sed ebeno carebat Libanus, & premium arboris non sinebat se mitti tanta copia in mare, ut tam pretiosus agger strue- tur. Nec Buxus fluitat, & erat in Libano, nec tuber, nec lorix. Nec difficilis responsio sine larice, buxo, tubere, taxis appendi potuere, & frequentes proiectae, iniectis faxorum molibus presulæ sucumbebant.

**TVM HVMVS AGGEREBAT TVR**) Moles ergo loco fundamenti habebat materiam recentem & gaudem, quam premebant immania faxa, quae tegebant rursum arbores. His multa gleba calcis loco iniecta, solidum opus reddebat, quae inter faxa & arbores immisla, mare arce- ba

**SUPER QVAE**) Acidalius superq; alia strue: malim super quam, nempe humum.

**NEC TYRII, QVICQVID AD IMPED. MOLEM EXCOG. POT. SEGNITER EXEQVE- BANT TVR**) Nunquam humani ingenij vis & diuinitas clarus apparuit, atque cum vires obdidentur ab ingenioso hoste, & a solerti ciue defenduntur. Multa furor, plura necessitas arma inuenit. Tyrii ut aggerem conuellerent, vrinatores immisere, falcibus longis & vncatis perticis, ut infra aquam subtraherent, quod Macedones supra ingerebant. Quod non erat difficile, cum arbores temerè el- sent in mare coniectae, nec vlo nexus, nisi iniectorum faxorum pondere tenerentur. Multæ extra opus eminebant, ut prendi etiam manibus possent, & sapè modica pars arboris hærebatur in opere, reliqua fluitabat, quam Tyrii prensam trahebant, tractam lequebatur moles & ruina.

## C A P V T X.

A R G V M E N T V M.

## Classis Alexandri ad Tyrum oppugnandam, com- parata, quam tempestas vexat.

\* vtrum

\* Pythagoras.



Ego animi Alexandro, nec\* perseveraret, an abiret, satis certo, classis Cypro aduenis, eodemque tempore Cleander cum Gracis militibus in As- am nuper aduectis, centum & nonaginta nauium classem in duo diuidit cornua. Læuum\* Pnytagoras rex Cypriorum cum Cratero tuebatur: A- xandrum in dextro quinquerimis regia vehebat. Nec Tyri, quamquam classem habebant, ausi nauale inire certamen, tres omnino naues ante ipsa mænia opposuerunt, quibus rex inuectus, ipsas demersit. Postera die ad mænia classe admota, undique tormentis, & maximè arietum pulsu, muros quatit: quos Ty- ri raptim obstructis faxis refecerunt. Interiorem quoque murum, ut si prior fecellisset, illo se tuerentur undique orsi, sed undique vis male urgebat: moles intrateli tactum erat, clas- sis mænia circubat, terrestris simul, naualique clade obruebantur: quippe binas quadririmes Macedones inter se ita iunxerant, ut prorsus cohærerent, puppes interuallum quantum cape- re poterant, distarent: hoc puppium interuallum antennis, afferibusq; validis deligatis, su- perq; eos pontibus stratis, qui militem susinerent, impleuerant: sic instructas remis ad terram

bem agebant: inde misilia in propugnantes ingerebantur tutò, quia proris miles tegebatur. Media nox erat, cum classem (sicut dictum est) paratam, circuire muros iubet. Iamque naues urbis undique admouebantur, & Tyri desperatione torpebant, cùm subito pessa nubes intendere se celo. & quicquid lucis internitebat, effusa caligine extinctum est. Tum inbor- rescens mare paullatum leuari, deinde aciore vento conicitatum fluctus ciere, & inter se nauigia collidere: iamq; scindicæperant vincula, quibus connexæ quadriremes erant, ruere ta- bulata, & cum ingenti fragore, in profundum secum milites trahere. Neque enim conserta nauigia villa ope, in turbido regi poterant. Miles ministeria nautarum, remex militis offi- cia turbabat: & quod in eiusmodi casu accidit, periti ignaris parebant: quippe gubernato- res alias imperare soliti, tum metu mortis iussa exsequebantur. Tandem remis pertinacius euerberatum mare, veluti eripientibus nauigia classicis, cessit, appulsaq; sunt littori lacera- tapleraq;.

AEGRO ANIMI ALEXANDRO ) De hac Alexandri deliberatione etiam alij, praesertim Dio- lib. xvii.  
dorus.

CLASSIS CYPRO ADVENTIT ) Totam classem Curtius centum & nonaginta nauium facit. Arrianus cc xx iv. alij cc.

CYPRO ) Nullus hic error, nec desideratur praepositio. Ita enim Cæsar purissime loquitur. Ce- lib. 3. belli  
sar cùm audisset Pompeium Cyprī visum. Cicero: Marco Caio inuisus, quasi per beneficium, Cyprum rele- Ciuii.  
gatur. Valerius Maximus: Filios suos à Gabinianis militibus Aegypti occisos cognovit. Ita Liuius, Tac- Pro domo  
tu, alij cum poëtis locuti.

CLASSIS CYPRO ADVENTIT ) Classis, est collecta nauium multitudo. Est & vna nauis dñi.  
τῶν καλωμ., lignis seu fustibus, de qua copiosè Seruius ad vi. Aen. ver sum:

Sic fatur lacrymans, classiq; immittit habenas.

Cala idem quod vallus Quintilian. à calando, classis.

CLEANDER CVM GRÆCIS MILITIBVS ) De Cleandro supra libro 3. cap. i. denarratum, & lib. 4. c. i.  
infrā non tacebitur. De eodem libro iv. Cap. iv. Eodem tempore classis Macedonum ex Græcia  
accita Aristomenem nauibus superat.

CENTVM ET NONAGINTA ) Suprà monuimus, post centum, ponit copulam, Et, cum mi-  
norē numero: centum & octo, centum & decem, non contra, octo & centum, decem & centum. Ante cen-  
tesimum verò numerum præponi copulam cum minore numero, duo & triginta, non, triginta & duò  
ordines.

CENTVM ET NONAGINTA ) Arrianus singillatim singulorum naues exprimit. Phœnicum  
naues lxxx. Rhodiorum decem, inter quas vna Peripolis dicta. Ex Solis & Mallo tres; ex Lycia  
decem. Ex Macedonia nauis vna quinquaginta remorum Protea duce. E Cypro centum & viginti.  
Plutarchus cc. triremibus oppugnatam ait Tyron.

IN DVO DIVIDIT CORNVA ) Ad pugnam instruit duplēcāciem, dextram & sinistram.  
Eundem ordinem & duces, Arrianus ponit.

PNTAGORAS ) Alij libri, Pythagoras. Arrianus in multitudinis numero, Cypri reges, dixit.  
Et erant plures, vt suprà monui. Plinius nouem reges narrat. Pnytagoram etiam Arrianus appellat,  
παρὰ τὸ πυθαγόρειον ἐμφανή σωφρῶν καὶ ἀγορᾶς.

QVINQUEREMIS REGIA ) A remorum ordinibus varia nomina acceperunt naues, à simplici,  
vni remes, à dupli bi remes, à triplici, triremes, quæ fuerunt vñitatis max: à quadruplici ordine re-  
migantium, quadriremes, à quin dupli, quinqueremes, vel vt Hirtius parum latine, pentiremes,  
à sexdupli, sex remigum nauis, sexremes, vel hexeres, vt Liuius. A septemplici, septiremes, vel Dec. 4.  
hepteres, ab octuplici, octo remigum nauis. Plinius Vnde dicere mem vocavit nauim Demetrii, Græ- lib. xvi. c.  
cis ενηρησ seu μονηρης, διηρης, τριηρης, τετρηρης, πεντηρης, εξηρης, εκτηρης, οκτηρης, εννηρης, δεκηρης, ενδεκηρης, τριο-  
καιδεκηρης, πεντεκαιδεκηρης, εικοσηρης, τριακονηρης, τεσερακονηρης, πεντακονηρης &c. fuerunt πεντακονηροι  
& εικοσηροι, καὶ τριακονηροι, καὶ εικοσηροι, centum, vel triginta, vel viginti remigum: sed quæ forma  
nauis fuerit illa Rhodia Peripolis dicta, neque Gyraldus, neque Baylius demonstrat, immo nec vñ-  
lam mentionem faciunt περιτολ. περιτολ. est custos, aut lictor, aut viator, ἀπὸ τῆς περιτολῆς, à  
circumciō sando, de qua voce multa Suidas, & alii. Hic nauis genus est, dicta, quod ad cursum esset  
expedita.

NEC TYRII ) Quamuis superioribus annis Domini maris, spectata è turribus tam vasta Alex-  
andri classem, non sunt ausi naumachiam tentare, etsi primitus statuissent classem in Alexandrum im-  
mittere.

TRES OMNINO NAVEs ) Idem Arrianus: Tres ait triremes obiectas pro fauibus portus. Sed  
videndum hic Diodorus & Arrianus, qui copiosius hanc nauem in oppugnatione exponunt, locū non  
adscribo, quod vterque auctor sit in manibus, & iustò prolixior, quam vt huc transcribantur.

ARIETVM PVLSV ) Tyrii artibus suis petiti perierunt. Nam arietem Pephalmenus Tyrius au-  
ctore

Lib. de  
Pallio-Hero de  
machinis  
bellicis c.  
xi.lib. 3. de  
bello Iu-  
daico.lib. 3. Poli.  
Dial. i.  
li. 16. c. 40.Byzantius  
princeps.  
lib. 3. Poli.  
Dial. i.


lib. 3. Poli.

& ore Vitruvio excogitauit. Tertullianus Poenis suis inuentionem als ignat. Arietem nemini adhuc libratum illa dicitur Carthago, studijs asperima belli, prima omnium armasse in oscillum penduli impetu commenta viii tormenti de bile pecoris capite v indicant. Aedificat Arietem Hero Mechanicus ex Byzantio principe. Sequior ætas carcamusas dixit. Tantus erat eius iactus, vt nullus murtis esset tam firmus, quin victus tandem cederet. Iosephus hanç calamo depinxit, & Lipsius coloribus illustravit, qui dubitat (ex Vitruvio & Græcis tradentibus longitudinem quandoque ad CXX pedes porrectam) an ex una trabe fieri potuerit, cum arborem in tot pedes creuisse vix ullam putet. Atque apud Plinium lego trabem è latice, longam pedes CXX. bipedali crassitudine æqualem. Quo intelligi potest, vix credibilis reliqua altitudo, si fastigium ad cacumen æstimetur. Idem Cedrum, ad vnde direm Demetrij in Cypro cælam ait centū & triginta pedum. Sic enim Orgyias Theophrasti, Plinius interpretatur. Orgyia alijs est, vt suprà docui, sex pedum, siue quatuor cubitorum. Omnes enim alij Orgyiam vlnam interpretantur. Vlna continet quatuor cubita. Cubitum, sesquipedem: Ergo sex pedes. Esset hac ratione apud Plinium non nisi pedes LX XVIII. Sed errasse Plinium tam fœde, non crediderim, nec ubique mendum inesse verbis integris, vel numeris, non est verisimile. Hero ex Byzantio arietem centum & virginis principis. lib. 3. Poli. Dial. i. explicant copiosè post alios Lipsius.

INTERIOREM QVOQUE MVRVM ORSI ) Dicdorus quinque cubitos crassum ait fuisse murum, hoc est, pedes septem cum semisile, postea duplicatum fuisse: Deliberant, inquit, Tyrj mœnia vrbis duplia facere, quod non crederent quinque cubitorum murum sufficere oppugnationi sustinenda. Itaque muro altero tanto latum extruere ceperunt, inter quem, & priorem, quod erat interualli, aggere, & lapidibus complebant. Arrianus pedes altum centum & quinquaginta, & pro commensu latum scribit. De interiore muro substruendo, si prior cæsus sit, Liuius adfert exemplum Saguntinorum: Et Saguntini murum interiore ab nondum capta vrbis parte ducunt, vtrumque summa vi & minuent, & propugnant. Sed interiora tuendo, minorem indies vrbem Saguntini faciunt.

RAPTIM OBSTRVCTIS SAXIS ) Idem Dicdorus: Alexander interim coniunctis aliquot tremibus, machinisq; omnis generis superimpositis, mœnia hostium aggressus, ad centum pedum spaciun et diruit, perq; apertum locum irrumperem conabatur in urbem: sed Tyrj densissimam telorum vim coniunctes cogerunt, ut pedem cum suis referret; atque nocte superueniente nouum murum in deiecti locum excitarunt.

BINAS QVADRIREMES ) Multas habebat Alexander quadriremes, quas plerasque iunxit, vt duæ semper inter se cohærent proris, puppis distarent; hac figura:



DESPE-

**DESPERATIONE TORPEBANT**) Quod agger iam moenia contigeret, vrbisque pæninsula est ex insula facta, vt turres vrbis imminerent: Et simul clavis parata esset in exitum vrbis, vt inopes consilii Tyrij, desperata propè defensione, nullam viderent viam expediendæ salutis: Iamque in eo essent, vt cum poëta cogitarent:

*Vna salus victis, nullam sperare salutem.*

**CVM SVBITO SPISSÆ NVBES**) Elegantissima tempestatis, vel potius naufragii imminentis descriptio; cuius generis apud poëtas haud paucas reperies. Apud Homer: Odyss. Virgil. I. Aen. Ouid. I. de Tristibus. & XI. Metamorph. Statium I. Thebaid. Valer. Flaccum I. Argonaut. Senecam Agamem. Apollin. Amonon. I. 2. Varro Marcipore. Apud Petronium, Maffæum histor. Indicæ in Lib. xv. Emmanuelis Sosæ naufragio. Hieronym. Osorium lib I.

**IN HORRESCENS**) Fuit hic locus in mentem Maffæo cùm scripsit: *Tum inhorrescens mare paullatim tolli, maioresq; in singula momenta cīere fluctus.*

**SPISSÆ NVBES**) Densæ. Nulla grauis tempestas sine piceis nubibus, ex quibus nox, pluia, venti, fulgetra & fulmina proutumpunt. Hom. -- σὸν δὲ νεφέσος ιχάλυψε.

Γαῖαν δυσ, καὶ πόντον, ὁρώμει δέ οὐρανοθεν νῦν.

lib. I.

Nubibus terram simul pontumq; operuit, ruit autem è calo nox.

I. v.

Virgil: Eripiunt subito nubes, calumq; diemq;. Et:

Ponto nox incubat atra. Et -- Inhorruit vnda tenebris.

Pacunius: -- Inhorrescit mare

Tenebrae conduplicantur, noctisq; & nimbum occidat nigror.

Sed mittamus poetas, & quæramus oratores: Petronius illustris est in tota descriptione: *Dum hec, inquit, talia iactamus, inhorruit mare, nubesque vndique adductæ, obruere tenebris diem. Discurrent nautæ ad officia trepidantes, velaq; tempestati subducunt, sed nec certus fluctus ventos impulerat, nec, quod destinaret cursum gubernator, sciebat.* Et infrà: *Et quid omnibus procellis periculosius erat, tam spissæ repente tenebrae lucem suppresserant, ut ne proram quidem totam gubernator videret.* Denique post multa: *Peragit interim tempestas mandata fatorum, omnesque reliquias nauis expugnat: Non arbor relicta, non gubernacula, non funis, aut remus, sed quasi rudis, & infecta materies ibat cum fluctibus.* Non minus ferè eleganter noster Maffæus, quem tute leges!

\* talia iā-  
ctanti.

**VINCULA**) Antennæ & asseres; tabulata asseribus instrata, ruptis antennis necessariò ruebant, & superstantes pontibus milites secum in mare trahebant.

**MILES MINISTERIA NAVTARVM**) Omnia in tempestate officia nautarum turbantur, sicut in turbata acie, cùm quisque sibi imperator est, gubernatores ipsi stupent.

Ouid. *Nauita confessus gelidum pallore timorem*

i. de Tristi-  
bus. Eleg. 3.

*Iam sequitur victus, non regit arte ratem;*

Et 2. El. Rector in incerto est, nec quid fugiatur petatue

*Inuenit, ambiguus ars stupet ipsa malis.*

Idem in Metam. Idem Seneca. Virgilius. Denique locus communis est, quem ex suprà laudatis cognoscet.

**TANDEM REMIS EVERBERATVM MARE CLASSICIS, CESSIT**) Perinde, quasissentiret remorum ictus, & inuictum cederet.

## C A P V T   X I.

### A R G V M E N T V M.

Legati Carthaginiensium negant parentibus auxilium. Tyrij imbellem turbam Carthaginem mittunt. Prodigium Apollinis aperitur, Legati suadent, vt sacrum hominis hostiā fiat. Tyrij sacrilegium horrent.

*Hisdem*

**H** Isdem fortè diebus Carthaginensium legati XXX superueniunt, magis ob-  
seßus solatum, quam auxilium, quippe domèstico bello Pænos impediri, nec  
de imperio, sed pro salute dimicare. Syracusani tum Africam vrebant, &  
haud procul Carthaginis muris locauerant castra. Non tamen defecerunt  
animis Tyrÿ, quanquam ab ingenti spe destituti, sed coniuges, liberosque  
deuehendos Carthaginem tradiderunt, fortius, quidquid accideret, latiri,  
si carissimam sui partem extra sortem communis periculi habuissent. Cumq; unus è ciuib; con-  
cioni indicasset, oblatam esse per somnum sibi speciem Apollinis, quem eximia religio-  
ne colerent, urbem deserentis: molemque à Macedonibus in salo iactam, insiluestrem sal-  
tum esse mutatam: quanquam auctor leuis erat, tamen ad deteriora credenda proni, metu,  
aurea catena deuinxere simulacrum, aræq; Herculis, cuius numini urbem dicauerant, inse-  
ruere vinculum, quasi illo Deo Apollinem retenturi. Syracusis id simulacrum deuexerant  
Pæni, & in maiore locauerant patria, multisq; alijs spolijs urbiū à semet captarum, non  
Carthaginem magis, quam Tyrum ornauerant. Sacrum quoq; quod euidem dñs minimè  
cordi esse crediderim, multis sculis intermissum repetendi auctores quidamerant, ut in-  
genius puer Saturno immolareetur: quod sacrilegium verius, quam sacrum Carthaginien-  
ses à conditoribus traditum, usque ad excidium urbis sue fecisse dicuntur: ac, nisi senio-  
res obstitissent, quorum consilio cuncta agebantur, humanitatem dira supersticio vici-  
set.

lib. vii. &  
xi.

TRICINTA LATINI ) Numerus facit ad dignitatem. Apud Virgilium Aeneas centum o-  
ratores mittit ad Latinum & Euandrum. Romani tantum ex ordine senatorio legabant. Coniule  
interpretes & Tiraquellum de Fecialibus, & variarum gentium numero legandi.

lib. xvii.

SYRACVSANI TVM AFRICAM VREBANT ) Secus arbitror factum. Timaleon in ipsa Si-  
cilia Carthaginensium copias fuderat, & quicquid illi in Sicilia habebant, populabatur, vt cog-  
rentur ab illo pacem petere, & timebant pli Carthagini, ne traiicerent exercitum, Diodorus Si-  
culus. Agathocles posterior Alexandro fuit, vt de illo accipi verba Curtij non possint. Copiosus  
Iustinus, & Siculi historici. De hoc ergo periculo Carthaginensium domèstico Curtius loqui-  
tur.

lib. xxii.

H A V D P R O C V L C A R T H A C I N I S M V R I S ) Iustinus. Agathocles victis hostibus urbes, castella-  
que expugnat, prædas ingentes agit, hostium multa millia trucidat. Castra deinde quinto lapide à Cartha-  
gine statuit, vt damna carissimarum rerum, vastitatemq; agrorum, & incendia villarum de muris ipsius  
urbis specularentur. Lege, quæ sequuntur de hoc genere cladi plura. Et hæc omnia ante bellum  
Punicum primum memineris accidisse. Sed enim falsum animi esse Curtium hic suspicor, nec tem-  
porum habuisse rationem. Agathocles vt supra monui, posterior Alejandro fuit. nec Timoleon  
Corinthius, Dux Syracusanorum, electo Dionysio minore, qui Agathoclem præcessit, & summae  
rerum Syracusis, hoc ipso tempore, quo Alexander Tyrum obliterat, præfuit, vñquam exercitum  
in Africam traiecit, quamvis Carthaginensium ingentes copias ad Crenissum, seu \* Crinissum flu-  
men ceciderit, illorumque prouinciam in Sicilia ( quam hodie valle Mazare appellant) vastauit.  
Vexabantur tamen id temporis Carthaginenses etiam ciuili bello, seu potius periculo belli ter-  
rebat, cum Haimo longè princeps Carthaginensium affectaret in vrbe tyrannidem, & senatum  
ad cædē destinaret, proditusq; cum viginti millibus seruorum castellum occupasset, vt Iustinus ex  
xxi. Trog. libro demonstrat. De Timoleonte habes apud Cornel. Nepotem, de Græcis Imper. Plu-  
tarachum, Diodorum, Polyænum, alios.

• Crimesū.

CONIVGES, LIBEROSQUE DEVEHENDOS CARTHAGINEM TRADIDERUNT ) I-  
dem memorat Diodorus, puerorum, fæminarum & senum magnum numerum Carthaginem de-  
uectum esse.

Maffæus  
lib. vi.

OBLATAM SPECIEM APOLLINIS ) de prodigijs urbi exitium portendentibus, suprà prin-  
cipio dictum. Hic verò itulta paganorum superstitione merito omnibus ridenda proponitur, perin-  
de, quasi superum mentes catenis, vt mortalium corpora possent in custodia retineri. Sed qua-  
les cultores, talia numina. Simulacris vincula inijciebant, & vincitus credebatur Deus. Ut Cicero  
de Siculorum dijs, à Verre cum simulacris ablatis, quos Lactantius irridet. Apud Sinas idola sæpè  
iurgijs, sæpè etiam verberibus male accipituntur, immo & aquis merguntur, & igni amburuntur,  
quando votentium nutibus non addicunt. Cæterum Apollo per ciuem Tyrium omnino excidium  
Tyrijs denunciabat, vt apud Virgilium.

V R B E M D E S E R E N T I S ) Ita Neptunus apud Euripidem.

Λέιτω τὸν κλεινὸν Ιπιον βαμβεῖτ' ἐμούς

Ἐρημία γῆρακόλιν, ὅταν λάβῃ κακὴ

Norœi

Noσεῖτα τῶν θεῶν, οὐδὲ τιμάθαι θέλει.  
Relinquo inclitum Ilium, & aras meas  
Solitudo enim ciuitatem vbi cuperit mala,  
Frigent res diuinæ, neq; coli volunt.  
AEschluy: idem c̄ ἐπτὰ ἐπὶ θηβαῖς

... ψθεοὺς  
τοὺς δὲ ἀλόγους πόλεις ἐκλείπειν λόγῳ.  
Non vulgo dicitur, Deos excedere capta vrbe!

Virgilius idem de Troia.

Excessere omnes adytis, arisq; relictis  
Dy quibus imperium hoc steterat.

Quem locum tractat mirificē S. Augustinus, vbi Romanorum numinibus illudit, & insultat.

Hoc quoque cognoscendum, quod Servius & Macrobius obseruarunt. Deos ab imperatoribus ciuitates obscientibus euocatos ex vrbibus, vt ad victores, & viētrices vrbes venirent, ne cum Dijs bellum geri videretur. Eoq; referunt hos Virgilij versus: Ita Vespucio Camillum, &c. Carthagini atque Numantiae Scipionem Mummiū Corinthi. Sed Turnebus, Muretus, Delrius, Delacerda, putat à Virgilio respectū ad opinionem antiquorū, qua libi persuadebāt; Deos captis vrbibus excedere, quod ex veteri historia demonstratur, cum Troia, Tyro, Hieropolymis, Thebis, excelsisse memorantur, vel discesulum minitarētur. Atque inde natum esse, vt simulacra passim clavis, catenis, pessu- lis, repagulis vincita custodirentur, vt Plutarchus in Romulo de Tyrijs: Cyprianus ad Demetrianū: Arnobius contra gentes, Orosius, alijque docent. Tibullus de fuga Deorum ita canit:

Atque tubas, atque arma ferunt, strepitantia volo

Audita, & lucea præcīnuisse fugam:

Virgil. ante bellum Bruti facit deos ē lucis fugientes.

Vox quoq; per lucea vulgo exaudita silentes.

Iosephus de portentisante excidium vrbis: Festo die, quem Pentecosten vocant, nocte Sacerdotes, intimum templum more suo ad diuinæ res celebrandas ingressi, primum quidem motum quandam, strepitum q; senserunt, postea vero subitam vocem audierunt, quæ diceret: Migremus binc &c.

Tacitus de eodem: Expassæ repente delubri fores, & auditæ maior humana vox: Excedere Deos, simul ingens motus excedentium.

LEVIS AVCTOR) Diodorus in hoc ipso prodigio describendo occupatus, addit auctorem prodigiū propemodum lapidum imbre obrutū, profugisse ad Herculis ædem, ibique seruatum. Plutar chus refert, Apollinem multis visum ciuib; dixisse, ad Alexandrum se tranfere, neque sibi cordi esse ea, quæ in vrbe agerentur. Tyrios simulacrum Apollinisicut trāsfugæ sceleris comperti, clavis basi affixisse, catenisque astrinxisse, & φιλαλέξανδροv appellasse. Alexander capta postmodum vrbe aureas Apollini compedes detraxit, & φιλαλέξανδροv appellari iussit, vt auctor est Diodorus.

AREAQVE HERCVLIS, CVIVS NVMINI VRBEM DICAVERANT) More gentico, singulas vrbes cùm conderentur, certo genio initianb; vt Troiam Neptuno, Apollini & Mineruæ, Romam Marti & Ioui, Athenas Palladi, alias alijs. D. Herculo Tyrio suprà dictum.

SYRACVSIS ID SIMVLACRVM DEVEXERANT POENI) Cartalo + Malei exsulj filius vi detur statuam Apollinis Tyrum, inde lusitino detulisse: Interea, inquit, Cartalo Malei exsulis ducis F. cum præter castra patris à Tyro, quō decimias Herculis ferre ex præda Siciliensi, quam pater eius cuperat, à Carthaginensib; missus fuerat, reuerteretur, &c.

INGENVVS PVER SATVRNO IMMOLARETVR ) Carthaginenses certè tam sacrilega sacra coluisse lusitius testatur: Cum inter cetera mala etiam peste laborarent, cruentaria sacrorum religione, & scelere pro remedio vni sunt. Quippè homines, vt victimas immolabant, & impuberis (quæ etas etiam hostium misericordiā prouocat) aris admouebant; pacem Deorum, sanguine eorum exposcentes, pro quorum vita Dyrogari maximè solent. Subiicit lusitius ingratis Dijs victimas suisse, magisque irritatos, quam placatos, punitosque Carthaginenses maximis cladibus. Credibile est, tandem etiam deletos. Sed Tyrijs persuadere tam impia lacra non potuerunt.

Cæterum, non Carthaginenses tantum humana hostia faciebāt, sed Phœnices etiam & Arcades, Romani quoque in Pantheo, Druryæ, Galli, Scythotauri aquenas immolabāt; Laodicæi virginem Palladi, Blemmyæ, Cymbri, Germani aras humano sanguine polluebant. Chii & Salaminij, Sparta ni, Galatae, Massagethæ, Lusitani, Thraces, alijque pleræque omnes barbaræ gentes: immō & ludej, contra X. tabularum legem, pueros viuos igne, ingenti cum suppicio concremabant. Sola Dei vnius lex Hebræis data, & Christiana sacra hæc sacrilegia prohibuerunt, nec apud Christianos auditum, aut scriptum, aut pictum est, vñquam, humana hostia litatum suisse: pro quibus se Christus ipse in cruce victimam obtulit, & offertur quotidie incruentis sacris.

Sed redeamus ad Tyrios, Phœnices & Carthaginenses, de quibus Alexander Neapolitanus ex Platone, b Dionylio Halicarnasseo, Diodoro Siculo, c Plutarcho, d Silio, f Tertulliano, Lactantio,

N

& alijs. Mines.

b Lib. 1. c Lib. 20. d Apothegm. e Lib. 4. Pun. f Apolog. 9. l. i.

2. AEn.

lib. 11. de  
Ciuit. Dei  
c. 22.

Lib. 6.  
Lib. 6. c. 1.  
Li. 2. Ele. 5.

1. Georg.

Lib. 7. c. 12.

Lib. 5. hist.

Lib. 17.  
In Alexan dro.

\* Mezei

Lib. 18.

Plinius.  
Pausanias.  
Cæsar.  
Strabo.  
Diod. Sic.  
Herodot.  
Mela. Soli.  
Lucianus.  
Philostrat.  
Orosius.  
Procopius.  
Dionys.  
Halicarn.  
Ge. l. c. 16  
In Dial.  
& alijs. Mines.

& alijs. Sed Pœnos, quos Tiræquellus laudat, in hæc verba denarrat: Fuitq; apud Phœnices & Carthaginenses nimium diu seruatum, vt infantes principali honore insignes, sorte ductos in regio ornatu Saturno immolarent hostias, & quem sors morti destinarat, morti subtrahere non licebat; quare multorum ciuium largis fletibus deplorata funera fuérre, à quibus sacriscum desuissent, postea victi ab Agathocle, Deos propterea subiratos arbitrantes, vt numen placarent, ducentos nobilium filios mactarunt ad aras: adeò caca mortalitas sub nomine religionis, ad infandas cades agebatur præcepit.

## C A P V T XII.

## A R G V M E N T U M.

Tyrijtam acriter oppugnationem defendunt, vt rex desperabundus de Ioluenda obsidione iterum deliberet, à qua, fama sinistra deterretur.

**A**Eterū efficacior omni arte necessitas nō usitata modò praesidia sed quædam etiam noua admonuit. Nam q; ad implicanda nauigia, quæ muros subiabant, validis asseribus coruos, & ferreas manus illigauerant; ut cù tormentis asseres promouissent, subito laxatis funibus inyicerent. Vnci quoq; & falces ex ysdem asseribus dependentes, aut propugnatores, aut ipsa nauigia lacabant. Clypeos verò aeneos multo igne torrebant, quos repletos feruida harena, cænoq; decocto è muris subito deuoluebant: nec vlla pestis magis timebatur; quippe ubi loricam corpus q; feruens harena penetrauerat, nec vlla vi excuti poterat, & quidquid attigerat, perirebat: faciente q; armam laceratis omnibus, quis protegi poterant, vulneribus inulti pètibant. Corui vero & ferrea manus tormento emissa plerosq; rapiebat. Hic rex fatigatus, statuerat soluta obsidione Aegyptum petere: quippe cum Asiam ingenti velocitate percurrisset, circa muros unius urbis hærebat, tot maximarum rerum oportunitate dimissa. Caturam tam discedere irritum, quam morari pudebat. Famam quoq; , quam plura, quam armis eueterat, ratus leuorem fore, si Tyrū, quasi testem, se posse vincere reliquisset. Igitur, ne quid inexpertum omitteret, plures naues admoueri tubet, detectosq; militum imponit.

EFFICACIOR OMNI ARTE NECESSITAS) Verè Carchedonius:

Xpēia διδάσκει, καν διμόστης οὐδέπορος.

Catum è rudi reddit magistra neceſſitas.

Et vt Euripides: Δεινὸς δύας κακὸς οὐδὲν \*ισχυρότερον

Graui nihil neceſſitate fortius.

\*ισχύειν  
πλέον.  
In Helena.  
In Hecuba.

ανάγκη γρ̄ deos βιαζεῖαι, Neceſſitas enim & Deos cogit. η πλάτων φίσιν ανάγκην η οὐδὲ θεοὺς βιαζεῖαι. Neceſſitatē ne Deos quidem cogere posse Plato docet. σερρὰ γρ̄ ανάγκη, inquit Euripides, dūrum telum neceſſitas, ultima tentat, omnesque ingenij vires explorat.

VALIDIS ASSEBIBVS) Aſſeres non accipe, vt hodie vulgo, pro tabulis, sed perticas longas interpretare. De coruis & manibus ferreis luprā disputatum est.

TORMENTO) Machina bellica: tormentum à torqueo: sapienter cruciatum & supplicia valet. Tormento excutiuntur tela, saxa, & alia missilia.

MENS AVCTORIS EST) Tyrij longos contos, seti longurios à capite vncis, coruīs, falcibus, manibus ferreis armatos, per machinas extra mēnīa actos, & protenos, subito remittebant funibus suspensos, vt insubiectos hostium naues inciderent, rursumq; adducti funibus secum traherent; quidquid arripuerint, sic, vt totas naues, vel euertērent à lateribus prentas, vel in proras erigerent, & puppim mergerent: vel contrā.

CLYPEOS ETIAM AENEOS) Diodorus Siculus idem prorsus de clypeis aeneis & arena. Multa præterea effusa paſsim in vrbes oppugnantes, oleum feruens, pix, sulphur, bitumen, plumbum fluēs, ferrum, arēna, retia, & alia: de quibus Lipsius Poliocerto, vbi hunc locum Curtij adducit, & aliis illustrat.

HIC REX FATIGATVS) Iterum desperat Alexander, non secus, atque D. Hierony. vt parua magnis in dissimili genere contendamus, in descendis literis Hebraicis identidem desperatos, resumpit, donec tandem arripuit. Diodorus addit; iam datum ad profecionem signum fitisse ipsa nocte, mōx tamen correctum consilio Amyntæ Andromonis &c.

DISCEDERE IRRITVM) Frustratum ipse capiendo vrbis; irritus discedo, re infecta ab eo.

FAMAM

FAMAM QVOQUE) Tacitus: & ipsa plerumque bella famam profigant. Curtius: Fama bella constant, & sapè etiam, quod falso creditum est, veri vicem obtinuit. Lilius: Fama bellum conficit, & parva momenta in spem mature impellit animos. Tacitus: Fama in nouis cæptis validissima est. Idem in Agricola: Instandum fama, & prout prima cesserint, fore vniuersa.

De mori-  
bus Germ.  
lib. 8.  
Lib. 27.  
Annal. 12.

Multa de vi famæ Gruterus ad insigniora loca Taciti. Hæc ergo deterruit Alexandrum, ne Ty-  
rum obfessam dimitteret. P. 63. & seq.

C A P V T XIII.

# ARGUMENTVM.

Prodigium à visa belua, quod vtrique in suam salutem interpretantur.

**E**t fortè bellua in usitata magnitudinis super ipsos fluctus dorso eminens ad mollem, quam Macedones ricerant, ingens corpus applicuit; diuerberatisq; fluctibus alleuans semet; vtrinq; conspecta est. Deinde à capite molis rursus alto immersit, ac modo super undas eminens magna sui parte, modò superfuis fluctibus condita, haud procul munimentis urbis emersit. Vtrisq; latius fuit belua aspectus: Macedones iter iaciendo operi monstrasse eam augurabantur: Tyrj Neptunum occupati maris vindicem, abripiuisse beluam ad molem brevi profectò ruiturum, lati q; omne eo, ad epulas dilapsi, onerauere se vino; quo graues orto sole nauigia descendunt, redimita floribus, coronisq; adeo victoria non omen modo, sed etiam gratulationem praeceperat.

BELVA INVSITATAE MAGNITUDINIS ) Diodorus xiiij. & tisorum rō μέγεθος, vt è verbo  
videatur expressissime Curtius. Solent præludere huiusmodi teræ marinae secuturis exitijs, vt in Epi-  
stolis Indicis memini legere, pro classibus natales, mōx in Sytes impactos. Tempestatum quoq; in-  
dices tradunt auctores cum subfiliunt. Sed de ceti magnitudine varia prisci tradidere: Kātη δὲ ἦν ζ-  
εια οὐ τῇ Ινδῷ θαλάσσῃ πενταπλασία μέγεθος ἐλέφαντος τε μεγίστη, πλευρὰ γνα μία καὶ τρεῖς, καὶ εἰς τέσσες πολὺς πρόσωποι χεινίλινος παραγόμενος εἴχει. τοδέ πετρώμα βραχὺς ἐκατέρρη πολύώρ τὸ ἑδρός καὶ  
ἐπιλα. Cete in mari Indico quintupla ad Elephantum vel maximum magnitudine degunt. Nam vna etiam  
costa ceti, ad viginti cubita accedit. Labrum habet quindecim cubitorum, pinnam ad utramque, branchiam  
septem cubitos longam. Sed hæc magnitudo paruitas videri potest, pæ illa, quam balena ponit Plinius  
quatuor iugerum, priste ducentorum cubitorum. Solinus maiorem facit: Indica maria balenas  
habent utræspacia quatuor iugerum. Iugerum pedibus ducentis quadraginta definitur. Olaus ad Nort-  
vvegiae littora balenæ centum vlnas longas expelli scribit: vlna quatuor continet cubitos, cubi-  
tus fesquipedem: sexcentorum ergo pedum erit balena Olai, quam trecentis sexaginta pedibus  
vincit Pliniana: cum Olao facit Iuba, qui sexcentos pedes longam, trecentos sexaginta latam scriptit  
repertam. Petrus Siculus historia de Manichæis tradit, tam immania cete versari in aquis, vt procul  
spectantibus insulæ speciem reserant, ad quam appellunt nautæ, vt palos desigant, focum excitant.  
περὶ γῆρα, inquit, θαλασσῆς κήπου φυσικῶν, ὅτι τὸ θαλασσιοῦ κηποῦ απιδοχεύονται λέγεται Εἰσὶ γέ τῷ μεγέθει  
νησῶν οὖν τοῖς, καὶ φωνὴν ξεινοῦται. Θεοὶ ἀγνοῦτες οὐναῦται εἰποῦσι τὰς ἀγκύρας λεβάσι, καὶ πηγάνυτες παντάπει  
τὰ πλοῖα δεσμεύσονται' ἀντὶ ἀνάφωσι, εἰποῦσι τὰς ἀγκύρας λεβάσι, καὶ αὐτοὺς εἰς βο-  
δοὺς ἀποτίνεται. Adfirmant idem de ceto B.Hierony. Ambrosius, Sigerbertus in geltis Maclouij, Su-  
rius de S.Brendato, seu Brendano, Olaus Magnus. De Aspodehelone meminit Epiphanius Cyri E-  
pit copus. Oppianus ἀποδεσταν χελώνην appellat, quasi scutatum testudinem.

as lib. 9. c. 3.  
t-  
i-  
us Iuba ad Ca-  
iū Cæsarem  
& forte  
ul sic Plinius  
t. sit accipiē-  
bet dūs de lata;  
gg & longa.  
P. 67.

Lib. 21.ca.  
25. & 26.

VICTORIAE OMEN (Triumphum certe ante victoriam cecinere infelices Tyrij, quod est in Diogenia-  
parcemia προτην νίκης το ἐγκυμορ οδεις, & aliae affines. οὐτω τέτον εἰφ έπι δώμα γελά άλικη τη νησ cētūria  
νυκᾶς, πει τούτοις ιχθύας έλης. Capra nondum peperit, capella ludit supra domum. Quid muriam temperas, 7. nu. 56.  
qui nordum pisces ceperas.

NEPTVNVM OCCUPATI MARIS VINDICEM) supra illuerant Alexandro Tyrii, queritantes an maior esset Neptuno? Hic ab irato putabant Neptuno beluam in aggrarem immisram, quod regnum eius Alexander invasisset, & à littore ad urbem mare intercepisset, sed λύρες λύρες vani vates Tyrii.

BERIMITA FLORICVS. CORONISQUE) Tanquam victores ex veteri more.

## C A P V T X I V.

A R G V M E N T V M.

## Naumachia committitur Alexandro victore.

**N**oriē rex classem in diuersam partem agit transferat, xxx. minoribus nauigis relictis in litore, è quibus Tyri duobus captis, cetera ingenti terroruerunt metu, donec suorum clamore auditio, Alexāder classem litoris, à quo fremitus acciderat, admouuit. Prima è Macedonū nauibus quinqueremis velocitate inter ceteras eminens occurrit, quam ut conspexere Tyrii, duas ex diuerso in latera cius inuectae sunt, in quarū alteram quinqueremis eadem cōcitata, & ipsa rostro icta est, & illam inuicem tenuit. Iamq; ea, quæ non cohærebat, libero impetu euecta, in aliud quinqueremis latus inuehebatur, cum oportunitate mira triremis è classe Alexandri in eam ipsam, quæ quinqueremis imminebat, tanta vi impulsa est, ut Tyrius gubernator in mare excuteretur e puppi. Plures deinde Macedonum naues superueniunt, & rex quoq; aderat, cum Tyri inhibentes remos agrè euellere nauem, quæ hærebat, portumq; omnia simul naugia repetunt. Confestim rex infuscatus portum quidem intrare non potuit, cum procul è muris missilibus submoueretur: naues autem omnes fere aut demersit, aut cepit.

**XXX. MINORIBVS NAVICITIS RELICTIS IN LITOR E)** Tyrus duos portus habet, alterā clausum, & angustis faucibus obuersum Sidoni; alterum apertum versus Aegyptum. Strabo. Tyri tamen etiam Aegyptium portum in obsidione claustris munierant, ne Macedones irrumperent. Triginta naues Sidonio obuersæ erant, reliqua classis in altero portu versus Aegyptū statua habebat. Ea gratia dixit suprà Alexandrum in desperatione vrbis obtinenda Aegyptum voluisse petere, quam classis iam tum spectabat. Tyri animaduerso Alexandrum ab alijs nauibus auersum, subito ex Sidonio portu eruperunt, & triginta naues ad litus relictae, partim vacuas, partim à nautis, vel custodibus inuasere, duasq; Pnytagoræ & Pasiratis primo impetu cepere, reliquas haud vano pari cūsterrone impleuere, clamore ingeti Alexandri exciuere, qui expeditis triremibus suis suppétias iuit circumuentis. Prima reliquiæ celerior, magnum discrimen adiit, quod in eā ceteras præcurrentem, duas Tyriæ incūrerint, in quarū alterā se vertit Macedonica rostro Tyriæ nauis percussa, quæ simul Tyriam implicuit, vt hæret. Interim altera Tyria, in alterū Macedonie latus toto remigio inuehebatur, quæ eodem pūcto tēporis alia Macedonica intercepta rostro icit, vt excuteretur nauarchus. Mox tota classis Alexandri Tyrias naues ita circūuenit, vt ægerrimè fugam moliretur, multæq; deprimuntur, aut caperentur, parumq; absfuit, quod minus cū fugientibus, & portum, & vrbem ipsam occuparet, à qua telorū imbre ex mœnibus emisso prohibitus cessit, classe Tyriorum tota exarmata. Hæc fuisit, vt Curtius intelligatur, quem nisi attente lectum hoc loco non capies.

Arrianus Cypriæ naues à Tyriis ait oppugnatæ, Sidoniū portū obsidētes. Pnytagoræ regis quinqueremem mox fuisse mersam, & aliam Androclis & Pasiratis, alias in litus propulsas & confractas. Alexandri absfuisse à classe, & in tabernaculum, quod erat ultra aggrem, quæ Aegyptū mare spectat, ubi Phœnicum classis erat, secessisse: præter morem tamen citius reuertum, suis succurrisse, & alias ad portum statuisse, nē reliquiæ cōgrederentur, alias in Tyriæ egressas inuafisse, euentum eundem fuisse, quem Curtius denarrat.

**IN LITORE)** Ex aduersu Sidonij portus.

**DVOBVS CAPTIS)** Pnytagoræ & Androclis ac Pasiratis.

**ALEXANDER)** Qui in castra, & tabernaculum secesserat ad meridiem.

**QVINQVEREMIS)** οντειηπης, quæ quinque ordines remigum habebat, nō quod quinque remiges vnum remum ducerent. Nam pro longitudine nauium, plures remigum ordines instituebantur. Viae, & interualla numerum ordinum signabant.

**ROSTRO ICTA EST)** Prora rostrata Tyriæ nauis icta est Macedonica, quæ implicuit Tyriam seu vncis, seu manibus ferreis, seu ipsis remis.

**E A, QVAE NON COHAEREBAT)** Dixerat duas Tyrias in vnam Macedonicam ex lateribus inuectas esse, alteram cohaesisse cum Macedonica icta, altera ergo iam pleno impetu ferebatur in alterum latus nauis Macedonicae, sed illam intercepta triremis Alexandri in illam tanta vi illata, vt gubernatorem excusum præcipitaret in mare.

**INHIBENTES REMOS)** Planè geminus huic locu est apud Liuij, de Rhodia nauis: Rhodia vna cōpta memorabilis casu. Nam cū rostro percussisset Sidoniæ nauem, ancora ictū ipso excussa è nauem sua vno dete, velut manu ferrea inicta, alligavit alterius proram: inde tumultu iniecto, cū dinellere se ab hosti capientes inhiberent Rhodijs, tractum ancorale, & implicitum remis, latus alterū detergit, debilitata ēa ipsa.

Lib. 16.

Lib. 7.

qua

qua ista cohererat. Idem casus Dinocratem apud Polybium implicuit cum octoere Democratis con-gressum, quem eodem eventu Dionysiodorus hærentem liberavit. Verba Polybijs sunt: Δινοχράτης μὲν πρὸς ὄκτην τὸν συμπεσόν, ἀπὸς μὲν ρέζαλον τὸν πληγὴν ἀνασέργει τὸν νεώς οὔσης, τὸν δὲ πολεμίον τρέσας ναῦν διδόθει, τὸν δὲ πρῶτον οὐδένατο χωριδίναν, καύστηρ πολλάκις ἐτοξόλογεν θεραπευτήν. **Dinocrates** cur ostere congressus, ipse quidem vulnus accepit ea parte nauis, qua extra aquam extabat, quod proram vehementer erexerat, Hostilem autem nauem lafit, qua parte infra aquam est, primum quidem ab hostili nauie separari non poterat, quantumvis sapè conatus esset remos inhibere. Addit Polybius Dinocratem aduentu Attali fuisse liberatum. Est ergo Græcis κρέειν τὸν πρόμυναν καὶ κρέειαν idem, quod Latinis, inhibere retro remos. Thucydides δὲ δὲ οὐτεχώρειν οὐδὲ πρόμυναν κρέομενοι: illi vero recedebant nauem retro inhibentes, hoc est, in puppim versus nauigantes. Idem θεάματα τοῦς Κορινθίους πρόμυναν κρέομενοι. Lib. 3. mirabatur Corinthios puppim inhibere. Arrianus οὐτερού πρόμυναν κρέομενον εἰς πόδα οὐτεχώρειν. Lib. 1. p. 10. Elephanti (nam de his loquitur) quemadmodum naues cum inhibentur, retrocedebant. Non est aſſectus vim verbi κρέσαδαι πρόμυναν interpres Pollucis Rudolphus Gualterus, cùm vertit πρόμυναν κρέσαδαι, detinere puppim, vel puppim ferire, nesciuit, quid valeret κρέσαδαι, nec duobus verbis explicauit. Aristophanis scholiastes πρόμυναν κρέσαδαι vocari dicit, *cum remiges conuersi metaxabilesque ciēteras έλαύνοντες οὐτοισι επὶ τὸν πρόμυναν, in puppim impellunt nauem, cum antē in proram impulsent; quemadmodum cum portum lubeunt, & puppis terram spectat, prora mare.* Thucydidis interpres idem feret docet, cùm dicit: πρόμυναν κρέσαδαι, esse τὸ κατ' οὐτοὺς ἀναχωρέιν, μὴ σεκβαλα τὸ πλοῖον, οὐδὲ οὐτοις ἀναχωρέιν επὶ τὸν πρόμυναν κατεγκλαῖν, cessim recedere, non verso in puppim nauim nauigio. sic enim cedens nauigat versus puppim, non verit proram. Ex his, & alijs scriptorum locis, & hic Curtij explanatur, & Ciceronis ad Atticum: Arbitrabar, inquit, sustineri remos, cùm inhiberi essent iussi remiges. Id non esse eiusmodi didici heri, cùm ad villam nostram nauis appelleretur. non enim sustinent, sed alio modo remigant, id ab έποχής remotissimum est, semperq; Carneades τροβελῶν pugilis & retentionem auriga similem facit έποχήν. Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiorem quidem, remigationem nauis conuertens ad puppim. Sed hic locus Ciceronis non usquequaque cùm Græco κρέειαι πρόμυναν conuenit; cùm conuersi remiges in puppim impellunt nauim. Inhibitio enim non est remigatio, nauem conuertens in puppim, sed est conuersio remigum versus puppim remigantibus, cùm antē versus proram nauigarint, siue inhibitio propriè retro agere nauem, non conuersa prora, sed sicut equi quandoque retro aguntur in pedes, non proram conuertentes. Atque ita quidem Cicero, cùm primò poluisset sustinere, posteā, monente Attico, inhibere remos, pro sustinere, & retentione nauis, ne ulterius progrederetur, demum rursus emendauit, ac pro inhibitione, exposuit retentionem. Est ergo inhibere vox tota nautica, & valet idem, quod, nauem in puppim non conuersa prora impellere, quod quidem tergum, & vehementem habet motum εἰποδά οὐτοχώρειν regredi in tergum. Deinde videtur inhiberi nauis, cū non omnino retro agitur, sed à priori ordine nauig. in latus, ac demum in puppim versus nauigatur. Postremò inhibere remos, est tollere remos, vel figere, vel sustinere, vt nauis sistatur & hæreat; sed hoc impropriè. Cicero tamen ita locutus est in primo de Oratore, quem locum non emendauit, vt in Academicis: Qui à scribendi consuetudine ad dicendum venit, hanc adfert facultatem, vt etiam subito fidicant, tamen illa, quæ dicantur, similia scriptorum esse videantur: atq; etiam si aliquando in dicendo scriptum attulerit, aliquando cùm ab eo discesserit, reliqua simili oratio consequatur, vt concitato nauigio, cùm remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa nauis motum & cursus suum intermissis impetu, pulsis, remorum: sic in oratione perpetua, & quæ sequuntur. Eodem intellectu abutusest verbo Iustinus: Commisso prelio ite cessim, inhibite remos, & à bello discedite. Et Quintilianus: Contrahit vela, inhibetq; remos. Curtius vti & Liuius, propriè hic verbo vius est inhibentes remos, retro nempe in puppim agentes, non conuerso rostro, aut prora.

**MISSIBVS** (Omni generis telis, igne, sagittis, clypeis, ardentibus, arena, atque hisce haud paucis, ob quæ olim desperarat de vrbe occupanda.

## C A P V T XV.

## A R G V M E N T V M.

Tyrus vi capit, exscinditur, paucis parcitur, elogium Tyri.

**D**ido deinde ad quietem dato militibus, insisq; & classem & machinas pariter admouere, & vndiq; territus instare, ipse in altissimam turrim ascendit ingenti animo, periculo maiore; quippe regio insigni, & armis fulgentibus conspicuus, unus præcipue telis petebatur; & digna prorsus spe- et aculo edidit, multos è muris propugnantes hasta transfixit, quosdam etiam comminus gladio, clypeoq; impulsos præcipitauit: quippe turris, ex-

qua dimicabat, muris hostium propemodum cohærebat. Iamq; crebris arietibus saxorum compage laxata munimenta defecerant, & classis intrauerat portum, & quidam Macedonum in turres hostium desertas euaserant, cum Tyrii tot simul malis victi, alijs supplices in templo configuiunt, alijs foribus adiunctorum obseratis occupant liberum mortis arbitrium, non nulli ruunt in hostem, haud inulti tamen perituri: magna pars summa tectorum obtinebat, saxa, & quod in manus fors dederat ingerentes subeuntibus. Alexander exceptis qui in templo configuerant, omnes interfici, ignemq; tectis inyici iubet. His per praecones pronuntiatis, nemo tamen armatus opem à dīs petere justinuit. Pueri, virginesq; templo compleuerant; viri in vestibulo suarum quisque adiunctorum stabant, parata sauentibus turba. Multis tamen saluti fuere Sidonij, qui intra Macedonum praesidia erant. Hi urbem quidem inter victores intrauerant, sed cognationis cum Tyriis memores (quippe utramque urbem Agenorem condidisse) multos Tyriorum etiam protegentes ad sua perduxerè nauigia, quibus occultati Sidona vecti sunt. XV. millia hoc farto subducta saeuitia sunt: quantumq; sanguinis fusum sit, vel ex hoc existimari potest, quod intra munimenta urbis, sex millia armatorum trucidata sunt. Triste deinde spectaculum victoribus ira prabuit regis: duo millia, in quibus occidendis defecerat rabies, crucibus affixa, per ingens titoris spatium pependerunt. Carthaginensium legatus pepercit, addita denunciatione belli, quod praesentium rerum necessitas moraretur. Tyrus septimo mense, quam oppugnari capta erat, capta est: urbs & vetustate originis, & crebra fortuna varietate ad memoriam posteritatis insignis, condita ab Agenore; diu mare, non vicinum modo sed quo dunque classes eius adierunt, ditionis sua fecit: & si fama libet credere, hac gens litteras prima aut docuit, aut didicit. Coloniae certe eius pene toto orbe diffusa sunt. *Carthago in Africa: in Baetia Thabæ: Gades ad Oceanum.* credo libero commeantes mari, saeviusq; adeundo ceteris incognitas terras elegisse sedes inueniunti, quia tunc abundabant; seu quia crebris mortibus terra (nam hoc quoque traditur) cultores eius fatigati, noua & externa domicilia armis sibimet querere cogebantur. Multis ergo casibus defuncta, & post excidium renata, nunc tamen longa pace cuncta refouente, subiuncta Romana mansuetudinis acquiescit.

IVSSIS VNDI QVE TERRITIS INSTARE ) Vrbem enim terra marique vrgebat, machinis & turribus ex aggre; nauibus etiam machinas ferentibus, mcenia obibat, & infirmissima deiecit;

IPSE IN ALTISSIMAM TURRIM ASCENDIT) Nimis magnificè hoc, inquit Glareanus; sua, credo, animula Alexandri immenſos spiritus metiens, qui apud Mallos, non solum ascendit mœnia ſolus, fed etiam in oppidum defilijt. Et ſi verba Diodori ſpectemus, magnificentius ipſo Curtio rem narrat. Solum enim ex lignea turri in murum transiſſe hoſtium air, ibique ingentem itragem edidiſſe. Nec pugnant inter ſe Diodorus & Curtius, quando hic principium, ille etiam finem conſenſae turris oſtendit. Arrianus Admetum primum in muros euafiſſe at firmat, & haſta traiectum interiſſe, Alexandrum turribus, & inter turriſſis occupatis, per ipsa mœnia transiſſe ad regiam, quod inde facilior eſſet delcensuſ in vrbem. Componantur inter ſe hi tres scriptores, nec omnino eadem, nec valde diuersa inter ſe denarrātes. Plutarchus omnino alia de Aristādro vate, quem ſuprā laudauimus, ad fert, à quo vrbis excidiuſ eo ipſo die, quo capta eſt, antequam oppugnaretur prædictum eſt.

DIGNA PRORSVS SPECTACVLQ) Diódoros: εν τάντοις οὐ έτόλμα ἐπιτελέσθαι πράξιν οὐδὲ  
επιτοιετοις ὥρωσι πιστευομένην ἐπί βάθρας, γάρ απὸ τὸ ξιλίνη πύργοις τῆς πόλεως ἔχειν οὐ πιστεύειν διὰ τάν-  
τος μόνης ἐπειδὴ τῷ τείχει &c.

CLASSIS INTRAVERAT PORTVM) Vtrumque portum, Aegyptium inquam & Sidonium. Ita enim Arrianus: διὶ ἐπὶ τὸν νέον ὄτε φοίνικες κατὰ τὴν λιμένα τὸ πρός Αἴγυπτον (χρήστερος καὶ φορμέντες εἰς τύγχανον) βιασάμενοι, καὶ τὰ κλεῖθρά διαπάσαντες ἔκωντον τὰς ναῦς οὐ τῷ λιμένι ταῦς μὲν μετεώροις ἐμβάλλοντες, ταῦς δὲ εἰς τὴν γῆν ἐζωθεύντες. Καὶ οἱ Κύπριοι κατά τὸν ἀλλορ λιμένα τὸν Σιδῶνον φέροντα. \* οὐδέτεροι κλεῖθρον γε ἔχοντα εἰς πλευσθανεῖς ἐλορθεύδης ταυτὴ τὴν πόλιν. At qui in nauibus erant, una cum Phoenicibus in portum, qui Aegyptium spectat (quem obsederant) imperio facto, claustrisq, reuulsis, nauēs in portu consergerunt, in alias remotiores à terra magna vi delati, alias ad ipsam terram allidentes. Cyprj per portum, qui Sidonem respicit, nullo claustrō septum, sed fauicibus angustis, & nauibus obfessum immisi, statim ex ea parte urbem capiunt.

CVM TYRII TOT SIMVL MALIS VICTI ) *Venit summa dies, & ineluctabile tempus*  
--- crudelis vbique

*Lucitus, ubiq<sup>3</sup>, pauor, & plurima mortis imago.*

Tandem vietas dedere manus inuicti adhuc Tyrij, qui viso in muris & vrbe simul hoste, salutem à dijs cum ipli sciuibus captis seram exspectauere. Iustinus tamen per proditionem captam mentitur.

FOR I -

## EXPLANATIONES.

151

**FORIBVS AEDIVM OBSERATIS**) Vt Romæ plebs Gallos vrbe potitis.  
**LIBERV M MORTIS ARBITRIVM**) Sibi mortem consilcentibus, né morentur. Liberum  
 seu igne, seu aqua, seu ferro vellent mori, ipsi in sua potestate habebant, antequam vrbs incendere-  
 tur. Gualterus poëta vetus, & uo Ahenobarbi:

*Mixta plebe patres pereunt genus omnibus vnum  
 Mortis, sed species moriendi non fuit vna.  
 Iste pyram reverens gladios incurrit, & ille  
 Ut gladios fugiat, medios se mittit in ignes.  
 Nonnullos alia mortem dum morte cauerent,  
 Vrbis semiruta lapsos de manibus vltro,  
 Aequorei vehemens absorbuit amnis biatu.  
 Occultas alij latebas, vacuosq; penates  
 Quarentes, laqueis ingulos aptare parabant,  
 Et mortem feceré sibi, ne morte perirent,  
 Inflicta à Graijs alios diuertia Martis  
 Querere dum puduit, pro iure & legibus vrbis,  
 Infaciem patriæ, libertatemq; tuendo  
 Elegere mori, mortis genus illud honestum, |  
 Et labi sine labe fuit non cedere cadi  
 Caderetq; & cadi, dum non caduntur inulti, Et quæ ibidem sequuntur.*

**EXCEPTIS QVI IN TEMPLA CONFUGERANT**) Et hoc edicto cavit per præconem, qui  
 salui esse vellent, ad aras confugerent, imitando pietatis exemplo, cùm ab innocentia pueritia fer-  
 rum abstinentum est, & honor religio, quamvis fallax, habitus; veræ etiam Hierosolymis.

**VIRI IN VESTIBVL O AEDIVM SVARVM**) Vt Romæ patres conscripti à Gallis oppressi,  
 quos eximiè laudandus celebrat Lilius.

**MVLTIS SIDONII SALVTI FVERE**) Hoc neque in Arriano, neque Diodoro scriptum,  
 & numerus est ingens xv. millium. Glareanus quinque millia putat rescribendum, quamquam &  
 hoc nimirum videri velit. Sed codices coniurant in xv. millia, & quam facile hoc in turba, & tanto  
 tumultu, cum naues essent ad manum.

**SEX MILLIA ARMATORVM TRVCIDATA**) Diodorus suprà septem millia cælosait;  
 Arrianus octo millia, qui cum Curtio facit, si illes bis mille in crucem actos, sex millibus ferro cæ-  
 sis addas. Diodorus xiiii millia captos: Arrianus xxx. millia numerat. adeò diuersa duo etiam &  
 tres inter se de eadem re tractunt. Suipendit porrò de cruce duo millia, quod seruile genus hominū  
 seruili supplicio putaret esse mactandum, qui olim dominos suos serui coniurati interfecissent, que  
 res apud Iustinum copiose describitur.

**CARTHAGINIENSIVM LEGATIS PEPERCIT**) Quamvis Tyrij legatis Alexandri non  
 pepercerant.

**DENUNCIACTIONE BELL**I) Ea denunciatione territi Carthaginenses, veritique ne Persico  
 regno & Africam vellet adiungere, mittunt ad speculandos ejus animos Hamilcarem cognomen-  
 to Rhodanum, virum solertia, facundiaque præter cæteros insignem: Augebant enim metum &  
 Tyrus vrbs auctor originis hæc capta, & quæ alia apud Iustinum sequuntur.

**SEPTIMO MENSE CAPTA EST**) Per præditionem, vt supra dictum, captam, Iustinus contra lib. xxr.  
 omnium aliorum scripsorum fidem telatur. AElianvs & ille præter aliorum narrationem, captam Lib. xi.  
 per Itatagema docet. Polæynus lib. iv. n. 4. Alexander ad Tyrum obſidione relicta in Arabiam profi- lib. iv. A.  
 cisebatur, Tyrij contempta eius absentia, progreſſi extra mania, cum Macedonibus manus conserentes, per- rat. v.  
 sapè vincebant. Parmenio Dux Alexandri reuocatur, Qui subito reuersus cum fugientes Macedones conspi-  
 ceret, non victus auxilium, sed in urbem inanem viri impetum tendens, per vim Tyrum capit. Hæc contra  
 aliorum fidem Polyænus. Plutarchus pridie Calendas Quintiles expugnata in tradit. De septem me- Tyrus capa-  
 sibus idem sentit Diodorus. Arrianus captam ait Archonte Athenis Aniceto, quem Diodorus Ni- tavit. Iunij.  
 ceratum, Nicetum Dionysius vocat, mente itidem Iunio. Septem obſidionis menses, & Iolephus lib. xi. An-  
 vti duos Gaza posuit. Capta ergo Tyrus est Olymp. cxii. Anno 1. cum Alexander ageret tertium  
 & vigesimum, anno regni tertio.

**VRBS ET VETVSTATE ORIGINIS**) De natali Tyri suprà disputauimus, cùm obſidionem  
 pararemus.

**CREBRA FORTVNÆ VARIETATE**) Et ibi docuimus, quoties obſessa, capta, instaurata  
 fuerit. Hic addam, quod postea didici. Videri Ezechielem omnino de alia Tyro locutum, quan-  
 do æternum eius ex iudicio oraculo denunciauit. Scylax enim Cariandeus ex Geographis facile an-  
 tiquissimus, quem Herodotus, AElius Dionysius οὐ τῷ περὶ Αἰεῖνδροις Βιλίω πρώτῳ. Strabo Αἴγα-  
 necio quis, Suidas. Hic inquam, Scylax, qui περὶ πόλην Dario Histaspis F. inscripsit in Syria & Po-  
 nentis descriptione, aliam Tyron, quam regiam Tyri, appellat, pónit omnino diuersam ab altera,  
 quam nos, & posteriores descripte, illamque in mari itidem collocat, & altiore, remotioreque  
 à tec-

aterra quam alteram. Scylacis verla sunt: Atwo<sup>ρ</sup> φανάξ ποταμός τρίτων φονίκων, Αράδ<sup>ρ</sup> ήνο<sup>ρ</sup> ο<sup>ν</sup> λιμνή, βασίλεια τύρος στον σάδια, καὶ λιμνὴ ἀτωτὸς γῆς. A flumine Thassaco est Tripolis Phoenicum, Aradus insula cum portu, quasi ostio stadiam remota à terra. Subiicit deinde alias, alias atque alias ciuitates, quæ partim hodiè in tabulis geographicis reperiuntur, partim desiderantur. Demum subiicit illam Tyrum, quam & ipsam Regiam \* Tyrij, illamque insulam stadia non amplius tria à terra distan-  
 tem, cui mox subiungit Palætyrum, vt dubitari non possit diuersas omnino Tyros à Scylace no-  
 minari, quarum vna penitus, etiam cū nomine est deleta: Illa, inquam, quæ octo stadijs à terra di-  
 stabat, ad cuius littus est Orthiusa hodie signata. Hæc, inquam, Tyrus videtur à Nabuchodono-  
 fore funditus eversa, nec vñquam renata aut restituta, aut alio modo instaurata, quæ vna cum no-  
 mine ex libris perijt, vti Ezechiel futurum super ius prædixerat: Non resurges in eternum. Quod si  
 interpretes cognouissent, non adeò in eo loco explanando desudarent: cum alias eternum, quin-  
 quaginta annos, hoc est, sæculum interpretatur, aliud ad tropologias, aliud alio confudit. Pro no-  
 stra sententia facit Rabbi Kimchi: Nota, inquit, ciuitas Tyri, quæ modo extat iuxta maris littus, non  
 est eadem, que erat in medio mari supra vndam ac limpidissimam petram ædificata, cui dictum  
 fuit: Non ædificaberis in eternum. Scylacem ex M. S. Græcis edidit nuper, sed Græcè tantum David  
 Hoeschelius Augustæ Vindel. cum Marciano Heracliota, Artemidoro Ephesio, Dicæarcho Messe-  
 nio, Isidoro Characeno, dedicauitque Illustri viro Io: G. Hervart. Quanquam multis locis cor-  
 ruptum & defectum. Exempli causa, In eo ipso loco, quem laudauit de Syria & Phoenicia. Καὶ τῇ Συρίᾳ οὐδετέρα παρὰ θάλατταν φοίνικες εἴησι σενόφελα ήνον, [η ἐπὶ τεθαράντας, η ἐπὶ τεθαράνοντας, η ἐπὶ τεθαράνοντας, nempe θαλάττη, mi-  
 nus quam quadraginta stadia. Sed hiatus in eodem capite, & alia vitia, quis explicabit? De condito-  
 re Agenore iam suprà est dictum. Illustrissimus & doctissimus Comes Thomas Dalpot, dum hic  
 Monachij versaretur, mecumque super hoc Ezechielis de Tyro loco disputaret, sua manuscripto an-  
 notauit & explicauit. [Apparens contradictione inter Esaiam reædificationem Tyri post 70. annos  
 pollicentem, & Ezechielem perpetuam eidem ruinam comminantem, duobus potissimum modis  
 conciliari posse mihi videtur. Prior est, si dicamus cum multis, sæculum Latinè, Aiona Græcè, Ho-  
 lam Hebraicè, non semper infinitum tempus, sed longum designare, quod ita se habere multi  
 in sacra scriptura obteruant: inter quos Ribera in Mich. cap. 5. num. 39. & seqq.  
 copiose, ac eruditè hac de re disputauit. Neque ista huius nodi solutio D. Hieronymum satuisse vi-  
 detur. Ait enim in cap. 26. Ezechielis propè finem, vt in Hebraico וְיָמֵי & in Græco ἡμέραι, scribitur,  
 vnum sæculum significat, iuxta illud Esaiæ, qui post 70. annos dicit Tyrum restituendam in inte-  
 grum statum. Alio autem vnum sæculum, id est humana ætatis tempus 70. annorum numero sup-  
 putari, &c. similiter exponens illud in fine cap. 27. Et non eris ultra in sæculum, (sive in perpetu-  
 um) si hucusque (inquit) dixislet (scilicet) Et non eris magna quæstio nasceretur, quomodo non  
 es sit, quam nunc videmus extactam. Sed ex eo, quod sequitur, vñque in sæculum, vnius sæculi tem-  
 pus ostendit, quod iuxta ætatem hominis 70. annorum circulo supputatur. Hæc ille. Altera solutio  
 est, vt dicamus, Esaiam illam tantummodo, quæ sub Nabuchodonosore contigit, Tyri vastatio-  
 nem prædicere: Ezechielem vero integrum eius desolationem, ac proinde utrumque simul exci-  
 dium complecti, quod primò à Nabuchodonosore, postea ab Alex. magno pati coacta est. Quorum  
 primum 70. tantum annos durauerit: at secundum nunquam in hunc usque diem reparatum sit.  
 Nam etsi Tyrus urbs post à celebris fucrit Hieronymi tempore, & multis postetiam sæculis, du-  
 plicitamen de caula nunquam restituta antiqua illa Tyrus post Alexandrinum excidium dici po-  
 test. Primò, quia alia prorsus est ab illa veteri, recentior hæc Tyrus, non modò quod alio loco æ-  
 dificata, (nam & hoc secundæ post Nabuchod. Tyro tribui potest) sed multò magis, quia situ ab  
 illa omnino diuerso: cum illa in corde maris, (de quo maximè apud Ezech. gloriatur) sita es sit,  
 hæc in continente instar aliarum maritimorum urbium condita. Deinde quia ex quo ab Alexan-  
 dro eversa est, nunquam ad priores opes, ac potentiam rediit: vnde (vt alios præteream) D. Hie-  
 ron. in caput 26. Ezech. Post ergo, inquit, quod dicitur, nec ædificaberis ultra, sic accipi, quod ne-  
 quāquam ultra sit regina populorum, nec proprium habeat imperium, sed vel Chaldæis, vel Mace-  
 donibus, vel Ptolemæis, & ad postremum Romanis regibus seruita sit. ]

S I FAMA LIBET CREDERE, HAEC GEN S LITERAS AVT PRIMA DOCVIT, AVT  
 DIDICIT ) Lucanus.

Phœnices primi, famæ si credimus, arti

Mansuram rudibus vocem signare figuris. Gualterus:

Soluitur in cineres ab Agenore condita primò

Nobilis illa Tyrus, quæ si præclaræ merentur

Vatum dicta fidem, famæ si credere dignum est,

Vocum sola notas, & rerum prima figuræ

Aut didicit primò, aut docuit. Sic ergo tot annis

Indomitam indomitus domuit Macedum furor urbem.

Zeno apud Suidam.

\* Εσὶ πάντες φοίνισα, τίς ὁ φθόνος, οὐνομα καὶ δῆμος  
Κένος, ἀφ' οὗ γραπτὸν ἔλευθερον σελίδα  
Sum patria Phœnix, quis liuor? sum tamen ille  
Cadmus, cui debet Gracia tota libos.

De primis literarum inuentoribus, non magis literatis, quām horologis in malè composita ciuitate conuenit: alij Palamedi, alij Simonidi, alij Cadmo, alij Phœnicibus, alij Aegyptijs, alij Hebræis, & inter Hebræos, alij Mosi, alij Arahmo, alij Nocho, alij Setho, alij ipsi Deo, non immerito, rem tam diuinam tribuunt, qui Adamo literarum, vt aliarum omnium rerum scientiam infudit, qui filijs, & nepotibus tradidit. Videndus Philo Iudæus, Iosephus, Diodorus Siculus, Herodotus, Cicero, Liuius, Tacitus, Eusebius de preparatione Euangelij, Plinius, Mela, Hieronymus, Zetzes, Perierius, Polydorus Virgilius, Io: Geropius, Becanus, qui Agenorem facit Nochum, Cadmum Iapetum. In tanta scriptorum copia, nihil est, quod de literarum inuentione pluribus disputemus.

**CARTHAGO IN AFRICA**) De Carthagine suprà quædam annotata, quibus adde de nomine ex Solino: Hadramylo & Carthagini auctor est à Tyro populus. Sed quæ super Carthagine veraces libri prodiderunt, hoc loco reddam. Vrbem istam, vt Cato in oratione senatoria, autumat, cum rex Hiarbus rerum in Libya potiretur, Elyssa mulier extruxit, domo Phœnix & Karthadam dixit: quod Phœnicum ore exprimit, cijitatem nouam. Mox sermone verso (in verbum Punicum) & hac Elyssa, & illa Karthago dicta est: quæ post annos septingentos exciditur, quām fuerat extorta. Quod Solinus Karthadam ait dictam, confirmat Stephanus, qui Καΐνων πόλιν ait appellatam, Punicā nempe voce id significante Eustathius Cadmia, hoc est παλαιὰ affirmat nominatam, imitati ex της παλαιών, postea νεανίσκων. Ex Plauto vulgo Chaedreanech vocitatum apud Scaligerum disco. Plautus in Pœnulo.

Ml. Hauocuates es tu? aut quo ex oppido?

P. Hanno Mutumballe be Chaedreanech.

A g. Quid agit? M. Hannōnem sēsē ait Carthagine

Karthaginensem Mutumballis filium.

Non dubito, inquit Scaliger, esse Hadreanech.

Nam prius membrum est Ηλία vt in Hadramyton. Explicit deinde totum Plauti locum. Ad- dunt alij Vticam. De Carthagine etiam suprà ex Iustino, & alijs dictum. Thebas in Græcia Alexander euerit. De Gadibus & Gadiranis multa ad Martialem attulimus. Adi, si iuuat geographos, Strabonem, Plinium, Stephanum περὶ πόλεων. Sed copiosissimè de Gadibus Strabo libro 3. vbi de origine vrbis & oraculo Tyrijs imperante, vt Gades ad Herculis columnas ponerent, tradit. Idem Iustinus Epitom. xlii. Thebas Cadmus posuit, & Oedipus nobilitavit. Statius & Tragici celebra- runt, Alexander, vt dixi, deleuit.

**CREBRIS MOTIBVS TERRÆ**) Suprà monti ex Strabone Tyrum propter altitudinem æ- dium maximam labem exterræ tremoribus accepisse. Et alias Syria obnoxia terræ motibus, uno Iustin. lib. ferè tempore centum septuaginta millia hominum perdidit: Posidonius urbem hiatu terræ mo- mentis haustam in Phœnico supra Sidonem sitam, ipsiusque Sidonis ferè bessem interiisse testatur. Strabo lib. i. Tyrus insulam esse fractam, ex concussione terræ. Ariltoteles docet, ea loca maximè tremoribus obnoxia, quæ mare fluxile accidunt, aut spongiosa sunt.

**MVLTIS ERGO CASIBVS DEFVNCTA**) Hoc suprà ostendi, quoties expugnata, & excisa fu- erit.

**POST EXCIDIVM RENATA**) Hæc de illa Tyro, non de illa, quam Ezechiel interituram, & nunquam renalcituram prædixerat.

**NVNC SVB TVTELÀ ROMANAE MANSVETUDINIS ACQVIESCIT**) Et hoc loco con- iectant nonnulli de ætate Curtij, qua de vita Curtij disputationem. Tyrum Romani coloniam deduxere. Mansuetudinem Romanorum comparat cum Tyrannorum immanitate, qui Tyrios tanto- perè vexauere. Et fuere mitiā Romanorum imperia, nisi cum Verres, Vari, aut horum similes præ- turas, aut proconsulatus administrauerunt. Nulla enim Respub. fuit, in quam serius avaritia & lux- us migraueré. Tyrus iam Strabonis & Augustiæ libertate donata à Romanis & regibus Syriæ. Strabo οὐχ ὑπὸ Έαστιλεωρδού εκρήσα, πατρόνοι μόνον, ἀλλὰ ἡ ἐπιβατὴ μητρὶ ἀνατολῆς, scilicet lib. xvii. σάντων τὴν πεκένειην γνῶμην. Non solum à regibus, sed etiam à Romanis libertate donati sunt, cum quidem paulo sumptu impetrarent, vt eorum votum Romanii ratum haberent, atque confirmarent. Socii ergo & a- mici pop. Romani fuere: amiserunt tamen libertatem alioqui pecunia non redimendam; vel certe, ne amitterent periclitatam. Et hoc est, quod Curtius dicit: Tyrios sub tutela Romanæ manuetu- dinis (liberos tamen) quieuisse. Fuit colonia eò deducta à Romanis, quæ sub Seuero ius Italicum impetravit. Vlpianus de Censibus titulo 15. Dig. l. l. Sciendum est, esse quasdam colonias iuris Italicis, vt est in Syria Phœnico splendidissima Tyriorum colonia, ynde mihi (Vlpiano) origo est, nobilis regionibus, serie saeculorum antiquissima, armipotens fæderis, quod cum Romanis percusit, tenacissima. Huic enim Diuus Seuerus, & imperator noster, ob egregiam in Rempub. imperiumq. Romanum insignem fidem, ius Italicū de- dit:

CA-

## CAP V T X V I.

## A R G U M E N T U M

Litteræ Darij ad Alexandrum, & huius responsum  
de filia ducenda, & dote.

*Isdem fermè diebus Darij litteræ allatæ sunt tandem, ut regi scriptæ. Petebat vt filiam suam (Saptinæ erat nomen) nuptiis Alexander sibi adiungeret. Dotem fore omnem regionem inter Helleponum & Alyn amnem sitam: inde orientem spectantibus terris contentum se fore. Si forte dubitaret quod offerretur, accipere, nunquam diu eodem vestigio stare fortunam, semperque homines quamcumque felicitatem habeant, inuidiam tamen sentire maiorem. Vereri se, ne autum modo, quas naturalis leuitas ageret ad sidera, inani ac puerilimentis affectu efficeret. Nihil difficilius esse, quām in illa atate tantam capere fortunam: mulias se adhuc reliquias habere, nec semper inter angustias posse comprehendendi. Transcendum esse Alexandro Eupratem, Tygrinque, & Araxen, & Hydaspen, magna munimenta regni sui. Veniendum in campos, ubi paucitate suorum erubescendum sit. In Mediam, Hyrcaniam, Bactra, & Indos Oceani accolas, quando aditurum; vel Sogdianos & Arachosios nomine tantum notos, ceterasque gentes ad Caucasum, & Tanaim pertinentes? Senescendum fore tantum terrarum, vel sine prelio obeunti. Se verò ad ipsum vocare desineret, namque illius exitio esse venturum. Alexander his, qui literas attulerant, respondit: Darium sibi aliena promittere, quod totum amiserit, velle partiri. Doti sibi dari Lydiam, Ionas, AEolidem Helleponi oram, victoria sua præmia: leges autem à victoribus dici, accipi à victis. In utro statu ambo essent, si solus ignoraret, quām primum Marte decernere: se quoque cum transiret mare, non Ciliciam, aut Lydiam, quippe tanti belli exigua manu mercedem: sed Persepolim caput regni eius, Bactra, deinde Ecbatana, ultimique orientis oram imperio destinasse: quodcumque ille fugere potuisset, ipsum sequi posse: desineret terrere fluminibus, quem sciret maria transisse. Reges quidem hac iniucem scripsierant.*

**V T R E G I S C R I P T A E**) Nam prioribus literis Darius Alexandrum non erat dignatus titulo regis. Curtius: *Ibi illi literæ à Dario redduntur, quibus vt superbè scriptis, vehementer offensus est. Præcipue eum mouit, quod Darius sibi regis titulum, nec eundem Alexandri nomini adscripterat. Proinde Alexander cum responderet Dario, rescripsit: Rex Alexander Dario. Et in fine literarum: Datero, cum mihi scribes, memento non solum regi, sed etiam tuo scribere. Tandem inquit hic, vt regi scriptæ, adscripto nempe titulo regis.*

**S A P T I N A E E R A T N O M E N**) Plutarchus, vt suprà monui, Statiram, Barsinem Arrianus, Curtius hic Saptinam.

**R E G I O N E M I N T E R H E L L E P O N T U M E T H A L Y M S I T A M**) Strabo. *Ἐτ ἡ ἡρός Αλύχάρα λεγομένη περίεχσα πρὸς μὲρτα πόντῳ καὶ τῷ πρωτότοι, Παφλαγονας τέ καὶ Βούνας καὶ μυστικὸς καὶ τὸν ἕλλεσσοντω λεγομένην φρυγιαν, οὗ εἴσι καὶ τρεῖς. Item regio intra Halym, quæ dicitur continens, ad Pontum & Propontidem sites, Paphlagones, Bythynes, Mysos & Phrygiam Hellepono, vt solet vocare, nunciatam, cuius est etiam Troas. Curtius infra hoc eodem libro in literis alijs Darijad Alexandrum: Antea imperio tuo finem destinabat Halyn amnem, qui Lydiam terminat. Nunc quicquid inter Helleponum & Eupratem est, in dotem filiae offert, quam tibi tradit. Et hoc ipso capite: Dote sibi Dari Lydiam, Ionas, AElidem, Helleponi oram. Herodotus: γέρας εὐρεθήν της τε μηδικῆς, ἀρχῆς, καὶ της λαδικῆς Αλύχαρας, δε τε οὐρανοῦ αὐρηλίας διὰ Κιλικωρ &c. Et μόχιοντω Αλυς ποταμος ἀποτέμνει σχεδον πάντα της Ασίας τὰ κάτων δαλάσσης της ἀρτίου Κύπρου εἰς την Εὔξενον πόντον. Εἰσι καὶ αὐχένια οὐτοῦ της χώρης ταυτής ἀποτης μῆκος δέκα εὐζώνων ἀνδρί πέντε ήμέραις ἀνεστιμένται. Siquidem imperium Medicum in Lydiam distinguitur a flumine Halys, qui ex Armenia monte profluens, primum Cilicas &c. interfluit. Deinde concludit Herodotus: Ita flumen Halys cuncta a fere superiora Asia, à mari, quod Cypro obiectum est, ad Euxinum usque pontum dirimit. Est autem totius regionis longitudo quinque dierum itineris viri expediti. Herodotum Plinius illustrat, & sequitur: Amnis Halys à radicibus Tauri per Catalogiam*

lib. 1.

lib. 1.

lib. 6. c. 2.

niam

## EXPLANATIONES.

niā, Cappadocia amque decurrens &c. eiusdemque nominis sinū, vt Asiam prone insulam faciat C.C. M. passum, haud amplius per continentem ad Isticum Cilicie sinū. Ducenta millia passuum, si quinque milibus nostru miliare definias, efficiet quadraginta miliaria, si quatuor millibus, erunt quinquaginta, quæ si quinque diebus velis percurrere, uno die percutres octo vel decem miliaria. Quod expeditio viatori non est difficile. Ita Halys Crœsi regnum finit. Arrianus miscet duas Darij epistolas à Curtio & iunctas, vt infrà demonstrabitur.

**NVNQUAM DIV EODEM FASTIGIO STARE FORTVNAM**) Ex communi loco fortunæ conatur perluadere Alexandro totam Asiam petenti, vt contentus sit oblatis. Et hoc solemne Cur- lib. 7. c. 22.  
tio in legationibus plerisque, ad fortunam diuertere. Lege elegantissimam, & acutissimam Scytha-  
rum orationem, in qua fortunam lecitissimè describit, & Alexandru, ne fortuna secunda abuta-  
tur, lubricam esse, & pressis manibus tenendam, &c. Et libro 5. Evidem quām versabilis fortuna sit, c. 16.  
documentum ipse sum. Nec immerit mitiores vices eius expecto. Et eodem libro: Periculosum est præ-  
grauem imperium: difficile est continere, quod capere non possum. &c. Iterum. 4: multa de fortuna.

**INVIDIAM SENTIRE MAIOREM**) Felicitatem & gloriam lequitur inuidia, vt corpus vmbra: Locus & iste communis.

**AVIVM MODO EFFERRI**) Ut pennis aues tolluntur, ita fortuna secunda leues, incauti, & im-  
prudentes.

**INILLA AETATE**) Iuuenili, tertium & vicesimum agebat.

**EVPHRATEM, TIGRIM QUEY**) Quæ duo flumina Mesopotamiam efficiunt. Euphrates sapi-  
us iam occurrit: Tigris infrà hoc ipso libro Curtius ipse eleganter describit. Araxem lib. 5. trans-  
mittimus, ad quem Persepolis regia Persidis stabat: Hydaspes libro 8. metitur quatuor stadia la-  
tum, profundo alueo, & nusquam vada aperiente, valti maris speciem referente.

**VBI PAVCITATE SVORVM ERVBESCET**) Infrà: Hi verò campi deprehendere paucitatem, Cap. 25.  
quam Cilicia montes abscondentur.

**IN MEDIAM, HYRCANIAM, BACTRA ET INDOS**) Sequentur hæ gentes infrà descriptæ  
lib. 7.

**CAETERASQUE GENTES AD CAUCASVM ET TANAIM PERTINENTES**) Parapa-  
misidos, Choramios, Dahos, Sagos, Indos &c.

**SENECENDVM**) Sed alas habebant Macedones, quibus orbem peruolabant, celeritatem, in-  
dustriam, infuenta laboribus corpora.

**SEADIPSVM**) Concurrunt duo reciproca, proinde alterum in apodicticum, ne cogeretur  
dicere: Se ad se vocare, quod tamen natura loci, & reciproci postulabat. Darius monuit Alexandru  
in literis, delineret se ad se vocare, in sua uis esset oratio; dixit: defineret se ad ipsum, Alexandrum in-  
quam, vocare.

**ALIENA PROMITTERE**) Acutè, & lepidè Alexander respondet, Darium perinde facere;  
ac si in dotem sibi offerret Græciam & Macedoniam, quæ antea sua essent. Omnia enim intra Ha-  
lyn, non esse Darij, sed sua, armis parta. Conditiones pacis à victoribus ponit, non à victis dari: se  
victorem, Darium victum: quod si bis victus negaret, denuò decerneret: se, nisi omnia Darij pos-  
sideret, arma non positurum.

**PERSEPOLIM**) Caput Persidis, de qua copiosè lib. 5. c. 15. & lib. eod. c. 10.

**EBCATANA**) Regiam Mediae.

**BACTRA**) Bactrianorum princeps ciuitas, vrbes hæ infrà occurrent.

**MARIA TRANSISSAB**) Pamphylium & Phœnices De Pamphilio suprà: De Phœnicum mari lib. 3. c. 1.  
ad Tyrum cognomenti cum aggerem ecit, & vrbi iunxit.

## CAPVT XVII.

### ARGUMENTVM.

**Alexander Gazam obsidet. Græci coronam mittunt  
victori. Prætores Alexandri rem bene gerunt.**

 Ed Rhodij urbem suam, portusque debant Alexandro. Ille Ciliciam Socrati  
tradiderat. Phylota regioni circa Tyrum iusso præsidere Syram, quæ Cœle appellat-  
latur, Andromacho Parmenio tradiderat, bello, quod supererat, interfuturus. Rex  
Ephestione Phœnicis oram classe præteruehi iusso, ad urbem Gazam cum omni-  
bus

bus copys venit. Iisdem ferè diebus solempne erat ludicrum Isthmiorum, quod conuentu totius Graciae celebratur. In eo concilio, ut sunt Gracorum temporaria ingenia, decernunt, ut duodecim legarentur ad regem, qui obres pro salute ac libertate Gracia gestas, coronam auream domum victoria ferrent. Idem paullo ante incertæ famæ captauerant auram, ut quoque pendentes animos tulisset fortuna, sequerentur. Caserum non ipse modò rex oibat urbes, imperij iugum adhuc recusantes, sed prætores quoque ipsius egregij duces pleaque inuaserant: Calas Paphlagoniam, Antigonus Lycaoniam; Balacrus, Idarne prætore Dary superato, Miletum cepit. Amphoterus & Hegilochus centum sexaginta nautum classe insulas inter Achiam atque Asiam, in ditionem Alexandri redegerunt. Tenedon quoque receptum, incolis ultra vocantibus. Statuerant & Chion occupare: sed Pharnabazus Dary prætor comprehensis, quires ad Macedonas trahebant, rursus Apollinidi & Athenagoræ suarum partium viris, urbem cum modico præsidio militum tradidit. Præfecti Alexandri in obsidione urbis perseuerabant, non tam suis viribus, quam ipsorum qui obsidebantur, voluntate: nec fecerunt opinio namque inter Apollinidem & duces militum orta seditio, irrumpendi in urbem occasionem dedit. Cumque portæ effracta cohors Macedonum intrasset, oppidani olim consilio prædicioni agitato, aggregant se Amphotero & Hegilocho: Persarumque præsidio tæso. Pharnabazus cum Apollinide & Athenagoræ vincit. Traduntur XII. iriremes cum suo milite ac remige, prater eas, irriginta inanes, & piratici lembi, Gracorumque tria millia à Persis mercede conducta. His in supplementum copiarum suarum distributis, piratisque supplicio affectis, captiuos remiges adieceré classi sue. Fortè Aristonicus \* Methymna oræ tyrannus cum piraticis nauibus ignarus omnium, que ad Chium acta erant, prima vigilia ad portus claustræ successit, interrogatusque à custodiis quis esset: Aristonicum ad Pharnabazum venire se respondit. Illi Pharnabazum quidem tam quiescere, & non posse tum adiri, ceterum patere socio atque hospiti portum: & postero die Pharnabazi copiam fore affirmant. Nec dubitauit Aristonicus primus intrare, secuti sunt ducem piratici lembi, ac dum applicari nauigia crepidini portus, obicitur à vigilibus claustrum, & qui proximi excubabant, ab ipsis excitantur: nullo ex eis auso repugnare, omnibus catena iniecta sunt. Amphotero deinde Hegilochoque tradantur. Hinc Macedones transiere Mithylenem, quam Chares Atheniensis nuper occupatam duorum millium Persarum præsidio tenebat. Sed cum obsidionem tolerare non posset, urbe tradita, pactus ut incolunt abire licet, imbrum petit: deditis Macedones pepererunt.

\*Methyni-  
morum  
melius.

lib.xiv.p.  
449.

Iliad.6.v.  
662.  
¶ Pag. 92.

lib.6.

Cap.20:

Laconicis  
& Corin-  
thiacis.

SED RHODII VRBEM SVAM, PORTVSQVE DEDERE ALEXANDRO ) Rhodiorum urbem ita celebrat Strabo, ut vnam cunctis anteponat. Rhodiorum, inquit, vrbis sita est in promonto-rio versus ortum porrecto, portibus, vrys, muris, aliquo apparatu tantum alijs vrbibus praefat, vt non modo meliorem nullam, sed ne parem quidem ullam ei dicere possumus. Laudat eandem Strabo ab optimis legibus, quibus temperata est, & à diuturno maris imperio. Celebratur illius Colosius, de quo ad Martialem disputauimus. Nobilitauit & Homerus Rhodum. Delineatam habes apud\*Ortelium in tabulis Geographicis. De Rhodo Vitruvius lib. x & vii. Commendantur leges nauales Rhodiorum, ni fallor, apud Ciceronem. Nullus dies tam nubibus vñquam fuit, quin Rhodi sol pareret.

CILICIAM SOCRATI ) Socrati prætori militari commisit regendam Ciliciam, quam supra libro 3. descripsimus.

PHILOTA REGIONI CIRCA TYRVM ) Philota Parmenionis filio, postea miserandum in modum excarnificato, & occiso.

SYRIAM, QVÆ COELE APPELLATVR ) Et de hac supra. Andromachum eius presidem, postea Samaritanorum, infra cognosces c. xxii.

PHOENICIS ORAM ) Admodum angustam Phœnicem fuisse ex Scylace discis, quem paullo ante laudauimus, & castigauimus.

AD VRBEM GAZAM ) De hac vrbe infrà doccebo, cum eius expugnationem aggrediemur, libro hoc.

LUDICRVM ISTHMIORVM ) Isthmum angustiæ terræ inter duo maria faciunt, qualis est inter Arabicum & Mediteraneum; inter Caspium & Ponticum; inter Sinopen & Iissum. Isthmos Thraciæ & Athomontis, qualis est Corinthiacus in Poloponneso, de quo Pausanias. Mari vero tota incingitur Peloponnesus parte ea, quæ excepta vibi Corinthiorum Isthmus est. Isthmus autem ipse Corinthiacus mari vtrinque alluitur, duobus eius latera promontorijs terminantur, r. Cenchrus & L.

## EXPLANATIONES.

& Lichæo, ea res interiorem regionem continentem facit. Nam quicunque Peloponnesum insulam facere conatus est, morte oppressus opus imperfectum reliquit. Quæ sanè Isthmus fodi cœptus fuerit, operis vestigia extant. Saxosa eius pars omnino tentata non fuit: quare situs adhuc sui naturam seruat.

Peloponnesum peninsula.

Alexandro quidem Philippi filio id vnum ex animi sententia non cessit, quod Mimontem fodere non potuit. Enidas vero ad Isthmum fodendum aggressus oraculu deterruit. Tentarunt idem, ut Plinius auctor est, Demetrius Rex, Cæsar Princeps, Domitius Nero, infausto, ut omniu[m] patuit exitu. Est Isthmus inter duo maria, ut dictu[m] est, Aegeum & Ionium, quia angustissimus, continet V. M. passuum. Ludos Isthmicos à Sisypho institutos, tradit idem in cultum Melicertæ pueri à Delphino in Isthmo expositi, & à Sisypho sepulti, araque in eius memoriam excitata. Theseum tamen plerique Isthmiorum auctorem prodiderunt. Neptuno, vel Melicertæ, vel Palæmoni sacrorum. Fuere porro quatuor sacra certamina, Græcis celebrata, quæ tetrasticho comprehendit Archias:

I. Anthol.  
Græc.

Τέσσαρες ἔστιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα τέσσαρες ίσοι,

Οι δύο μὲν θυητῶν, διδύο δ' ἀθανάτων.

Ζηνὸς λητοῦδος, Παλαμόνος Θεοῦ Αρχεμόριοιο.

Ἄδηλος τοῦ Χότινος μῆλα, σέλινα πίτους.

Quatuor in Græcis certamina, quatuor illa

Sacra duo superis, sunt duo sacra viris.

Sunt Iouis hæc, Phœbiq[ue], Palamonis, Archemorumi.

Premia sunt olea, pineda, mala, apium.

Vtibantur ludis quinque, vnde Pentathlon, latinis quinquerium, & pentathli quinquetiones. certabunt saltu, cursu, disco, iaculo, & lucta. Simonides:

1.1. Epig.

Ισθμιας καὶ πυθοῖ διοφῶνος φίλων οὐκέτι εἴναι,

Αλμα ποδωκεῖην, δίσκον, ἄχοντα, πάλην.

Vno etiam verbo, per eundem vocabatur, qui que Pythia, Isthmia, Nemea, Olympia vicisset, periodon vicisse dicebatur. Isthmia tempore Herculis ter acta scribit Apollodorus: αὔδος δέ της τρίτης Ισθμίας τελευτῆς, ἡλείων τοὺς Μολιονίδας πεμψάντων ουνθάτας, οὐ κλεωνᾶς ἐνεργεότας, τεττάς. Κραχλῆς ἐπέκτεινε. Cum tertia Isthmios ageretur, missos ab Eleis Molionidas ad commune sacrificium, Hercules occidit. Isthmia erant trieterica, vii & Nemea, ita ut vna Olympiade bis agerentur Isthmia, primo & tertio anno. Vnde Ausonij errorē notabis, qui perinde ac Olympia quinquennalia scripsit. Hac quoque temporibus quinquennalia sacra notandis, Isthmia Neptuno data sunt, & Pythea Phœbo.

Ad Isthmia tota Græcia, exclusis olim Eleis confluxit. Celebravit nobilissimis hymnis hos omnes Græcorum ludos Pindarus toto opere. Statius lib. VI. ipso principio pereleganter:

Nuncia multiuago Danaas perlabilis urbes

Forma gradu sancire nono solemnia busto.

Inachidas, ludumq[ue] super, quo Martia bellis

Præstare parat, se seq[ue]runt accendere virtus

Graium ex more decus. Primus Pisaa per arua;

Hunc pius Alcides Pelopi certauit honorem;

Puluereumq[ue] fera crinem detergit oliua;

Proxima vipereo celebravit libera nexu.

Phocis Apollineæ bellum puerile pharetræ,

Mox circum tristes seruata Palæmonis aras

Nigra supersticio, quoties animosa resumit

Leucothoe gemitus, & amica ad littora festa

Tempestate venit, planctu conclamat uterque

Isthmos, Echionia responsant flebile Thebea.

lib. 5.

Ad hunc Statij & IV. & V. locum videbis Placidi Lactantij interpretationem. Tradunt de his præter alios Vitruvius præfat, & eius interpretes. Lucianus περὶ γυμνασίων. Plutarchus in Theseo & Symposiacis. Pausanias paßim. Utilessimum erit Pollucem adire lib. III. cap. XXX. περὶ ἀγώνων τελευτῶν ἀγώνων, περὶ γυμνικῶν ἀγώνων, καὶ μεστιῶν. περὶ δρόμων γυμνικῶν, σαδίσ, ἀρματηρίας, καὶ τὸ δρόμων, περὶ πολευτῶν, περὶ πυγμῶν, καὶ πυκίων, περὶ πεντάθλου ἀλτήων, καὶ δισκευτῶν, περὶ νικητῶν. περὶ τὴν περὶ αἰγάλων, quod propriè hoc pertinet. περὶ γυμνασίων χωρίων, γυμνασῖων, καὶ τὴν περὶ αὐτῶν. Recentiores Brodæus & Oplopæus ad Archæa primum Epigramma. Faber in Agonisticis, Mercurialis de re Gymnastica. Frânciscus Portus ad Pindatum. Ego hic ex antiquis & Græcis in Pindarum explanationibus pauca tradam, quæ primum paucis verbis generatim tractant de omnibus, postea speciatim de Isthonijs: Ita ergo καὶ ἐπηγότης παλαιά: ἐτελέντο μὲν οἱ παλαιοὶ πάντες ἀγῶνες ἐπὶ τοις τετελευτικόσιμι. ἐτελέστο γέροντος μὲν ἐλυμπιακος, τῷ Διὶ διὰ τὸν Πέλοπα. οὐ δὲ Ποδικός, τῷ Απόλωνι διὰ τὸν νεμεακὸς κατά τηνας τῷ Ιακώπῳ οὐτοῦ οὐτοῦ τῷ Ποτειδῶνι. Εἰδέναι ισορία. Ινδικός οὐδάμαντος παραρχῆς καὶ μετεκέπτης. τὸν μὲν δὲ πατρὸν Μανεῖς οὐ Αβαιαν ἀπέκτεινε. Εἴται ημίκηρος αὐτεῖ κα-

Επικ.

χαῖνοντες αὐτὸν εἰς λέπυγα θύσατο· ξεσπά. Μαρτίσα ἡ χαῖντη τὸ τελευταῖον ὥλετο μετὰ τὸ μελικέστης εἰς θάλασσαν,  
καὶ ἐγένετο μὲν ἡ Κύα, μία τὸ Νηρίδωμα, καὶ ὁ παῖς τῆς μέμνησι. Εἰσὶ δὲ ἡ αὐτὴ λευκόθεα, δὲ μελικέστης μετεσλήψη  
εἰς δάμονα. Εἰσὶ δὲ οὖτε ὅπλα λέμματα χορέουσα τούτη ποτὲ ὑπὸ Νηρίδης ἐπεράνησαν. τῷ Στρόφῳ καὶ ἐκέλευ-  
σαν εἰς τιμὴν τὸ μελικέστης θεῖον τὰ Ισθμία. Καὶ μετανοεῖς intelligas: *Omnia antiqua certamina olim*  
*faciebant super mortuis quibusdam. Nam Olympia Iouis propter Pelopen sunt instituta. Pythia Apollini*  
*propter draconem, qui Pytho vocabatur, occisum. Nemea Herculi, qui Leonem (in silva Nemea) confe-  
rat. Isthmia autem hac Neptuno, de quibus ita fertur: Athamanti & Ino erant liberi gemini, Learchus &  
Melicertes. Learchi pater Athamas in rabiem actus occidit, quem mater Ino in feruentem misit lebetem,  
& ipsa infuorem acta, demum cum Melicerta in mare defiluit. Inoque una ex Nereidibus, cuius apud poe-  
tam mentio, Deo Leucothea facta, Melicerta verò in deum mutatus dictus est Palamon.*

Alij aliter r̄cm narrant: sed hæc de Isthmīs sufficiunt.

GRAECORVM TEMPORARIA INGENIA) Qui suo more annuunt ἐπινεύσοι ad fortunæ  
nutum parenti, leues semper & perfidi. Cicero pro Flacco: *Testimoniorum religionem & fidem nun-  
quam ista ratio coluit. Euripides ipse de suis Græcis:*

*τισθρέππας οἴδερον εὐδέν: Gracia nihil fidum nouit.*

\*ARRIANUS LIB. I. POST PROCEMUM. IUSTIN. I. II. IPSO INITIO. CURS. I. 4. CAP. I. \*LIB. 17. LIB. 3. C. 3. \*CURT. SUP. CAP. 4.

LIBERTATE GRAECIAE) Nam à Græcis summus belli Imperator contra Persas antea erat  
designatus, ut Græciam à barbaris Persis in libertatem vindicaret. Præsertim colonias Græcorum  
trans Helleponsum in \*Ionia sitas, & à Persis subactas. Lacedæmonij tamen se eximi volueré ab  
Alexandro, cùm se non sequi aliorum ductum, sed præire, & ducere alios consuele dicerent. De  
hac Græcorum legatione ita Diodorus: *Amphictiones autem in Gracia legatos XV. qui auream coro-  
nam rei benè gesta præmium Gracia nomine afferebant, partamq; victoriam gratularentur, ad Alexandrum  
mittente decreuerunt.*

FIDEM PAVLO ANTE) En leuitatem Græcorum fortunæ flatus spectantes. Cretenses certè,  
vt suprà narravit, modò Lacedæmonios hostes Alexandri, modò Macedones, qui priores occupa-  
fent, sequebantur. Diodorus quoque tradit Græcos Persis students ad Memnonis pleraque insu-  
las inter Achiam & Asiam iacentes recipientis famam erectos, de nouandis rebus consultas-  
se.

IPSE REX OBIBAT VRBES) In Syria & Palæstina, Gažam & Hierosolymam, vt mox doce-  
bo.

CALAS PAPHLAGONIAM) Quomodo inuasit Calas Paphlagoniam, cùm antea pareret A-  
lexandro, Curtius: *Ianq; ad urbem Ancyram ventum erat, vbi numero copiarum inito, Paphlagoniam  
intrat. Huic iuncti erant Eneti (vnde quidam Venetos trahere originem credunt) omnis hac regio paruit  
regi, datiq; obſidibus tributum, quid ne Persis quidem tulissent, pendere ne cogerentur, impetrarunt. Calas  
huic regioni præpositus est. Si ergo tota regio Paphlagoniae paruit regi, quomodo Calas inuasit Pa-  
phlagoniam, velut hostilem, cùm antè pareret? An defeceras? vel defectiouem moliti erant? Ita est;*  
& hoc suprà tetigit Curtius, cùm scripsit: *Darij prætores, qui pralio apud Issum superfuerant, cum omni  
manu, quæ fugientes secutæ erat, assumpta, etiam Cappadocum & Paphlagonum iuuentute, Lydiam recipe-  
rare tentabant. Antigonus prætor Alexandri Lydia præterat &c. Calas ergo recépit Paphlagoniam.*

ANTIGONVS LYCAONIAM) Lycaonia regio Asie minoris, medio prope intervallo inter  
mare Iſicum & Ponticum est. Cappadocia propius accedit ad Septentrionem & Pontum: Pa-  
phlagonia proximè, vt prima Ptolomæi, Asie tabula spectet. Antigonus \* Lydiæ præfectus fuerat.  
Arrianus Phrygia nominat Satrapam. Phrygia, Aeolia, Ionia, Lydia, Magnessa ad oram maris Ae-  
gæi, Ionij & Græci colunt.

BALACRVS) Arrianus extremo primo, hunc loco Antigoni auxiliaribus copijs præfectum  
scribit.

MILETVM) Et Miletus vi occupata fuerat ab Alexandro, cùm in Asiam traiiceret, si verus  
Arrianus, Diodorus, & ipse Curtius: sed recepta per Pharnabazum: sed Memnon ante mortem ple-  
rasque insulas receperat, inter quas Chius, Lesbus, Antissa, Methymna, Pyrrha, Eressus, Mythylene,  
& pleræque Cyclades. Mythylene Chares Atheniensis occuparat, & duū milium Persarum  
prædio tenebat.

AMPHOTERVS ET HEGILOCUVS) de his dictum lib. 3. c. 3.

INSVLAM INTER ACHIAM ET ASIAM) Achia regionem Græciam in Peloponneso Strabo  
ponit, omnesq; vrbes ordine enumerat, incipitque à Sicyone, Pallene, Aegira &c. Ptolomæus tabula  
vltima Europæ Achiam duplēm facit, vñam extra Peloponnesum collocat, eaq; Thebas, Megara  
& Athenas complectitur: Alteram, quæ propriè Achia dicitur, intra Peloponnesum, quæ cum Stra-  
bone conuenit. Scylax vrbes Achæis has assignat: Pellenen, Asprum, Aegium, Aegæas, Rypon, Exo-  
cherij, Patras, Dynen; trajectus seu præterna uigatio stadiorū 1000. Iam insulæ vtræmq; Achiam &  
Asiam, quam Helleponus ab Europa diuidit, sunt hæc inter quas XII. Cyclades vt numerat Scylax  
& Strabo. XV. vt Artemidorus) Ceos, Cythnus, Scirpus, Melos, Siphnos, Paros, Naxos, Delos, Rhe-  
ne, Cinnolas, Prepesynthus, Olearus, Gyaros, Serus, Myconos, Tenos, Andros. Præterea Therasia,  
Polyegos Scyri, Salamis Aegine, Icaria, Amorgus. Hæc inquam, omnes, & his plures sunt inter Asiam  
& Achiam.

Ad

Ad Græcum verò mare in Asia sitæ sunt: Ephesus, Miletus, Phœnix, Mindus, Halicarnassus, Cnidus, Smyrna, Heraclea, Erythrea, Taulus, & aliae nobiles ciuitates primæ Asie. Contempleris & XXIX. tabulam Ortelij, quæ Græciam & Hellada continet. Plinius libro V. innumeratas numerat insulas ante Asiam iacentes. Strabo rursum ante Cariam, Ioniam, Acolidem, usque ad Troadem, Con, Samum, Chium, Lesbon, Tenedon.

TENEDON QVOQVE RECEPTVM, INCOLIS VLTRO VOCANTIBVS, STATVERANT ET CHION OCCVFARE) Hadriani Iunij optima editio & ad M. S. emendata recribit: Tenedon quoqz, hostium receptaculum, incolis vltro vocantibus. Nam ante vocem Tenedos, comma dūtaxat ponit, vt frequentia ad vocem, redegerunt, referantur. Aliter, vt videt Modius: Tenedon quoqz, receptum incolis &c. Alij \* omisso duobus verbis Et Chion, ponunt. Tenedon quoqz, hostium receptaculum incolis vltro vocantibus statuerant occupare. Impudens mendum hoc appellat Glareanus; & verè emendat, adiectis, Et Chion, & statuerunt ad Chion retrahit. Nam cætera quæ sequuntur, multa ad Chium pertinent, vt legenti statim apparebit.

TENEDON) Hanc insulam & urbem cū portu in Troade ponit Scylax post Scamandrū flumē patriā Cleostrati Astrologi (estqz; post Sigæū promontorium) dicta alijs Calydnam, alijs Leucophys, de qua Virgilius: *Est in conspectu (\*Troia) Tenedos notissima fama*

*Insula diues opum, Priami dum regna manebant.*

Nunc tantum sinus, & statio male fida carinis.

Celebratur à fano Apollinis Sminthei, à fonte eximio, à Tene. Cicero de Tene, plura III. in Verrem; a Plutarchus, b Diodorus, Pausanias in Phocicis, c Muretus variar. lect. Plinius lib. 5. c. 31. Extra Hellebontum Sigæo littori adiacet Tenedos, Leucophys dicta.

TENEDON RECEPVTM) Ita Modius, Satin' Latinè receptam dixisset. receptum docet fuisse receptaculum, vt habent omnes editiones præter Rhodianam. Legit: Tenedon quoqz, receptam. audi, redegerunt in ditionem Alexандri. Statuerant & Chium occupare.

STATVERANT ET CHIVM OCCVFARE) Chius insula in mari Aegæo, colligit in ambitu, si litus legas, stadia nongera, hoc est, millaria Germanica XXVIII. cum semi quadrâte; portum habet, & stationem nauium XXX. capacem, plura Strabo, magnitudine apud Scylacem nona: imperium & hæc olim maris affectabat.

PHARNABAZVS) Jam fæpius mentio Pharnabazi suprà facta. Pharnabazus imperator maris erat, secundum Memnonis mortem. Arrianus idem Curtio narrat:

VRBEM) Chion, cognominem insulæ, vt pleræque insulæ vrbes habent cognomines.

NON TAM SVIS VIRIBVS) Præsidium enim insulæ magnum erat XII. triremes, milite & remige instructæ, Persarum custodiæ, Græcorum mercenariorum tria millia.

APOLLONIDI ET ATHENAGORAE) Ducibus defectionis ab Alexandro, vt Arrianus docet; Apollonides Chius erat. His addit Arrianus Aristonicum, Philinum & Megareum, sed Aristonicū subiicit etiam Curtius.

APOLLONIDEM ET DVCES) Acidalius addit Athenagoram ipsi Curtio inferendum. Sed plures erant, quos Atrianus ponit, infrà subiectos.

PIRATICI LEMBI) Naues piraticæ non unum habuere nomen, aut speciem. Fuere lembi, lemnunculi, celuces, myoparones, Liburnicæ πλοῖα λιγριὰ καὶ λισπρὸς νῆσος. Liuius & Plautus, prædatorias, passim alij, prædonum & piratarum naues appellitant. Liuius tamen bellicos agnoscit lembos, & classes limborum vocat Decad. 5. l. 5. subinde actuarias nominat.

Cæterum lembus propriè nauicula breuis pescatoria est, Marcello auctore seruunt tamen apud Liuum & Polybium belli quoque vñibus. Cyrenenses inuenere. Fulgentius: Lembæ, inquit, nauicula genus velocissimæ, quam δρομέδων dicimus. Est in lembum Soterichum epigramma. Plura Lilius Gyraldus, de natigis Baylius.

FORTE ARISTONICVS METHYMNAEORAE TYRANNVS) Proflus geminum huic errorem narrat Oforius de reb. gestis Emmanuelis.

METHYMNAE TYRANNVS) Methymna ciuitas est in Lesbo insula clarissima, quinqz; oppidis inclita. Scylax: γατάραστρα ἐσὶ νῦσθε, αεολίς, λέσβη, ἐπόλεις ἔχοσα οὐδετὴ τὰς δε, μέθεμυαν, Αντιοχαν, Ε-γεον. Πύρραν καὶ λιμένα, μιλεῖννη, λιμένα, ἔχοσα δύο. Secundum hæc loca insula est in Acolide. Lesbus quinqz; oppidis nobilis, Methymna, Antissa, Eresso, Pyrrha, Mitylene, quæ duos habet portus, yti Pyrrha vñi. Plinius: Lib. 5. c. 31; Methymna & Antissam in Macaria ponit, duasqz; in vnam coaluisse. Mela, in Troade Lesbos, & in ea quinqz; oppida: Antysla, Pyrrha, Ereslus, Ciraua, Mitylene. Magnitudine Scalaci septima est, colligit in circuitu stadia centū supra mille; millaria Germanica quatuor & triginta cum sesqui quadrante. Lib. 3. c. 7.

Methymna abdita clarissimis viris, Arione Delphino vecto, de quo Herodotus & poetæ. Terpædro ité musico, qui lyram tetrachordon adiectis tribus επτάρχοδον fecit, Lesbus autē Theophrasto antea Tyrtamo, Pharia, Sappho, Hellanico, & alijs Mityleneis. Inter Asiam & Lesbū fuerūt insulæ xx. alijs x. L. quas vna voce Hecatonnesii appellant. De Aristonici nece, & reliquo in frâ c. xxi.

TYRANNVS) In Lesbo multi fuere tyranni multis temporibus, quos lacerauit carmine Alcaeus; & ipse tyrannidi affinis. Mitylenæ præsertim laborarunt his Rhadamanitis Pittaco, Megalagyro, Cleanactida, Myrfilio.

**PRIMA VIGILIA**) Iam suprà de vigilijs disputatū est. Prima vigilia iacipit cū ipsa prima hora noctis in euntis, desinit tertia. omnis enim vigilia tribus finitur horis, tota nox duodecim, vigilijs quatuor.

**PHARNABAZVM QVIESCERE**) En stratagēmā, tanquam feram caueam ingressam, capiunt tyrnaum. Idem Arrianus narrat, qui quinque nauibus ingressum docet.

**CREPIDINI**) Terræ, summo litori, proximo mari.

**OBIICITVR CLAVSTRVM**) A tergo, ne regredi possint.

**NVLLO AVSO REPVGNARE**) Quod essent multitudine oppressi, capti ducibus Alexandri Amphotero & Hegelocho traduntur.

**HINC MAC.\* TRANSIERE MITYLENEM**) Chio occupata, ad Lesbūm traiecerē, in qua Mytēne, quæ ipsa loco insulæ sèpè ponitur. Claruit maximis viris, quos laudat Strabo.

**CHARES ATHENIENSIS**) In AEgæo mari, inquit Mela, propè Thraciam, Thasos, Imbros, Samothraco &c. Hanc adiit Ouidius in Pontum exulatum missus:

Fleximus in lauum cursus, & ab\* Hectoris vrbe

Venimus in portus Imbria terra tuos.

Scylax in descriptione Thraciæ: Ιμερό-τσινος οχη πόλις. Imbros ciuitas est, & insula. Homerus vt Samon in Thracia, à Samo Ionia distinguit, facit mentionem Ιμέρων.

μεσογηγός τε Σαμοίοις οχη Ιμέρων.

## C A P V T X V I I I .

### A R G V M E N T V M .

**Bellum reparat Darius, Bactrianos euocat cum Besso non gratis suspecto.**



*Darius desperata pâce, quam per litteras, legatosq; impetrare posse credide-  
rat, ad reparandas vires, bellumq; impigre renouandum intendit. Duces  
ergo copiarum Babylonem conuenire, Bessum quoq; Bactrianorum Ducem  
per quam maximo posset exercitu coacto, descendere ad se iubet. Sunt au-  
tem Bactriani, ut inter illas gentes promptissimi, horridis ingenis, mul-  
tumq; à Persarum luxu abhorrentibus, siti haud procul Scytharum bel-  
licosissima gente, & rapto viuere assueta, semper in armis erant. Sed Bessus suspecta perfidia,  
haud sanè a quo animo in secundo se continens gradu regem terrebat. Nam cùm regnum  
affectaret, proditio, qua sola id asequi poterat, timebatur.*

**DARIVS DESPERATA PACE**) Redit ad intermissam narrationem de literis primùm à Da-  
rio missis: deinde responso Alexandri, ex quo cognita Alexandi mente ab omni conditione pacis  
abhorrentis, nisi Darius cederet regno, & se dederet Alexandro. Quod turpe sibi ratus, instaurato  
bello ultimastentauit vires.

**BESSVM**) Prima hic mentio huius tyranni, & proditoris ac percussoris Darij Bactrianorum  
Dynastæ, de quo infrà copiosè. Quærerit Glareanus cur descendere iussus sit ad Darium suspectus  
proditionis? quia absens magis timebatur, quam præsens, notandus & coercendus, si quid præsens  
moliretur: quod non poterat fieri in absente rege tam occupato.

**BACTRIANORVM**) De his meminit lib. 3. c. 4. Sed libro 7. c. 7. plenius describuntur Ba-  
ctriæ terræ &c. Eoldem Strabo non præterit, qui & ipse ingenium terræ calamo depin-  
git.

**SUNT AVTEM BACTRIANI HORRIDIS INGENIIS**) Tam horridis, ut senes aut ægros  
canibus vorandos obijcant, quos ἐντραπισάσ (sic enim legendum, non ἐντραπισάσ) quasi vespillones  
appellant. Itaque intra Bactra omnia plena humanis ossibus spectabantur.


**HAVD PROCVL SCYTHARVM BELLICOSISS. GENTE**) Strabo: Deinceps Bactriana est, &  
Sogdiana, ultimi sunt Scythæ Nomades. Curtius infra: Bactrianos Tanais ab Scythis, quos Europæos vo-  
cant, diuidit. Bactriani bellicosí, ut infrà narrabitur, qui subiecti fémel ab Alexandro, mox ab eo-  
dem defecerunt, cùm adhuc in eorum cœrūcibus staret.

**BESSVS IN SECUNDO GRADV**) A rege Dario, quærebat regnum ipsum, iam tum suspe-  
ctus, de quo suo loco cognoscet.

## C A P V T X I X.

# *A R G V M E N T V M.*

Gaza duobus mensibus obsessa tandem cum magno  
periculo regis expugnatur. Batis praetoris suppli-  
cium.

 AEterum Alexander quam regionem Darius petyisset, omni cura vestigans, tamen explorare non poterat, more quodam periarum arcana regum miraculum fide: non metus, non spes elicit vocem, qua prodantur occulta: vetus disciplina regum, silentium vitæ periculo sanxerat. Lingua grauius castigatur, quæ vllum probrum, nec magnam rem magis sustineri posse credunt ab eo, cui tacere graue sit, quod homini facilium voluerit esse natura. Ob hanc caussam Alexander omnium, quæ apud hostem gererentur ignarus, urbem Gazam obsidebat. Praeberat ei Batu eximia in regem suum fidei, modicoq; præsidio muros ingentis operis tuebatur. Alexander, astimato locorum situ, agi cuniculos iusit, facili at leui humo acceptante occultum opus: quippe multam harenam vicinum mare euonuit, nec saxa, cotesq;, quæ interpellent specus; obstant. Igitur ab ea parte, quam oppidanis conspicere non possent, opus orsus, ut à sensu eius auerteret, turres muris admoueri iubet. Sed eadem huius mouendis inutilis turribus, desidente fabulo, agilitatem rotarum morabatur, & tabulata turrium perfringebat: multiq; vulnerabantur impunè, cum idem recipiendis, qui admouendis turribus, labor eos fatigaret. Ergo receptui signo dato, postero die muros corona circundaari iusit, ortog; Sole, priusquam admoueret exercitum, opem deum exposcens, sacrum patrio more faciebat. Fortè prateruolans coruus, glebam quam unguibus ferebat, subito \* omisit: quæcum regis capiti incidisset, resoluta defluxit. (ipsa autem avis in proxima turre consedit.) Illa erat turris bituminosa ac sulphure: in qua alis harentibus frustra se alleuare\* conatus à circumstantibus capitatur. Dignares visa, de qua vates\* consulerentur, & erat non intactus ea superstitione mentis. Ergo Aristander, cui maxima fides habebatur, urbis quidem excidium augurio illo portendit, caterum periculum esse, ne rex vulnus acciperet. Itaque monuit, ne quid eo die incepiteret. Ille quanquam unam urbem sibi, quo minus securus Aegyptum intraret, obstatæ græferebat, tamen paruit vati signumq; recepi ui dedit. Hinc animus crevit obsecsis, egressi porta, recedentibus inferunt signa, cunctationem hostium suam fore occasionem rati. Sed acrius, quam constantius pralum inierunt: quippe ut Macedonum signa circumagrediere, repente sicut gradum. Iamque ad regem pralianum clamor peruenierat, cum de nuntiati periculi haud sanè memor, loricam tamen, quam raro in duebat, amicis oramib; asupst, & ad prima signa peruenit. Quo conspecto, Arabs quidam Dary miles mutus fortuna sua facinus ausus, clypeo gladium tegens, quasi transfuga gemibus regis aduoluitur. Ille a surgere supplicem, recipiq; inter suos iusit. At barbarus gladio strenue in dextram translato, ceruicem appetit regis: qui exigua corporis declinatione evitato ictu, in vanum manu barbari lapsam amputat gladio, denuntiato in illum diem periculo, ut arbitrabatur ipse, defunctus. Sed (ut opinor) ineuitabile est fatum: quippe dum inter primores promptius dimicat, sagitta ictus est, quam per loricam adactam stantem in humero medicus eius Philippus euclit: plurimus deinde sanguis manare coepit, omnibus territis, quia\* quam altè pene trasset telum, lorica obstante non cognouerant: ipse ne oris quidem colere mutato, suppressi sanguinem, & vulnus obligari iusit. Diu autem ipsa signa vel disimulato, vel victo dolore perfliterat, cum suppressus paulò ante sanguis medicamento, longius manare coepit, & vulnus\* quod stupens adhuc, dolorem non mouerat, frigente sanguine intumuit. Linqui deinde animo, & submitti genu coepit: quem proximi exceptum in castra receperunt. Et Batu imperfectum ratus, urbem ouans victoriarepetit. At Alexander nondum percurato vulnere, aggerem, quo mœnum altitudinem aquaret, extruxit, & pluribus cuniculis muros surui iusit. Oppidanis ad pristinum fastigium murorum nouum exstruxere munimentum: s

ne id

nunquam  
ā altē pe-  
netrasse te-  
um; lorica  
obstante  
ognoue-  
rant. Ita e-  
mendatè  
Acidalius.

\*quo retentus erat,  
glossenia est proficiendum,  
\*tepens, re-

\*gum

զանա

ne id quidem turres aggeri impositas poterat aquare. Itaque interiora quoq; urbis infesta telis erant. Ultima pestis urbis fuit cuniculo subratus murus, per cuius ruinas hostis intravit. Ducebat ipse rex antesignanos, & dum incantius subit, saxo crus eius affligitur. Innixus tamen telo nondum prioris vulneris obducta cicatrice, inter primores dimicat, ira quoq; accensus, quod duo in obsidione urbis eius vulnera acceperat. Batim, egregia edita pugna, multisq; vulneribus confectum deseruerant sui: nec tamen segnius pralium capessebat, lubricis armis, suo pariter atq; hostium sanguine, cum undiq; telis circunducto Alexander, alias virtutem etiam in hoste miratus; non, ut voluisti, inquit, morieris Bati, sed quidquid in captiuu inueniri potest, passurum esse te cogita. Ille nō interrito modò, sed contumaci quoq; vultu inueniens regem, nullam ad minas eius rediit vocem. Tum Alexander: Videtisne obstinatum ad tacendum inquit, num genu posuit: num supplicem vocem misit: Vincam tamen silietum, & si nihil aliud, certè gemitu interpolabo. Ira deinde vertit in rabiem: iam iū peregrinos ritus noua subeunte fortuna. Per tales enim spirantis, lora traicta sunt, religatumq; ad currum, traxere circa urbem equi, gloriante rege, Achillem à quo genus ipse deduceret, imitatum se esse pœna in hostem capienda. Cecidere Persarum Arabumq; circa decem millia: nec Macedonibus incruenta victoria fuit. Obsidio certè non tam claritate urbis nobilitata est, quam geminato periculo regis: qui Aegyptum adire festinans, Amyntam cum decem triremibus in Macedoniam, ad inquisitionem nouorum militum misit. Namque etiam secundis attrebantur tam copie; deuictarumq; gentium militum minor, quam domestico fides habebatur.

Lib. 21.

MORE QVODAM PERSARVM ARCANA REGVM MIRACE LANTIVM FIDE ) Idem Marcellinus. Speculatores & transfugæ subinde venientes repugnantia probebant. Ideò futurorum incerti, quod apud Persas nemo consiliorum est conscientis, præter optimates taciturnos & fidios, apud quos silentij quoque colitur numen. Nec Romani probebant, quæ in sanctiore senatu de magnis rebus in medio ponebantur. Pompeius testis est, qui ab hoste captus, & rogatus, quid senatus decrebet, minimum digitum in præsentem focum iniecit; vt regem doceret, frustra à se arcana senatus exquiri, qui paratus esset totum etiam corpus flammis vrere, quam cōfilia efferre. Certè Valer. Maximus testatur, tam sancto Patrum conscriptorum consilia silentio tuisse custodita, vt multis saeculis nemo senator quicquam enunciari. Peccatum semel à Q. Fabio Maximo, qui terrium bellum Punicum in senatu decretum P. Crastlo nondum senatori in itinere domum rure reuertenti significarat, eoque à Coss. vehementer obiurgatus est. Laudata fides & silentium Papyrij Prætextati matrem fallentis, à Gellio rem totam elegantissimè describente. Laudata & Leæna Atheniensis apud Polyænum, Carthaginiense striginta senatus principes sanctissimè decreta senatus, reticebant.

VRBEM GAZAM OBSIDEBAT ) Γάζα πόλις φονίκη, inquit Stephanus, περὶ πόλεων νόμῳ Παλαιστίνῃ πρὸ τῆς ἀγώνας ἐκλήθη καὶ Ἀσαν μέχρι νῦν Σύροι: Αζαριώντων καὶ θεοῖς απὸ Αζον οὐ παρδός Ηρακλέους. Gaza Phœnices cititas, nunc Palestina, qua iacet in confinio AEgypti. Syri Azan, ab Azone Herculis filio appellant. Pergit dein Stephanus fabulari, quod hoc non pertinet: Strabo breuiissimè εἴθ' οὖτ' Γαζάρων λιμνῶν, πλησιον ὑπέρκειται δὲ καὶ πόλις τε θεῖα σαδίοις ἐνδοξός ποτε γενούμην, κατεπωσυμένη δύστοις Αλεξανδρῷ, καὶ μένθοις ἔργημα. Deinde Gazæorum portus, & paulo suprà ad septem stadia urbs, qua olim illustris fuit, ab Alexandro diruta, nunc \*deserta manet. Sed Gazam nemo melius Arriano oculis subiicit: Απόκει δὲ τὴν Γάζαν μὲν θαλάσσης ἐκοσι μιλίσας σαδίοις, καὶ τοιούτης αὐλήν οὐδὲν οὐδὲν, καὶ οὐδὲν θαλάσσα ητοι τὴν πόλιν τεναγόμην πάστα. μετάλλιον δὲ πόλις ἡ Γάζα ήτο, καὶ ἐπ' χώματος οὐ φῆλες ώκισο, καὶ τεῖχος περιεέλαγος οὐχιρόν. Επράγκεψετο δέ τοις Αἰγύπτοις φονίκης ιόντες τὴν ἀρχὴν τὸ έρημον. Abevit Gaza à mari stadia summi viginti, & est ad eam accessus propter arena altitudinem difficillimus, & mare iuxta urbem limosum undiq;. Urbs ipsa ampla erat, & in edito colle sita, validisq; mānibus cincta. \* Ultima è Phœnicie in Aegyptum euntium ad initium solitudinis posita. Gaza prima mentio est Gen. 10. dein saepius Iudic. 2. Iudas cepit Gazam. Hæc est illa Gaza, cuius portas Samson tulit in verticem montis. Gaza demum captus idem est, & exoculatus: recrescente cælari occidit spectatores suos Philistæos. Ibidem fuit Dagon templum Philistinorum, Iudic. 16. Reg. 1. c. 5. Fuit Satrapia, vna ex quinque Reg.

I. c. 6.

Noua Gaza, siue Maium, siue Constantina fuit, portu Gaza condita, de qua multa Adrichomius. Est & alia Gaza apud Scythas, quam expugnauit, de qua infra. De Gaza inter Palæstinos qui ijdem Philistæi, Ioleph. Antiquit. lib. 5. c. 10. & 11.

BATIS EXIMIAE IN REGEM SVVM FIDEI ) Hic unus omnium regi suo Dario fidissimus, pessimum operæ pretium ab Alexandro retulit. Sed omnium fortissimè te gessit in urbe defendenda, Eunuchum Arrianus notat.

MODICO PRAESIDIO MVROS INGENTIS OPERIS TVEBAT VR ) Arrianus mercenarium ex Arabia conductum à Bati narrat, qui urbi præsidio esset, magnumque numerum frumenti collectum, vt diuturnæ obsidioni sufficeret.

**A E I C V N I C V L O S I V S S I T**) Antiquissimum usum cuniculorum, seu subterranearum fossarum fuisse constat ex Heronis vetustissimi scriptoris mechanicis, qui primo capite hoc de cuniculis monet. Opera precium est autem, eos etiam qui sub terra propè murum aguntur cuniculos occultos, profundoque iuxta fundamenta, & non in terra faciem fieri: ne cum hoc hostes deprehenderint, intus e diuerso fodiant, murumque ipsum cum contrà perforauerint, eos, qui cuniculum agunt, fumo & aqua perirent. A cuniculis animalibus didicere mortale terram effodere.

Martialis: *Gaudet in effossis habitare cuniculus antris:*  
*Monstrauit tacita hostibus ille vias.*

lib. 13. Epig.  
9.

Ad quem locum nos plura in commentarijs ad Martialem. \* Alij à muris deducunt parum probabili ratione. Cuniculorum exempla leges apud antiquissimum scriptorem Aeneam in Polio certico de Amatide Barcæos obidente: apud Polyænum de Dario Chalcedonem cuniculo capiente. Polybio de Ambracia à M. Fulvio obessa. Liuum de eadem Thucydide in Platæensi oblatione: \* Cæfarem de Biturigibus & Aquitanis, Iosephum de excidio Hierosolymitano. Iterum apud Liuum lib. 4. & 5. de Fidenis & Vejjs. Ammian. l. 24. Herodotum Melpemone. Vi truuium, Apianum de bello Mithridatico. Praæcepta de cuniculis habes apud Aenæam, Vegetum, Philonem, Lipsium Poliocert. lib. 5. dial. 6.

**N E C S A X A , C O T E S Q U E**) Eleganter hoc, ne interpellent, morentur cuniculos. Aegrè enim saxa & cautes exciduntur. (cotes dixit, vt plostrum, pro plastrum, capo, pro caupo, notus Vespasiani locus de Floro, & Flauro) Metallarij tamen effodiunt omnia, vt hodiè in auri, argenti, ferri, plumbi, cupri, stamni lauacris & fodinis.

**D E S I D E N T E S A B V L O**) Arena cedente molibus turrium: quomodo cuniculos egere in arenis? Arenas altius effodere, donec ad solidam glebam descendenter; quæ tamen ipsa ex arena, sed concreta iam, & longo æuo durata constabat.

**R E C E P T V I**) Tuba à pugna & operibus reuocabantur ad castra: mille in omnibus historijs obvia exempla.

**C O R O N A C I R C U M D A R I M V R O S I V S S I T**) Observandum hoc in bellicis narrationibus: aliud esse, urbem opere & munitionibus circundari, & capere, aliud corona; sèpè occurrit apud Poliocer. Liuum & alios, urbes primo impetu corona captas. Obsidio enim duplex est, vel diurna, vt recte i. dial. 4. Lepidus distinxit, vel subita. Illa cum operibus clauditur, & circumvallatur civitas: hæc, cum subito vrbi circumfunditur totus exercitus, vt primo impetu capiatur, vel hostis terreatur, vel distinatur.

Silius: *Mœnia flexa sinu spissa vallata corona*  
*Alligat & telis in morem indaginis ambit.*

Et corona sèpè duplex, sèpè triplex erat. Iosephus de bello Iudaico Totapotam triplici acie circumdatam narrat, dupli peditem, & tertio equitum. Ita Ammianus triplici armatorum corona muros ait circundatos. Cæsar: Gallorum atque Belgarum eadem est oppugnatio. Hi vbi circumiecta multitudo hominum totis manibus, vndeque in murum lapides iaci cœpti sunt, murusque defensoribus nudatus, testudine facta portis succedunt.

**S A C R U M P A T R I O M O R E F A C I E B A T**) Paullo clarus Arrianus: Καὶ ἐν τῷ τρόπῳ δούτε Ἀλεξάνδρῳ καὶ ἑσφανωμένῳ τῷ κατάγχεδαι μέλλοντι τῷ πρώτῳ ἵερεῖς κατὰ νόμον &c. Inter hæc, Alexandro corona capiti imposta, sacrificante cum ipso patrio more primum sacrificium auspiciaturus esset. Habes ergo titum orto sole regem coronatum, ante alios omnes sacrificasse. Idem suprà docuit id cum multa face fieri solitum. Largiter etiam thus adolebat Alexander, quod à puero consuerat in Macedonia, reprehensus à Leonida, propter sumptus, cum ambabus manibus odores ingereret.

Effigiem urbis corona obsestæ habes, apud Lipsium Poliocer. lib. 1. Dial. 4.

**D E V M O P E M E X P O S C E N S**) Quanto magis hoc decebit Christianos reges, vt summī cæli imperatori prius faciant, quam resarduas aggrediantur.

**F O R T E P R A E V O L A N S C O R V V S**) Arrianus & Plutarchus narrant hoc omen, sed Arrianus pro gleba, lapidem ponit, Plutarchus itidem vt Curtius glebam, βάλον, vocat.

**R E C I S C A P I T I I N C I D I T**) Plutarchus humeris incidisse tradit. Aeschylus tragicus ita periit, calvus resederat sub dio, Aquila testudinem gestans, delula splendore caluæ, saxum rata, capitii illist, ex quo iactu miser interiit. Valerius, Cicero & alij.

**I L L I T A B R A T B I T V M I N E E T S V L P H V R E T V R R I S**) Plutarchus νερόνοις κακρυθάσιος. neruorum reticulis seu laqueis irretitam tradit in machina confidentem. quam Alexander ad urbem oppugnandam excitarat. Sed cur bitumine & sulphure alimentis ignium illitam? An vt urbe incenderet? Quomodo turri urbem incenderet, ex qua pugnabant Macedones? Illitas alumine lego in alijs historijs turres, ne ignem conciperent. Et forte erat puluere

lib. 2. de bell. Gall.

Plutarchus  
in vita Alex.

Claud.  
Quadriga-  
rius.

Lib. 20.

puluere, pro sulphure, & alumine, pro bitumine. Alumine certè illini solæ aduersus ignes Claudius Quadrigarius, cuius reliquias legimus de turri Archelai Athenis, quam Sulla frustra conatus est ignibus soluere: Tunc Sulla conatus est & tempore (opere legerim) magno eduxit copias, ut Archelai turrim vnam, quam ille interposuit ligneam, incenderet. Venit, accessit, ligna subdidit, submouit Gracos, ignem admovit. Satis diu sunt conati, nunquam quieverunt incendere. Ita Archelae omnem materiam obliterat alumine, quod Sulla & milites mirabantur. Ammianus: Machinas Romanorum Persæ exurere vi magna nitiebantur, & assidue malleolos, & incendiaria tela torquentes laborabant incasum. Eare, quod humectis scortis & contonibus erant opere & materia plures, alia vnde alumine diligenter, ut ignis per eas abseretur.

Denique inungendi alumine materias mos inoleuit. Hæc primùm occurrerant de alumine contra bitumen. Sed ne scio, an tam viscosum alumen, ut tenere aues posset. Et ea tempestate nondum reor suis artificium cognitum, ut proinde nihil in Curtio mutandum putem, præsertim codicibus nouis & antiquis in sulphur & bitumen conspirantibus. Turrim ergo non ex materia, neque mobilem, ut alias latere coctili, aut lapide factam, bitumine & sulphure, pro camento interlitam putarim, tegulasque supremaspice inunctas.

IN QVA ALIS HAERENTIBVS FRVSTRASE ALLEVARE CONATVS ) Vbi hic dictatores criticæ, vbi versus stilus Modij, acetum Acedalij? An Priscianus hoc ferat? auis conatus? Ita certè hic Curtius: Ipsa autem auis in proxima turre confedit: Illa erat turris bitumine ac sulphure, in qua alis haerentibus frustra se alleuare conatus à circumstantibus capitur.

Ad Cornum, inquires, refertur conatus. Sed inter puncta est oratio, & periodus absoluta, & noua inchoata. Ipsa autem auis &c. conata, dicendum erat. Sensit hoc Glareanus, & rescripsit conata. Ita quoque Basileensis editio, conata, inquam, non conatus. Sed si parenthesi locum includas, ut fieri oportuit, salua erit verborum compositio, hoc modo. Forte præteruolans &c. resoluta defluxit (ipsa autem auis in proxima turre confedit) Illa &c.

VATES CONSULERENT VR ) Omen dignum, quod ad vatum responsa referretur, consuleret habent nonnulli codices, & Alexandrum, qui consuleret, respicit.

Cap. 18.

Cap. 30. c. 9  
De super-  
fluitate in-  
fra c. 2.  
copiose  
disputatum

NON INTACTVS SEA SUPERSTITIONE ) Sapè notat Alexandri superstitionem Curtius lib. 7. Itaque qui post Darium victimum ariolos & vates consulere desierat, rursus ad superstitionem humanarum mentium ludibrio reuolutus, Aristanderum, cui c. edilitatem suam addixerat, explorare etentum rerum sacrificiis iubet. Et lib. 4. & lib. 5. alijque compluribus paginis.

ARISTANDER ) Frequenter & suprà, & infrà hunc laudat à responsis, & aptè coniectis futuri. Nec Arrianus tacet lib. 1. Agisardus ὁ ἄντε Τελμοσεὺς μάρτιος. Aristander vero Telmissenus, & quæ sequuntur.

FIDES HABEBAT VR ) Observa studiose elegantia: aliud esse fidem habere, & adhibere. Adhibere diligentiam, fidem, hoc est, fidelitatem, curam dicimus. Habere fidem alicui, est credere, non adhibere, quod barbarum est in hoc vnu. Nec mihi laudes corrupti. Ciceronis locum è 2. de Diuinatione: Insanis visis fidem adhibendam. Sana exemplaria habendam, non adhibendam, habent.

EXCIDIYMAVCVRIO PORTENDI ) Quod gleba soluta in capite regis fuerit, nec occiderit. Iesum quidem iri regem, non occisum; peritum vibem. De auguriis multa Valerius Maximus, & Cicero de Diuinat.

VNAM VRBEM OBSTARE ) Erat enim Gaza ultima in Palæstina Aegyptum petentiibus.

ANIMVS CREVIT OBSESSIS ) Ratis desperatione occupandæ vrbis recedere Macedones, eoque veluti vitoribus aulis erumpere.

SIGNA CIRCVMAGI ) Primenim audito Gazeos carpere ultimos, conuersis signis redire in prælium.

DENVNCIATI PERICVL ) Ab Aristandro, ne eo die in pugnam descendere.

LORICAM TAMEN, QVAM RARO INDVEBAT ) Ut Iulius Cæsar sapè sine galea prælium iniuit. Sederit locus, vbi hos duos semideos inter se licebit ex Appiano & Plutarcho compone-re.

Idem ferre  
Plutarcho,

ARABS QVIDAM ) Idem accidit Alexandro in pugna, ad Granicum, quamvis non à transsūgā. Jamque Spiritidates in Alexandrum altè à tergo securim sustulerat, cum Clitus Dropidis filius securi in eius humerum adacta, brachium ei descidit.

TRANSFUGA ) Nunquam fidendum ignotis, præsertim partium suarum desertoribus, & hoc Arabis factum, & infinita aliorum docent. Qui perfidus in suos est, hunc fidum alienis putas?

MANVM IN VANVM LAPSVM ) Frustratam iactuuo, quam occupauit Alexander periculo mature animaduerlo. Et hoc primum regis erat ad Gazam periculum, sibi ab Aristandro ratus de-nunciatum, & declinatum.

SED INEVITABILE EST FATO. ) Verè Euripides:

οὐκ ἀν δύναστε πεπρωμένα πέπον.

Haut plus fato posis. Cicero 2.d c. ex Græcis versu: *Quod & fore paratum est, summum exuperat Iouem.* Paterculus lib. 2. Sed profectò ineluctabilis fatorum vis, cuius cum fortunam mutare constituit, consilia corrumpit. De Cæsar's nece locutus. Sæpè recurrit locus hic communis de fato, nec opus conscribere sententias auctorum de fato, leges licet secundum Cic. de diuin. & lib. de fato.

PHILIPPVS ) Acarnam medicus, de quo copiosè libro priore.

STUPENS ADHVC ) Tepens, legit Acidalius: nec tamen ego recens damnarim, cum vtriusque sit eadem vis: Illa verò quo retentus erat, & ego cum vtroque, & omnes cordati mecum proscripti.

LINQVI ANIMO ) Deficere, examinari, copia sanguinis maiore profusa, & λιποθυμίαν pati.

BATIS ) Praefectus Gazæ. *Betis* alij codices, & Iunianus.

AD PRISTINVM FASTIGIVM ) Murorum Gazæ altius quidem, & altum sublatum imposito nouo muro super superiorē, necdum tamen poterat æquare turrium ab Alexandre in aggece positarum altitudinem, ex quibus tela in urbem torquebant.

CVNICVLVS VBRVTVS ) Cuniculum suprà fodimus. Carò stetit Alexandre capta Gaza duobus vulneribus acceptis, & periculo cædis insuper adito.

Batim Iu-  
nianus

BATIM ) Virtus, constantia, mors Batis prætoris & supplicia.

NVM GENV POSVIT ) Ut veneratus Alexandrum veniam peteret. Maior fuit Alexandre in hoc victus Batis victore.

INTERPOLABO ) Gemitus & clamores exprimam nolenti.

PER TALOS ) Achilleum supplicium, quo Hectorem affecerat Achilles. Sed Achillem Alexander vicit crudelitate: ille enim mortui talos traiecit, à curru suspedit, & circum moenia raptauit, hic per adhuc spirantis talos lorā traiecit, circumque urbem traxit. De Hectore Home-

Iliad. 10.

Ηρά, καὶ Εκτόρα διὸν σεικέα μῆδετο ἔργα,  
Αμφοτέρων μετόσιοις ποδῶν τέτρηνε τένοντε,  
Εσ σφυρὸν ἐκπίρυντο, βοέςδ' ἐξηπίρεν ιμάντας,  
Ἐξ διφοροῦ δὲ ἐδησε, κάρηδ' ἐλκεδαίησεν.

Et quæ ibidem sequuntur; quæ è verbo hoc dicunt.

Dixit: & in Hectorem diuum indigna molitus est opera.  
Amborum pone pedum perforavit neruos  
Ad talum à calce, bubulag, appendit lora.  
Ex curru autem ligauit, caputque trabi fuit.

Addit dein Homerus, quomodo Hectorem circum moenia Troiæ raptarit, quæ tute leges. Virgilius eleganter, vt omnia, expressit:

2. Aen.

In somnius ecce ante oculos næstissimus Hector  
Visus adesse mihi, largosq; effundere fletus  
Raptatus bigis, vt quondam, aterq; cruento  
Puluere, perq; pedes traiectus lora tumentes, &c.

Idem primo Aen. Ter circum Iliacos captauerat Hectora muros.

Plura super his Dictys Cretensis lib. 3. de excidio Troiæ. Callimachus lib. 22. Iliad. Propertius El. 8. l. 2. Ouid. 2. Am. El. 1. Hom. Il. 1. Cic. 1. Tusc. Schol. Homeri 22. Iliad. Pentadius, Alij.

GLORIANTE REGE ACHILLEM, A QVO GENVS IPSE DEDUCERET, IMITATVM SE  
ESSE POENA IN HOSTEM CAPIENDA ) Genus maternum accipe. nam paternum ex Hercule  
suprà collocatum, traxit. De materno Paulanias: Apud Athenienses Pyrrhi etiam conficitur effigies;  
cui cum Alexandro M. sola generis propinquitas intercessit. Nam Pyrrhus Aeacida Aribbae filio: Olympiade verò Neoptolemi filia Alexander genitus est. Neoptolemo & Arybbæ pater fuit Alcetas  
Tharypi F. à Tharypo autem retro ad Pyrrhum Achillis F. quindecim sobolis gradus numerantur.  
Is enim primus Illo exciso, omisso in Thessaliam reditu, in Epirum appulit, atque ibi Heleni monitu consedit. Cui cum nulla ex Hermione proles esset, ex Andromache tres suscepit filij, Molossus, Piellus & natu minimus Pergamus. Pyrrhi filiu Piellus, Molossus & Pergamus. Pieltus mansit in Epiro, à quo posteritas Alexandri, & regum Epiri. Velleius: *A quo Magnus Alexander cum fuerit 17. iure materni generis Achille auctore, paterni Hercule gloriatus est.* Et vt Alexander, ita posteri Philippus & Perses vitimi Macedonum reges apud Silium & Proprietum.

lib. 1. Att.

Tharypus

Alcetas

Aribbas,

Neoptole-

mus.

Aeacidas

Pyrrhus

Olympias

Alexander.

Hic gente egregius, veterisq; ab origini regni  
Aeaciduni scepti is, proauoq; tumebit Achille.  
Propert: Et Persen proauo simulante pectus Achillis  
Quiq; tuas proauus fregit Achille domos:

Plu-

Plutarchus in Pyrrho: Genus Achillis à Thesprotis & Molossis derauit, quorum principem facit à mundi eluione Phaethontem, quem ait cum Pelaſgo in Epirum commisit. Alii in Molossis Deutalionem & Pyrrham concedisse tradunt. Neoptolemus Achillis filius populum in Epirum duxit, à quo posteri regis Pyrrhidæ dicti. Post primos reges à Pyrrho, ceteri in obscuritate latuerunt, cùm proper barbariem, tum quod nihil dignum aucto gessissent, vñque ad Thorribam Alcetæ patrem, Alcetes creauit Aryban, hic Aeaciden, Aeacidæ Pyrrhus, is qui primus Romanis extra Italiam bellum fecit.

NEC MACEDONIBVS INCRVENTA VICTORIA FVIT ) Nam & ipse rex geminum vulnus accepit, vt Batis seu Betis mortuum putarit, & in ipsa vrbe iam occupata congregati hostes accerimè restitire, vt auctor est Arrianus.

AEGYPTVM ADIRE FESTINANS ) Prius tamen Hierosolymam diuertit euertendæ vrbis, vti minatus erat, cùm ad Tyrum federet, & auxilia, forumque venale negaret Iaddus pontifex, nec tributum, quod Dario pendebat, vellent viuo Perla Macedoni pendere. Sollicitus ergò Iaddus pontifex, preces populo & ieiunia indixit, vti Deus regis inflammati iram componeret, vrbique propitiaret, quod factum esse copiosè Iosephus describit. Idem in Olympiadum serie docetur.

Ιαπαστοίμενος ἐπὶ ταῦλιν, ἐπὶ τὸν ιεροσόλυμαρ πόλιν παρὰ γίνεται, καὶ ἀνελθὼν ἐπὶ τὸ ιερὸν θεοῖ μὲν τῷ Θεῷ κατὰ τὴν τὸν ιερὸν ὄφρυνται, αὐτὸν ἐπὶ τὸν ιερόν ἀξιωπετῶν ἐπιμέτρε. Subacta Tyro Hierosolymani contendit, & templum concendens Deo litat ex præscripto Sacerdotis: ipsum porro sacerdotem summo honore afficit. Idem Zonaras in Alexandro scriptum reliquit. Sed hi omnes ex Iosepho sua decerpserunt: ex paganis nullum cognoui, qui idem exponeret: ex contemtu credo, gentis, post Christi necem omnium gentium ludibriis propinata. Et qui hodie de Alexandro leguntur, omnes post Christum, Hierosolyma euerint, scripsere. Plinius tamen Alexandrum resin ludæa gessisse ( dum de balsamo scribit) affirmat. Magnus ille Rhetor & Rector, Ecclesiae Carthaginensis, iuxtaque purpuratus Christi testis Cyprianus, Alexandrum M. ab Iabdo ait sibi significatum Deos omnes prisorum homines fuisse. Iaddum quidem non exprimit, sed sacerdotem communis nomine appellat Alexander epistola ad Matrem Olymp. Verba Cypriani sunt: Hoc ita esse \* Alexander M. insigni volumine ad matrem suam scribit, metu sua potestatis proditum sibi de Düs hominibus à sacerdote secretum, quod maiorum & regum memoria seruata sit, inde colendi & sacrificandi ritus inoleuerit. Genebrardus hæc omnino ad Iaddum refert. Sed Athenagora tradit Memphi, Thebis & Heliopoli hæc Alexandrum ab AEgyptiis sacerdotibus didicisse, vati & Herodotus, & dilerto D. Augustinus: Quæ inquit Alexander Macedo scripsit ad Matrem sibi à magno antistite sacrorum Aegyptiorum quodam Leone paterfacta.

AMYNTAM CVM DECEM TRIREMIBVS ) Idem Diodorus: Hic Amyntas fuit Andremonis filius. Alter, olim prætor Alexandri & transfugus, Antiocho natus erat, qui post cladem Illiscam lib. 3. c. 22. Aegyptum petijt, ibidemque perijt, vt suprà demonstratum est, moxque infrà nominatur cap. 20. lib. 4. c. 3. Hic Amyntas Andremonis postea reus coniurationis factus, fratribus Syma & Polemone absolu- lib. 6. c. 24. lib. 7. c. 1. lib. 6. c. 17. lib. 6. c. 16. tus est. Est & tertij Amyntæ mentio accusatoris Philotæ, quem Curtius etiam prætorem appellat Alexandri. Est & quarti, qui consorinus fuit Alexandri, & in eum coniurauerat in Macedonia. Hæc monui, ne tuam tot Amyntæ confunderent memoriam.

NAMQUE ETIAM SEGUNDIS ATTERRANTVR TAMEN COPIAE ) Optima Junij editio ita emendat. Namque prælys etiam secundis attrebantur copia. Sed neque priorem damno, & propè similiorem Curtio, breuitatem, qua, fæpè translilit, quæ quisque per se addenda nouit.

## CAPVT XX.

### ARGUMENTVM.

## AEGYPTO EXPUGNATA HAMMONIS IOVIS LEDEM CUM MAGNO PERICULO ADIT. EIUSDEM LOCI DESCRIPTIO.



Egypti olim Persarum opibus infensi: quippe auare & superbè imperitatum sibi esse; ad spem aduentus eius exaserant animos: ut potè qui Amyntam quoque transfugam, & cum precario imperio venientem lati receperissent. Igitur ingens multitudo Pelusium, quæ intraturus rex videbatur, conuenerat. Atque ille septimo die post quam à Gaza copias mouerat, in regionem AEGYPTI, quam nunc castra Alexandri vocant, pervenit. Deinde

Ioseph.lib.  
ii. Antiq.]

Scal.ad  
Euseb.p.  
372.  
lib. 12. c. 25.

\*ex Minutij  
Felici O.  
et auctio.

De ciu.c. 5.  
1.8.

de pedestribus copijs Pelusium petere iubis, ipse cum expedita delectorum manu Nilo amne vectus est. Nec sustinueré aduentum eius Persæ, defectione quoque perterriti. Iamque haud procul Memphis erat, in cuius praesidio Astaces prætor Dary relictus, Oron amne superato, octingentata talenta Alexandro, omnemque regiam suppellectilem tradidit. A Memphis eodem flumine vectus, ad interiora AEgypti penetrat, compositisque rebus, ita ut nihil ex patrio Argypiorum more mutaret, adire Louis Hamonis oraculum statuit. Iter expeditis quoque & paucis vix tolerabile ingrediendum erat: terra caloquæ aquarum penuria est: steriles harena iacent: quas ubi vapor solis accedit, feruido sole exurente vestigia, intolerabilis astus existit: luctuandumque est non tantum cum ardore & siccitate regionis, sed etiam cum tenacissimo sabulo, quod præaltum & vestigio cedens agre moliuntur pedes. Hac AEgypti vero maiora iactabant. Sed ingens cupidus animus stimulabat adeundi Iouem: quem genris sui auctorem, haud contentus mortali fastigio, aut credebat esse, aut credi volebat. Ergo cum ijs, quos ducere secum statuerat, secundo amne descendit ad Mareotim paludem. Eo legati Cyrenensem dona attulere: pacem, & ut adiret urbes suas, petentes. Ille donis acceptis, amicitiaque coniuncta, destinata exsequi pergit. Ac primo quidem & sequenti die tolerabilis labor visus: nondum tam vastis nudisque solitudinibus aditus, iam tamen sterili & emoriante terra. Sed ut aperuere se campi alto obruti sabulo, haud secus quam profundum aquor ingressi, terram oculis requirebant. Nulla arbor, nullum culti soli occurrebat vestigium. Aqua etiam defecerat, quam utribus camelii deuexerant, & in arido solo ac feruido sabulo nulla erat. Ad hæc, sol omnia incenderat, siccaque & adusta erant ora: cum repente, siue illud deorum munus, siue casus fuit, obducta cælo nubes condire solem, ingens astu fatigatis, etiamsi aqua deficeret, auxilium. Enim uero ut largum quoque imbrex excusserunt procellæ, pro se quisque excipere eum, quidam ob sitim impotentes sui, ore quoque hiante captare coepérunt. Quatriduum per vastas solitudines absumum est. Iamque haud procul oraculi sedeaberant, cum complures corui agmini occurruerunt, modico volatu primas signa antecedentes: & modo humi residebant, cum lentius agmen incederet, modo se pennis leuabant, antecedentium, uterque monstrantium ritu. Tandem ad sedem consecratam Deo ventum est. Incredibile dictu, inter vastas solitudines, ita undique ambientibus ramis vix in densam umbram cadente sole, contexta est: multique fontes dulcibus aquis paßim manantibus alunt silvas. Cali quoque mira temperies, verno tempori maxime similis, omnes anni partes pari salubritate percurrit. Accolæ sedis sunt ab oriente proximi Aethiopiam, meridiem versus Arabes, Troglotidis nomen est: horum regio usque ad rubrum mare excurrit, at qua vergit ad occidentem, alijs Aethiopes colunt, quos Symuos vocant: à septentrione Nasamones sunt, gens Syrtica nauigiorum spolijs quaestuosa. quippe obsidet litora, & astu destruit nauigia nostris sibi vadis occupant. Incola nemoris, quos Hammonios vocant, dispersi tugurijs habitant: medium nemus pro arce habent, tripli muro circundatum. Prima munitio Tyrannorum veterem regiam clausit, in proxima coniuges eorum cum liberis & pellicibus habitabant: hic quoque Dei oraculum est. Ultima munita satellitum, armigerorumque sedes erant. Est & aliud Hammonis nemus: in medio habet fontem, Solis aquam vocant: sub lucis ortum tepida manat: medio die, cuius vehementissimus est calor, frigida eadem fluit: inclinato in vesperam, calescit: media nocte feruida exastuat: quoque nox propius vergit ad lucem, multum ex nocturno calore decrescit, donec sub ipsum dici ortum assuetu tempore languecat. Id quod pro deo colitur, non eandem effigiem habet, quam vulgo djs artifices accommodauerunt. Vmbilico tenuis arietis similis est, habitus smaragdo & gemmis coagmentatus. Hunc, cum responsum petitur, nauigio aurato gestant sacerdotes: multis argenteis pateris ab utroque nauigij latere pendentibus. Sequuntur matronæ virginesque, patrio more inconditum quoddam carmen canentes, quo propitiari Iouem credunt, ut certum edat oraculum. Ac tum quidem regem propius aduentem, maximus natu è sacerdotibus filium appellat, hoc nomen illi parentem Iouem reddere affirmans. Ille vero & accipere se ait, & agnoscere, humana sortis oblitus: consuluit deinde, an totius orbis imperium satis ibi destinet pater. Vates equè in adulacionem compositus, terrarum omnium rectorem fore ostendit. Posthac institutum quartum, an omnes parentis sui interfectores penas dedissent. Sacerdos parentem eius negat ullum scelere posse violari: Philippi autem omnes interfectores luisse supplicia. Adiecit, iniunctum fore donec excederet ad deos. Sacrificio deinde

deinde facto, dona & sacerdotibus, & deo data sunt, permisumque amicis, ut ipsi quoque consulerent Iouem. Nihil amplius quae sinerunt, quam, an auctor esse sibi diuinis honoribus colendi suum regem. Hoc quoque acceptum fore loci vates respondit, ut ipsi victorem regem diuino honore colerent. Verè, & salubriter astimanti fidem oraculi, vana profetore responsa videri potuissent. Sed fortuna, quos unisibi credere coegit, magna ex parte audios gloria magis quam capaces facit. Iouis igitur filium se non solum appellari passus est, sed etiam in suis rerumque gestarum famam dum augere vult, tali appellatione corruptit. Et Macedones assueri quidem regio imperio, sed in maiore libertatis umbra, quam cetera gentes, immortalitatem contumacius, quam aut ipsis expediebat, aut regi auersati sunt. Sed hac suo queque temporis reserueniur, nunc cetera exsequi pergam.

AEGYPTII ) Quam elegans & nobilis fabula de aduentu Alexandri ad Iouem Hammonem & Aegyptum sit facta & propagata, cognoscet apud Pierium: nobis verum scribere curæ.

lib. i. p. 5.

OLIM INFENSI ) Iam pridem obseruandus hic vsus vocis vulgari elegantior, quamquam praefens, præteritum & futurum tempus signet, eisdemque iungatur, & tamen incertum: sèpè nec adhuc bium quidem Temporis est, sed idem valet, quod fere, ut solet, ut Seruius ad Virgilium docet. Hic valet, Iam diuus, iam longo tempore, dudum ante, Iam pridem &c.

lib. 17.

OLIM OFFENSI ) Hoc affirmat Diodorus anno 5. Alexandri. Aegyptij enim, inquit, quod à Persis multa impiè in sacra sua commissa fuerant, crudeleg, illorum imperium esset, late animo Macedones suscepérunt. Sed idem lignatè de Cambyle Persæ, duce Cambyle rege, qui Aegyptum armis subegit, annis centum triginta quinque (tenuerunt) quorum insolentiam, crudelitatemque, atque in Deos patrios impietatem damnates, Aegyptij ab eis postea desciuerūt. Postremi Macedones, & que seq. Quæ porro Cambysen causla impulerit ut AEgyptijs bellum faceret, tradit in Thalia Herodus, ubi Amasis defuncti corpus à Cambyle ait prolatum, verberibus cæsum, vellicatum, & stimulis compunctum. Idem ut Iultinus primo volumine exponit, Apis, cæterorumq; Deorum templum diruit. Idem Strabo li. 17. πολλὰ τεκμήρια τὸ χαμβύτυς μανίας καὶ μεσογείας ὃς τὰ μέρη των ι, τὰ δὲ σιδηρώδεια ὡβαῖς τὴν ἀχρωτηρίαν καὶ περικούμων, καθάδι τερπεῖ καὶ ὀβελίσκους:

Post Cambysen Persæ tenuerunt AEgyptum annos cxii. usque ad Darium Nothum Artaxerxis filium. Recessit tamen ante à Dario Hyrcaspis F. Olymp. LXXIII. Sed post quadriennium per Xerxem recepta est Olymp. LXXIV. Defecit iterum à Dario Notho anno regni xi. Olymp. xc. anno III. Recepit Ochus Rex Persarum Olymp. cvii. anno III. pullo inde Nectanebo in Aethiopiam, ut alij, in Macedoniam, unde fabula nata de Olympiade & dracone, quod Nectanebus magicam exercuerit. Sed iam natus erat Alexander olymp. cvi. anno i. Septem annis prius quam Nectanebus ex AEgypto fugeret. AEgyptum Persis extrusit Alexander Olymp. cxii. anno II. Macedones tenuerunt ad Caesarem Augustum annos CC XC V. Augustus in formam prouinciae rededit.

Diodor.  
lib. 17.

PRECARIO IMPERIO ) Se à Dario missum mentitus erat, sed tanè in qua Græcus, non Persa erat, latè eum receperunt, ut Curtius ait: fecus alij. Nam ab incolis cæsum narrant nouas res molestiem. Alij à Persis duce Mazæo circumuentum.

PELVSIUM ) Prima vrbs Aegyptum ingressuris occurrit, de qua Geographi. Prolixè vero Strabo libro ultimo, à loto πήλως dictum ait Pelusium.

SEPTIMO DIE ) Eundem Arrianus numerum ponit.

CASTRA ALEXANDRI ) Locus & regio, nomen retinuit à positis ab Alexandro ibidem castris. Osorius: Vnde per loca, quæ accolæ Catabathnum, haud procul à castris Alexandri Magni &c.

PELVSIUM PETERE IVSSIS ) Pelusium est cuitas AEgypti proxima freto ab oriente ex Syria nauigantibus, à qua pontus Pelusiacus cognominatur. Situs ita se habet, ut Strabo depingit: Nilus ex Aethiopia à meridie, verius septentrione fluens, uno primùm alueo instar fasciæ, postquam ad verticem peruenit, funditur in duo ostia, dextrum & sinistrum, quæ ita inter se recedunt, ut literam Delta efficiant. Pelusiaceum occupat dextrum latus, Canopicum sinistrum, utrumque exoneratur in mare, cuius basis ab soluit literam Δ, & ab uno ad alterū ostium complectitur cīo CCC stadia, hoc est, quadraginta millaria Germanica, cum paullò amplius dimidio, superant enim stadia viginti, Pelusium eo loco fuit, quo nunc est Damiata; Clauem Aegypti vocat Suidas, Robur Aegypti S. Hieronymus, quia portum munitissimum habet, Marcellinus à Peleo Achillis patre conditore, tradit dictum Pelusium. I. 22. Scylax geographorum antiquissimus, nec adhuc latinè translatus, AEgyptum securi componit: Εἰς δὲ Ἀγύπτῳ τοιάδε τὴν ἴδειν ὄμοια πελέχει. Εἰς δὲ πρκατὰ τάλασσαν πλατεῖα, κατὰ δὲ μεσογεῖαν σεντόρες, κατὰ δὲ μεμφίη σεντάτη διέτης. Επειτα δὲ εἰς μεσογεῖαν ἀπὸ μεμφίων ἤντι πλατοτεράχαλλα δὲ τὸ ἀνάτερον αὔτης πλατεῖα. Est autem Aegyptus forma seu figura similis securi lata quæ mare attingit (in basi) angustior in mediterraneo, angustissima iuxta Memphim. Deinde à Memphis in medium AEgyptum eviti latior occurrit, ac demum (ad mare pergenit) latissima. Alexander ergo per Pelusiaceum Nili aquæum ascendit, & per Canopicum descendit, à quo haud procul,

Aegypti  
forma

△

procūl, molitus est Alexandriam. Canopicus sinus Africam, Pelusiacus Asiam spectat, à vertice ad Pelusiacum ostium CCLV. M.P. sunt ad Canopicum CXLVI.M. Basis Plinio est centum septuaginta millia pasuum, id est millaria 42. cum semisē, sic ut quatuor millia pasuum pro uno mil- liari cōputes. Idem ferè docent alij Geographi. Mela breuisimè. Pelusium Arabæ ipas oras secat. Copiæ pedestres à castris Alexandri Pelusium usque terra profectæ sunt. Alexander aqua peruenit, urbemque occupauit, & præsidio imposito mox aduerso Nilo Memphim petijt. Vbi vertex Delta est:

Plinius lib.  
s.c. 9. p.  
97.

Memphis,

Pelusium,  Canopus.

ADVENTVM EIVS PERSAE) qui id temporis Aegyptum præsidijs tenebant. Aegypti primum Iuis paruere regibus, mox Caldæis, tum Persis, iterum Aegyptijs, demum Macedonibus, quos Romani vicere. Hodie parent Turcis.

HAVD PROCVL MEMPHI) Erat tum caput Aegypti, de qua satis multa ad primum Epigramma Martialis dicta sunt. Mela inter viginti millia vrbium Aegypti Sayn & Memphis ponit cum Syene, Bubarte, Elephantide, & Thebis Hecatompyla.

ASTACES) Supra prætor vrbis Mempheos nominatus est Mazaces seu Mazece. An Astaces fuit totius Aegypti præses, Mazaces tantum vrbis Præfetus an interim extinctus est Mazaces?

OCTINGENTA TALENTA) quadringenta octoginta millia Philippeorum. Iunij codex tantum ponit octoginta talenta, haud dubiè mendosè, cùm antiquissimus codex Augustanus S. Vdalrici, & MS. Constantiensis etiam numerent octingenta.

DEFECTIONE QVOQVE PERTERRITI) Auditio quippè aduentu Alcxandri desciuerunt Aegyptij ad Græcos & Macedones à Persis, quos propter dura imperia oderant. Itaque Aegyptum totam sine prælio recepit.

ORON AMNE SVPERATO) Iunij scriptura est sine amnis nomine. Extra ordinem versus est. OXION & OXO locus affectus nomen verum perdidit, vetustissimus tamen codex Augustanus S. Vdalrici nomen præfert, quod Modius posuit Oron. Galerani editio Oxo amne legit, Argentina vetus eodem modo. MS. Constantiensis Oron.

A MPH) Arrianus tradit Alexandrum descensu facto priusquam Memphim veniret, Lib. 3. Heliopolin ex itinere adiisse, relicto ad dextram Nilo, quod verum esse testantur literæ Alexandri ad Olympiadem matrem, quibus exponit, quid cum Leone Sacerdote Aegypti, vt est apud Au- gustinum, de Dijs suis paganorum contulerit & cognorit; meros olim homines fuisse, vt supra do- cuimus; copias tamen ait à Nilo non discessisse, sed noctu Memphim petisse, tum deinde securum Alexandrum, indeq[ue] secundo flumine descendisse ad alterum portum Canopicum, litora quæ palude Mareotide inter mare, & paludem nactum insulam, vdi considerit Alexandriam, de qua plura infra cum Curtio.

1.8. de ciui-  
c.5. De eis-  
dem lit.  
Minutius  
Felix in O-  
ctauio. Cy-  
prianus, alij  
quos supra  
legisti.

A MEMPHI EODEM FLVMINE VECTVS) Aduerso: nam à meridie ex Aetihopia in Septen- trionem properat, atque in mediterraneum mare euoluitur.

INTERIORA AEGYPTI) Non ultra Hammonis ædem contendit.

COMPOSITISQVE REBUS AEGYPTI) Præsidibus vrbium, locorum, & regionum desi- gnatis, quos infra indiget.

IOVIS HAMMONIS) Hic prima est mentio Iouis Hammonis, sed oraculum, fedem, fontem, nemora, infra vbertim describit, in quo loco non erimus pisces.

ITER VIX TOLERABILE) Hoc rerum scriptores, terrarum mensores, Geographi, Poetæ, na- turæ exploratores, Arrianus, Herodotus, Strabo, Plinius, Mela, Solinus, Lucanus, Seneca, alijque te- stantur. Præter hos Seneca de Cambysè signatè narrat, quam male expeditio illi Aethiopica cesse- rit. Tale aliquid paſſi forent, inquit, Aethiopes, qui ob longissimum vitæ ſpacium Macrobij appellantur. In hos enim, quia non ſupinis manibus exceperant feruitutem, mihiſq[ue] legatis, libera reffonsa dederant, qua contumeliosa Reges vocant, Cambyses fremebat, & non prouifis commeatibus, non exploratis itineribus, per inuia, per arenaria trahebat omnem bello vtilem turbam: cui intra primum iter deerant necessaria, nec quicquam ſubminiftrabat ſteriliſ & inculta, humanoq[ue] ignota veftrigio regio. Sustinebant famem primo tenerri- ma frondium & cacumina arborum, tum coria igne mollita, & quidquid neceſſitas cibum fecerat. Postquam inter arenas radices quoque & herba defecerunt, apparuitq[ue] inops etiam animalium ſolitudo, decimum quemque ſortiti, alimentum habuere fame ſauius. Agebat adhuc ira Regem præcipitem, cum partem exer- citus amifſet, partem comedifſet: donec timuit ne & ipſe vocaretur ad ſortem, tum demum ſignum receptui dedit. Sernabantur interim illa generofæ aues, & instrumenta epularū camelis vehebantur, cum ſortarentur milites eius quis male periret, quis peius viueret. Hic iratus fuit genti, & ignota, & immerita, ſenſuræ tamē. Herod. li. 3. lib. 1. Haec Seneca ex Herodoti Thalia descriptis, & quodammodo interpretatus est. Iuſtinus compen- diο: Ad Hammonis quoque nobilissimum templum expugnandum exercitum mitit, qui tempeſtatisbus & arenarum molibus oppr̄effus interiit. Plutarchus idem quod Herodotus: fed addit, L.M. tuſſe arenis cciiij. cciiij. ex Cambysis copijs oppreſſa. Sed quid est, quod Alexandru m mouit ad tam pericolosum iter, cum illic nullum haberet hostem. Ferè idem respondet omnes: Curtius impr̄imis, quod louem Hammo-

lib. II.

lib. 3. c. 16.  
\* Melius  
incerti.

lib. 3.

ix. Pharsa-  
liae in Ca-  
tonis ora-  
tione.

nem voluerit credi generis sui auctorem: haud contentus mortali fastigio, ad quem iuisit moriturus etiam corpus suum deferri, Curtius lib. vltimo. Iustinus, *Ad Iouem*, inquit, deinde Hammonem pergit consulturus, & de euentu futurorum, & de origine sua. Namque mater eius Olympias confessa viro suo Philippo fuerat, Alexandrum non ex eo se, sed ex serpente ingentis magnitudinis concepisse. Denique Philippus vltimo prope vita suæ tempore, filium suum non esse, palam prædicaverat. Quia ex causa Olympiadæ veluti stupri compertam repudio dimiserat. Igitur Alexander cupiens signum diuinitatis acquirere, simul & matrem infamia liberare, per præmissos subornat antistites, quid sibi responderi velit. Idem Orosius: inde ad templum Iouis Hammonis pergit, ut mendacio ad tempus composito ignominiam sibi Patris \* inclesti, & infamiam adulteræ aboleret. Sed Callisthenes apud Strabonem Φησὶ τὸν Ἀλέξανδρον φιλοδοξῶν μάλιστα ἀνελέη, ἐπὶ τῷ χρυσῆριον, ἐπειδὴ καὶ περσέα ἱκετεῖ πρότερον ἀναβῆναι καὶ ἵραχλεα. Callisthenes narrat Alexandrum ambitione, qua maxima ardebat, inductum ad id oraculum contendisse, quod intelligeret Perseum & Herculem prius eo ascendisse. Idem Arrianus & copiosius Strabone, qui addit Alexandrum genus etiam à Perseo & Hercule duxisse.

STERILES ARENAE IACENT.) Omnia optimè Lucanus hos describit.

O quibus una salus placuit, mea signa fecuti,  
In domita ceruice mori, componite mentes  
Ad magnum virtutis opus summosq; labores.  
Vadimus in campos steriles, exustaq; mundi,  
Qua nimius Titan, & rara in fontibus vnde,  
Sicc aquæ letiferis squalent serpentibus arua.  
Et mox infra. Dux an miles eam, serpens, sitis, ardor, arena  
Dulcia virtuti, gaudet patientia duris,  
Rursumque infra. — patet omne solum, liberq; meatu  
AEolianam rabiem totis exercet arenis,  
Et non imbrifer am contorto puluere nubem  
Inflexum violentus agit: pars plurima terra  
Tollitur, & nunquam resoluto vertice pender.

Et quæ ibidem longa narratione sequuntur, quomodo Romanus miles laborarit, & cum arenis luctatus sit. Si Gellius ex quarto Herodoti narrat Psyllos illis in arenis periisse, cum arma in Au-

lib. 16. c. 11. strum lumerent, est elegans fabella.

**I O V E M Q U E M G E N E R I S S V T A V C T O R E M**) \* Neetenabum regem Aegypti magum regno pulsum venisse in Macedoniam, & cum Olympiade in forma Iouis Hammonis aut serpentis confusæ tradunt fabulae, & omnium prolixissimè conditus liber de Alexandro Magno, quem vulgo historiam Alexandri Magni appellant, plenusque est portentosissimis mendaciorum monstris, ut mirer Vrspergensem, Deluacensem, aliosque non fuisse cautores, quam ut sine delectu suis historijs huiusmodi prodigia fabularum infererent, quibus auctoritatem nominis haud parum detruerunt, & fidem in reliquis labefactare potuerunt. Ab Vrspergensi hæc editores sapienter reiecerunt; In alijs adhuc hærent nec pauci illi næui. A Græcis fabularum fœcundis conditoris profecta est vanissima narratio, & historia ἀνώρου. \* Græcè primum scripta; quamvis Eusebij extet præfatio, quæ hodieque Latinè & Germanicè legitur. Sunt tamen auctores non spennendi, qui de dracone memorant, quamvis de Naætenabo taceant. Plutarchus Olympiadæ propè infamem reddit, & nihil à Medea absfuisse tradit, cuius verba subscrivo.

\* In Lutetiana Bibliotheca falsa adscribitur Callistheni. Plutarchus in Alexandro. Edonidibus.

Visus est draco etiam ad dormientis Olympiadis corpus exorrectus, idque præcipue Philippi erga a morem & familiarem consuetudinem aiunt extenuasse, vt raro cubitum ad illam commearet, quod vel timeret fascinationes eius & venefica, vel consuetudinem eius, vt quæ consueret cum maiore deuitatet. Subiicit Plutarchus ex aliorum sententiis, Fæminas eius regionis Orphicū & Liberi patriis sacris antiquitus obnoxias, Clodonasque & Mimallones cognomento dictas, multa cum Edonibus ac Thressis Aenum accolentibus agere consilia. Vnde etiam ἀρχετελεῖ dictio esse videtur immodicis & superstitionis sacrificijs Olympiadæ autem præ ceteris motum lymphaticum emulatam, fanaticum peregisse ritum horridiore spectaculo, cum serpentes mansuetos traheret thyas ingentes, qui ex hedera subinde & mysticis cunis obiter prorepentes, thyasosque & coronas mulierum circumiecti percellebant viros. Verum Philippo, vt Plutarchus pergit narrare, qui post eam speciem Megopolitanum Charonem Delphos misit, fortis referunt fuisse ab Apolline allatas, iubente, vt Hammoni sacra faceret, atque hunc Deum coleret in primis: Amisisse vero eum alterum oculum, quem rima ostiæ admouens, Deum conspexit serpentis figurâ cum uxore suâ concubantem. Olympias ( vt Eratosthenes est auctor ) quam euentem ad bellum prosequeretur Alexandrum, arcunum ortum eius soli detexit, bortata vt pro natalibus gereret animos.

animos. Alij hoc illam aiunt detestari solitam, ac dixisse. Non definet Alexander in crimen me apud Iunonem vocare. Hæc prolixè Plutarchus. Egregie ridet Diogenes Alexandrum apud inferos. οὐ τέτοιο Ἀλέξανδρος; οὐδὲ τίθυκας, ὡσπερ ἡμεῖς ἀπόντες; Quid hoc rei Alexander? ita ne defunctus es quoque, perinde ac nos omnes? Affirmante dein Alexander, nec mirandum subijciente, quod homo natus es. Tum Diogenes, οὐχὶν δὲ Αμμων εἰπέντερο λέγων εαυτῷ σε ἐναψήδον; οὐ δέ φελίππες ἡρά θύδα. Num ergo Iupiter ille Ammon mentiebatur, cum te suum esse filium diceret? an verò tu Philippo patre prognatus eras?

Pergit deinde ludere Diogenes de Olympiade. Idem obijcit ipse pater Philippus Alexander apud inferos. Idem Hannibal apud Minoem.

Apud M. Varrom in Oreste, & Agellium xiiii. Noct. Attic. Elegantē legimus epistolam Olympiadis matris, qua respondit Alexandro huiuscmodi epigraphe literarum.

REX ALEXANDER IOVIS HAMMONIS F. OLYMPIADI MATRI  
SALVTEM DICIT.

Olympias rescripsit ad hanc sententiam: Amabo, inquit, mi fili quiescas: neque deferas me, neque criminere aduersum Iunonem. Malum mihi prorsum illa magnum mihi dabit, cum tu me literis tuis pellicem illi esse confiteris. Ea mulieris scitè atque prudentis erga ferocem filium comitas scorsim & cōmiter admonuisse eum visa est, deponendam esse opinionem vanam, quam ille ingentibus victorijs, & adulantium blandimentis, & rebus supra fidem prosperis imbiberat genitum esse se de loue.

Cæterum de angue seu draconे aliquid etiam Liuius (cum de Scipione meminit) in hæc verba narrat, sed fabulæ simile: retulitque famam in Alexandro Magno prius vulgatam, & vanitate & fabula parem, anguis immanis concubitu conceptum, & in cubiculo matris eius persæpè vitam prodigijs eius speciem, interuentuque hominum euolutam repente atque ex oculis elapsam. His miraculis nunquam ab ipso (Scipione) elusa fides est, quia potius aucta arte quadam, nec abnuendi tale quicquam, nec palam affirmandi.

Liuius lib.  
6. dec. 3.

Sic mater Scipionis ad natum eadem de re canit apud Silium.

Verum age nate tuos ortus, nec bella pauescas  
Vlla, nec in cœlum dubites te tollere fastis.  
Quando aperire datur nobis, nunc denique disce.  
Sola die caperem media cum forte petitos  
Ad requiem somnos, subitus mibi membra ligauit  
Amplexus, non ille meo veniente marito  
Assuetus, faciliq[ue] mihi: tum luce corusca  
Implebat quamquam languentia lumina somnus  
Vide (crede) Iouem, nec me mutata fecellit  
Fama Dei, quod squalentem conuersus in anguem  
Ingenti traxit curvata volumina gyro.

Silius li. 9.

Silius etiā agnoscit Alexandrum Ioue natum, vbi vmbram illius apud inferos alloquitur, & belli gerendi præcepta accipit.

Incipit Aeneades: Lybici certissima proles  
Hammonis, quando exuperat tua gloria cunctos  
Indubitata duces: & quæ sequuntur.

Silius co-  
dem lib.

Notauit Alexandri superbiam etiam Val. Max. Alexandri, inquit, Regis virtus & felicitas tribus insolentia gradibus exultauit evidentissimi. Fastidio enim Philippi Iouem Hammonem patrem adscivit: tadio morum & cultus Macedonici, vestem & instituta Persica adsumpsit; spreto mortali habitu diuinum auctoratus est. Nec fuit ei pudori filium, ciuem, hominem disimulare.

Val. Max.

Eadem de Dracone & Olympiade leges apud Zonaram, Cedrenum, & antiquiores, Solinum, Iustinum.

De Nectenabo miror tot testes extare, sed quos ex historia Græca fabulosa anonymi sua habuisse nil dubitarim. Glycas etiam accedat. Quo tempore filius Artaxerxis Ochus, Aegyptum occupauit, Rex Aegyptius Nectenabo ueste commutata in Macedoniam aufugit: cum antea per vaticinationem, quæ pelui solet fieri, futurum cognouisset, vt Aegyptus in hostium potestatem veniret. Cumq[ue] per quasdam præstyrias Philippo Regi & Olympiadi coniugi innotuisset, occultis machinationibus furtiuam cum ea consuetudinem habuit, & Alexandrum procreauit. Nectenabus Rex ultimus Aegypti Pharaō dictus, cùm inzellexisset regnum Aegypti à Deo euersum iri, tonsa comā & mutata ueste, reliquo regno, per Pelusium fugit Pellam Macedonia, vbi regnabat Philippus Makedo. Olympias chronica tamen rei non conuenit, cùm ponitur centesima decima, anno quarto, cùm Nectenabo iam ante Olympiadem cente-

simam

simam sextam debuerit esse in Macedonia, ut fabula aliquam speciem veri accipiat. Eusebii Pamphili χρονικὸς καθὼν recte ponit Νεκτανέων Olymp. 103. coepisse regnum; octo annos tenuisse. ergo centesima quinta Olymp. potuit venisse in Macedonia. Alexander Olymp. 106. anno primo natus est.

Eusebius. Hic Ochus Aegyptum cum copijs ingressus, viuo adhuc Patre Artaxerxe, vel vt alii tradunt, post mortem patris Aegyptum occupauit, Nectenabo vel in Aethiopiam, ut quidam, vel in Macedonia vt alij prodidere, vbi Olympiadem per magicas artes deceptam iniit, & ex illa Alexandrum, multorum sententia Hammonis Louis filium, suscepit. Eusebius Latinus factus tamen Nectanebum in Aethiopiam pulsum scribit Olymp. 107. anno tertio, cum Alexander iam septimum agitaret annum. Diodorus anno 4. Olymp. 107. Itaque fabula est de Olympiade, credita tamen ex aliorum rationibus, immo & Scipio, & Augustus, & Galenus, vt Aurelius Victor in Galerio Armentario narrat, ita nati feruntur. De Scipione ex Liuio & Silio docui: de Augusto \*CXCIV. \*Aclepiades Meneletes affirmat. At iam matrem Augusti idem passam in Apollinis sacris, eo- Suet. que Augustum voluisse Apollinis filium videri, sed tam fuit Apollinis filius Augustus, quam Hammonis Alexander, vt Africanus Louis, inquit, Lxinius. Poeticum ergo potius figmentum credas, quam historiam, vt illud carmen Antipatri

ΒΥΧΩΝ ΘΕΟΙ ΦΟΙΣΕ ΠΟΤΕΙΔΑΙΩΝ ΔΕ ΧΡΙΣΤΟΥ  
ΚΟΥΥΘΕΑΣ ΛΑΜΠΑΙ ΔΙΑΦΡΙΣΤΟΥ, δρις.  
Neptunus quadrupes factus es Phœbe bubulcus,  
Ammon clare draco, Juppiter albus olor.

**Hæc de fabula ad similitudinem veri quoque modo efficta. In historia Alexandri pertinetur**  
**Luc. in A- vsque ad cædem Nectanebi magi, quem, vt Tiberius suos Mathematicos Rhodi, ex rupe præ-**  
**Alexand. Pseudo- cipitem deturbavit. Fabulæ occasionem præbuit, vt & Plutarchus animaduertit, & Lucianus ex-**  
**ment. erit docet.**

Nam illi (Macetidi mulieri) patria erat Pella, qui locus olim floruit sub Macedonicis Regibus, nunc à paucis, ijsq; obscuris & humilibus colitur. Ibi cum conspicerent immiani magnitudine dracones placidos admodum ac mansuetos, adeo ut a mulieribus alerentur, & cum pueris una cubarent, & calcantes ferrent, neque commoverentur, si quis stringeret premeretq;. Deniq; perinde atque infantes lac de papilla sagerent, (nam sunt id genus apud illos permulti) unde verisimile est olim illam de Olympiade fabulam increbuisse, cum Alexandrum conciperet, huiusmodi dracone quopiam opinor, cum ea concubente, mercatis sunt ex his serpentibus vnum qui esset pulcherrimus, obolis sanè paucis, & quæ sequuntur.

**H A V D C O N T E N T U S M O R T A L I F A S T I C I O**) Hoc maximè ostendit principes ac purpuratos, alioisque Græcos Macedonum, causamque præbuit primum Hegiliocho, dein Philote & Parthenioni confirandi in necem Alexandri, vt Curtius infra lib. 6. e. 20. ostendit. Et lib. 8. e. 4. Clitus cum à mensa abstraheretur. Et ad ultimum, inquit, Louis, quem patrem sibi Alexander asseret, oraculum eludens, veriora Je Regi, quam patrem eius respondisse dicebat Rufus eod. lib. Hermolaus reg. Tu (inquit e. 15.) Philippum Patrem auersari, & si quis Deorum ante Iouem haberetur, fastidires etiam Iouem. Mirarisi liberi homines superbiā tuam ferre non possumus? Athenienses, vt est apud Athenæum, Demadē decem talentis multarunt, quod illis persuadere coharetur, vt Alexandrum pro Deo colerent: Aelianus centum multatum ait. Lacedæmonij iussi tertium decimum agnoscere Deum, ex Diis Alexandrum decreuerunt. 'Αλέξανδρος βέλεται θεός εἴναι, έσω θεός. Alexander quoniam vult Deus esse, esto Deus.

**A V T C R E D E B A T E S S E , A V T C R E D I V O L E B A T . )** Ego tam stultum nunquam fuisse existimo Alexandrum, vt si ipsum crederet Ioue satum, sed hoc credi volebat ad aliorum Regum superbiam & stultam imitationem; vel vt sibi famam diuinitatis conciliaret apud barbaros, quo facilius ipsos suo imperio subiiceret. Sic enim apud Lucianum se patri purgat apud inferos. Neque vero nesciueram, pater, Philippi Amyntame esse filium: sed quia ad res gerendas sic mihi visum erat conducere, commento vocis sum vaticinij. Et mox infra, Non isthuc, sed barbaros in mei admirationem traxos facilius hoc prætexta nostro subdidimus imperio: cum nemo unus viribus nostris adhuc restiterit, quippe hac sola opinione ducti, quod aduersus Deum sibi esset præliandum. Idem excusat apud Curtium infra. Vtinam Indi quoque Deum esse me credant. Fama enim bella constant, & sepè etiam quod falsò creditum est, veri vice obtinuit. Fallus idem est se mortalem eod. lib. vulneratus. Ceterum cum crux saeculum penderet, & crux seccato frigescens vulnus agrauaret dolorem, dixisse fertur: se quidem Louis filium dici, sed corporis agri vitia sentire. Et apud Plutarchum Tero mihi dicit, ω πίλαρο περι μαχητην ιχθυς.

— oīos τῷ πρεσβύτερῳ μαχάρεστι θεοῖς.  
Hic, amici, inquit, sanguis non est talis.

— dīs vt solitus manare beato.

Diozippus Atheniensis (vt narrat Aristobulus Cassandrinus apud Athenæum,) quinquartio,

cum vulneratus esset Alexander, manante sanguine, hoc fertur dixisse, non ipse Alexander ιχως οισωρε τε πει μακάρεος θεούται. Aelianus lib. 9. c. 37. aliter tradit, τό μέν τοι θεός ήμων ἡ Σελήνη φοίμαλη εἶποι εἰς κενταύρους: *Nostro Deo spes sit a est in cochlearis sorbitione.*

Elegans dictum addit Plutarchus Alexandri in Anaxarchum Sophistam, qui tonante immaniter Ioue interrogat Alexandrum: μήλο σὺ ροζτον δέ τό διός; nunquid tale potes quid tu fili Iouis? respondit tradit Alexandrum subridentem: *Nolo, inquit, formidolosus esse, sicut tu me vis, amicis, qui cenam fastidis meam, quod pisces videas in mensis, non satraparum capita apposita.* Idem Satyrus in vitis refert apud Athenaeum de Alexandro Eudæmonico Philosopho, uno ex aslentatoribus Alexandri.

Athenæus lib. 6. p. 251.

**ERGO CVM IIS QVOS DVCERE SECVM STATVERAT.**) Aelianus & Plutarchus tradunt spacium Alexandriae condendæ captum ab Alexandro, priusquam ad Hammonem proficisceretur, reliquatque magnam manum ad moliendam urbem, dum ipse peteret oraculum, iussamque operi instare. Curtius, SICULUS, & Iustinus post redditum ab Hammone: *Ego designatam prius reor, postea perfectam. Sumpsit in comitatum secum copias suas cum camelis, qui dona Ioui, utresque aquarum ferebant ad levandam sitim.*

**SECUNDUM AMNE.**) Nam aduerso per Pelusiacum portum ascenderat Memphini usque, ubi reliquit Nilum ad dextrum cum nauibus, ipse Heliopolin & urbes eo loci sitas occupauit. Dein traiecto flumine, Memphini adiit, inde cum clasie per alterum Nili alueum descendit ad Canopicum simum, circumiectus Mareotim, qui locus est instar maris, & multis palus, multis mare appellatur. Vbi locum urbi de legit inter utrumque mare, Mareoticum inquam, & AEgypticum, quod claudit Δέλτα, ut mox infra docebo. A Pelusio ad verticem Δέλτα, sunt stadia octingenta quadraginta, hoc est, millaria Germanica xvi. & duobus stadiis minus semisse. Ab Alexandria ad eundem verticem millaria Germanica xxiiii. cum duobus stadiis minus semisse. Septingenta quinquaginta artemidoro teste, ut est apud Strabonem lib. 17.

**MAREOTIM PALVDEM.**) Strabo in descriptione Alexandriae de Mareotide: *Duo maria locum (designatum pro Alexandria) vnde allunt, alterum à Septentrione, quod AEgyptum dicitur; alterum à Meridie, quod Mareta lacus, & Mareotis appellatur. Eum Nilus multis foosis, tum à superioribus partibus, tum à lateribus actis, implet.* Idem lacus autem Mareta latitudinem habet supra centum stadia, hoc est, triginta millaria nostrata cum octaua parte, longitudinem infra trecenta, quæ nouem millaria nostrata efficiunt, cum sesquiquadrante, si iuste sint trecenta. Stephanus: περὶ πόλεων ΜΑΡΕΙΑ πόλις καὶ λίμνη τῇ Αλεξανδρείᾳ παραχειμένη: ἡ καὶ Μαρεώτις λέγεται, ἀφῆς καὶ Μαρεώτης οὖν. Mareta ciuitas & lacus est, Alexandria adiacens, & Mareotis dicitur, unde vinum Mareoticum.

**LEGATI CYRENENSIVM.**) Diodorus Siculus Cyrenenses tum demum narrat occuruisse, De Cyrenum dimidium itineris iam ad Hammonem confecisset: κατὰ μέσον δὲ, inquit, τὸν ὄδον απόντησαν nensisibus αὐτῷ πρέστεις παρὰ Κυρηναῖον στρατον καὶ ζόντες ἀμαζαλοπεπτὸν δέρα, εἰς ὅγον ἐπειδειστας Σικοσίτης plurima καὶ πέντε τε Σικηναὶ τὰ κράτεα. Quumque iam itineris dimidium progressus esset, Cyrenensem legati ei occurrerunt, coronam & munera ampla apportantes, in quibus erant equi bellatores trecenti, & firmissima quadrige beia quina. Iunxit cum his amicitiam Alexander, dein iter prosecutus est. Arianus Memphi auditus, ait, priusquam descenderet ad Mareotim. Iam quæris qui ferint Cyrenenses? Cyrenaica hodie Marmarica regio à Cyrene urbe regia nuncupata, Pentapoleos nomine insignis fuit, quod quinque nobilissimas ciuitates contineret, Berenicen, Arsinoen, Ptolomaida, Apolloniam & Cyrenen. Liber populus multis ante saeculis, demum Macedonibus ac post hos Romanis subiecti, Ptolomæus definitur prouincia ab occaſu, Syrti magna & Africa. A Septentrione Libyco pelago, ab ortu solis lib. 4. c. 4. Marmorica parte: à Meridie desertis Libyæ. Plinium adi lib. 4. c. 5. Sallust. bell. lug. c. 79. Solinum, tab. 4. Africæ. Strabonem, Iustinum l. 13. & alios.

**AC PRIMO QVIDEM ET SEQUENTI DIE.**) Quæro quot dierum iter fuerit à Mareotide lacu ad Hammonis templum? Variant etiam hoc auctores. Plinius à Memphi ad Hammonem xii. dierum iter ponit. Diodorus inter arenas Alexandrum ait, haſſile octo dies, primis quatuor diebus vnum aqua à camelis deuicta, reliquis quatuor coelesti imbre adiutum, postea Ducibus coruis venisse ad regionem habitatam. Plutarchus non distinguit iter. Arrianus ex Aristobulo docet Alexandrum primis diebus iter haud procul à mari Parætonio fecisse per regionem non omnino sicciam, stadijs mille sexcentis, hoc est, quinquaginta milliaribus Germanicis, quando triginta duo stadia vnum ex nostratis conficiunt. Dein Aristobulus affirmat petiſſile Alexandrum Megabam, ubi Oraculum est Hammonis, per regionem omnino sterilem, fabuloque impeditam, & aquæ inopem, sed coelestibus aquis effusis recreatum esse exercitum. Strabo à Parætonio ad Hammonem numerat stadia c. 10. CCC. millaria quadraginta cum semisse & octaua.

li. 9. Pharsalia.

**QUI ALTO OBRVTI SABVLO.**) Praclarè Lucani carmine hic totus Curtij locus illustratur.

Tum quoque Romanum ſolito violentius agmen  
Agreditur, nullusq; potest conſurgere miles,  
Inſtabilis raptus etiam quas calcat arenis.

*Et mox: Sed quia mobilibus facilis turbatur arenis.  
Nusquam luctando stabili manet, imaq; tellus  
Stat, quia summa fugit, galeas & scuta virorum  
Pilaq; contortis violento spiritu actu.  
Sic orbem torquente Noto Romana iuuentus  
Procubuit, metuensq; rapido confinxit amictus,  
Inseruitq; manus terrae, nec pondere solo  
Sed nixu iacuit, vix sic immobilis Austro.  
Qui super ingentes cumulos inuoluit \* arena  
Atque operit iellure viros ——————*

\* Arena,  
arena dixit  
contra eos  
qui negant  
in singulari  
dici arenā.

Et infra:

**TERRAM OGVLIS REQVIREBANT**) Lucanus:

*Lamque iter omne latet, nec sunt discrimina terra  
Vlla, nisi aetherio medio velut aquore flamma  
Sideribus nouere vias —————— manant sudoribus artus  
Arent ora siti ——————*

**IAM STERILI ET EMORIENTE TERRA**) Lucanus:

*Exurit messes & puluere Bacchum  
Enecat, & nulla puluis radice tenetur,  
Temperies vitalis abest ——————*

Iam supra Geographos præter Arrianum, Plutarchum, Siculum, Herodotum adduximus, &  
locus hic Curtij liquet. Non ineleganter hoc loco Galterus.

*Ardet rex Lybici sedes Hammonis adire  
Difficiles aditus, iter intolerabile, quamuis  
Fortibus & paucis, rorem sitit arida tellus,  
Et cœlum mendicat aquas, atq; perenni  
Macrescit regio, & steriles moriuntur arena.  
Cumq; tenax fabulum solem concepit, & aura  
Impulsuq; pedum concreuit, turbo procellas  
Hic Syrtes habuere suas, hic altera siccō  
Scylla mori latrat, hic puluerulent a Charybdis  
Puluereos vomit illa globos, iacet ille sepultus  
In fabulo fortassis eos leuiore procella  
Punisset mare Neptune, quam pulueris aquor  
Nusquam cult a virent, hominis vestigia nusquam,  
Nusquam terra oculis, nusquam sese obiicit arbor.*

Hoc addo. Felicitate vsum Alexandrum, quod Austri etiam alias ibi flantes tuā quicquid ins.  
qui alioqui facile exercitum, vt Cambysēm & Psyllos, obruiſſent.

**SIVE ILLUD DEORVM MVNVS**) Omnes Scriptores præter Iustinum, qui de Alexandro  
tradunt, hanc historiam referunt, Plutarchus, Arrianus, Siculus, qui aquam etiam pluviā ex  
conualle haustam in quatriiduum suffecisse, ait, Alexandro, illudque munus Deorum creditum. Plutar-  
chus disertè duo pericula diuinitū munus Deorum euafisse, putat Alexandrum, aquarum ino-  
piam, excusio subito imbre, & Austro coercito vt flaret, qui arenarum fluctus solitus fuit excitare.  
Non ita Catoni, quamuis pio, canit succursum Lucanus, sed exiguum inter arenas venam aquæ, qui  
vix vni suffecisset Catoni, si bibisset: De eodem Catone Seneca epist. 104. Vides posse homines la-  
bores pati? per medias Africæ solitudines pedes duxit exercitum. Vides posse tolerare sitim: & in  
collibus arentibus, sine vllis impedimentis vieti exercitus reliquias trahens, inopiam humoris lo-  
ricatus tullit, & quoties aquæ fuerat occasio, nouissimus bibit.

Hoc alias David vir Hebræorum sanctissimus, & Alexander Macedonum fortissimus, & Theo-  
dosius iunior religiosissimus Imperator fecisse memorantur.

**COMPLVRCS CORVI**) De Coruis contentiunt Aristobulus, Callisthenes, Diodorus Siculus,  
Plutarchus. Ptolomæus Coruos in Dracones transformat, quos, ait, clamore edito agmen præces-  
sisse, atque ad Hammonis ædem duxisse, & reduxisse. Arrianus prodigium quidem aliquod ostendit  
putat, sed cuiusmodi fuerit, propter scriptorum variantes sententias cunctatur dicere. Calli-  
sthenes eleganter coruorum officiosum ducendi exercitus ministerium (vt Curtius hic) describit  
apud Plutarchum: Deinde consulis quibus duces itineris vtebantur, notis, qui errarer agmen per  
ignorantiam, atque ab itinere desisteret, corui oblati duces se præbuerunt. Si agmen sequebatur,  
incitatis antecedebant pennis: sin incederit lentius & tardius, opperebantur. Quod vero miracu-  
lum superbat omne, vt auctor est Callisthenes, vocibus & crocitu, si qui nocte aberrarent, hos re-  
uocabant, atque ad vestigium viæ reducebant.

**INCREDIBILE DICTV INTER VASTAS SOLITUDINES, ITA VNDIQUE AMBIEN-**  
**TIBVS RAMIS.**) Non constat hic oratio, nec verborum connexio, nisi aliter legas, & aliter inter-  
pungas.

pungas. Nam tutè collige, & committe voces, & cognosces deficere compositionem. Quid enim est. Ita ambientibus rānis vix in densam umbrā cadente sole, confecta est: multiq[ue] fontes &c. Scribe ergo cum Acidalo. Incredibile dictu, inter vastas solitudines sita, vndiq[ue] ambientibus rānis: & quæ sequuntur: sententia est. Fidem propè excedit: iedē consecuta Deo, seu locus & lucus Hammonis in vasta silua situs, vndique opacitate frondium septus, sole vix umbrā penetrante, terramque respiciente, confectus est, multique fontes &c. siluas alunt.

CAELI QVOQUE MIRAT TEMPERIES) qualis est in Hesperidum nemore, haud procul inde Lib. 9.  
sito, & fortunatis insulis, quæ hodie Canariæ dicuntur. Lucanus:

*Esse locis superos testatur silua per omnem  
Sola vires Lybicum: nam quicquid puluere sicco  
Separat ardenter tepida Berenicide Leptim,  
Ignorat frondes solus nemus extulit Hammon  
Siluarum fons causa loco -----*

Subdit postea Lucanus quare circa Hammonem nullam arbores iacent umbrā, quod sub æquatore sita sint, quod quā verum sit, Astrologi docent, qui negant Hammonem penitus sub æquatore deprehendi. Eodem modo Diodorus Siculus postquam circumfusas vndique arenas eluctatus est, depingit nemus Hammonis, & suis finibus circumscribit. Ipsa sedes ( seu regio circū Hammonem) in latum & lōgum quinquaginta stadia patet, tēsqui milliari nostrarē cum duobus stadijs. Arrianus decem stadijs aëtiorem siluam facit quam Siculus. Cætera de cultu loci eadem delcriptio est Diodori & Arriani cum Curtio, nisi quod sigillatim etiam detriplici munimento arcis exercet & signatè exponit.

ACCOLAE SEDIS SVNT AB ORIENTE PROXIMI AETHIOPVM) Non satis facit (inquit Glareanus) hæc descriptio Geographia perito, quamquam ego eam corruptam & mutilam, deniq[ue] male distinctam puto. Priorum enim versuum sensus de ortu & meridie, ubi distinguedus est nescitur, Aethiopum, Troglodytarum & Arabum. Sed nec corruptus locus est, & distinctu facilis. Ita ergo interpunge, Accolae sedis sunt ab Oriente proximi Aethiopum; in meridiem versi Arabes spectant. (Troglodytis cognomē est) horum regio usq[ue] ad mare rubrum excurrit, at qua vergit ad occidentem, alijs Aethiopes colunt, quos Symnos vocant; à septentrione Nasamones sunt, gens Syrtica &c. Et quamuis ex hac sola veraquæ interpunctione iam mensa auctoris sagaci Lectori liqueat, tamen ut omnibus sole clarius pateat, παραγγελμάτως exponamus: In medio sit fanum Hammonis: ab oriente habitant proximi Aethiopum, à meridie Arabes Troglodytæ dicti, ab occidente alijs Aethiopes, à Septentrione Nasamones. Nonne sole clarius iam lucet Curtius? a spice iconem subiectam.



non ita exeret Diodorus, sicuti, qui Accolas Orientis prætermittit, sic enim Siculus: οὐδὲν διαφέρει τὸ χώραν περιουσίαν κατὰ μὲν τὴν μεσογείαν ἢ Δύσιν αἴθιοπες, κατὰ δὲ τὴν ἀρκτον λίβυαν νομαδικὸν ἔθνος. Καὶ πρὸς τὴν μεσόγειον ἀνήκον τὸ ταῦν Νασαμόνων ὄνομαζόμενον ἔθνος: sacram hanc Deiregionem accolunt versus Meridiem & Occidentem Aethiopes; ad Septentrionem Libyes Numidæ, quibus in mediterraneo campo adhaerent Nasamones. Medium tenent Hammonij: Ptolemaeus in tertia Africæ tabula Hammoniam his finibus describit. Ab ortu finitur regio Iudæa, Arabia Petræa, sinu Arabico: à Meridie interioris Libyæ deserto, & Aethiopia, qua sub Aegypto est: ab occasu Africa & magna Syrte & parte interioris Libyæ: à Septentrione Libyco pelago & Aegyptio. Sed Ptolemaeus non tantum Hammoniam, quasi medium, sed Aegyptum etiā & Pentapolim cum Marmarica seu Hammonia complexus est.

TRAGLODYTIS COGNOMEN EST) Sunt qui à Poeta Erembos hos dictos existiment.

Aithiopæ dñkoumνχ Σιδονίςχ Ερεμβος.

Veni & ad AEthiopias, & Sidonios & Erembos.

Sed plerique hos Arabes arbitrantur. Ιερουλα autem ἀπὸ τῆς ἱρανῆς ιερού, à terra subeunda

Odyss. 4.

li. 16.  
li. 6. c. 19.

cap. 44.

Plinius li. 6.

c. 29.

Solinus 70.

1. 4. antiq.

dicti sunt, quod in speluncis habitent, vnde & Troglodytae cognominantur. τρύγενιμ Græcis est cauerna, δώρο ingredior. Artemidorus horum vitam cultuum, mores copiosè enarrat apud Strabonem, qui de eisdem volumine xvii. ipso initio tractat. Plinius autem varijs locis & libris de eisdem memorat. Hodie dicuntur Abassini, gens proxima rubro mari. Regnum Barnagas indigenæ nominant. Obseruandum quod Herodotus de ijsdem refert. Troglodites Aethiopes solis omnium quos fando cognovimus perniciöissimis pedibus sunt: serpentibus lacertisque, & alijs id genus reptilibus ridentibus, lingua nulli alteri simili videntes, sed vespertilionum more stridentes. Solinus: Troglodyta specus excavant, illis teguntur. Dicuntur Græcis etiam θηρόσαι à ferarum venatione, quos pedum velocitate assequuntur. Melas l. l. c. viii. Troglodyta multarum opum Domini, student magis quam loquuntur, specus subeunt alunturque serpentibus. Diodorus eandem gentem depingit suis coloribus, & à Græcis pastores, ait, appellatos.

QVOS SYMNOΣ VOCANT.) Nisi quā reperio hanc gentem, negant omnes Geographi extare seu Symnos seu Symyos, nam & scriptura variat, vnde est in mentem cogitare Scenitas legendum, quomodo antiqui Codices respondent, qui tamen à Strabone & Plinio collocantur in Mesopotamia. Ptolomeus, Stephanus, περὶ πόλεων voce Gorama. Ammianus, Marcellinus, Solinus, In Arabia. Stephanus Γόρα μα χύρα τῶν Σκυνιῶν Αράβων. Marcellinus Aegyptiā gentem facit omnium vultus, nisi quod super antiquitate certat cum Scythis, meridiali latere Syrites maiores & Phycus promontorium, & Borium, & Garanantes nationes, varia claudunt: qua Orientem è regione prospicit, Elephantinam & Meroen vrbes Aethiopum, & Catadupos rubrum, pelagus, & Scenitas prætendit Arabos, quos Saracenos nunc appellantur. Et idem: ab occidua plaga contingit Armenios & Niphatem, & in Asia sitos Albanos, mare rubrum, & Scenitas Arabas, quos Saracenos posteritas appellantur. Marcellinus varia ratione Scenitas nunc ad Occidenteū, nunc ad Orientem collocat, sicut nos Asiam minorē in Oriente collocamus, Armeni & Persæ eandem ad Occidenteū respiciunt. De Scenitis & originatione verbi hæc Solinus: verū hac Arabia procedit usq; ad illā odoriferam & diuitem terrā, quam Cababanes & Scenitæ tenent, Arabes nobiles monte Casho: qui Scenita causa nominis inde ducunt, quod tentorij succedunt, nec alias domos habent. Ipsa autem tentoria cilicina sunt: ita nuncupant velamenta è capraru pilis texta. Arabiam hic desertam Solinus cum Ptolomeo accipit, quæ tendit vñque ad Fe- Africa, lib. 4. tab. 3. licem, est enim triplex, Petraea, Deserta, & Felix dicta, quam Græci ἐδαχοῦva appellant. Ptolomæus tamen non Scenitas, sed Sentites nuncupat, nisi mendoza est scriptura, quod suspicor. Videtur Strabo Syntas appellare, quos Curtius Symnos aut Symuos dixit. Venit tamen in mentem posse Symnos videri eos, quos Diodorus Siculus Antiquit, lib. Simos vocat.

A SEPTENTRIONE NASAMONES SVNT.) Hunc locum Curtij aperiunt nobis Lucani versus lib. ix.

Hoc tam segne solum gratas non exerit herbas  
Quas Nasamon gens dura legit, qui proxima ponto  
Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis  
Syrtis alit, nam littoreis populator arenis  
Imminet, & nulla portus tangente carina  
Nouit opes, sic cum toto commercia mundo  
Naupagi Nasamones habent.

Multa de Nasamonibus Herodotus in Euterpe, & illorum rége Etearcho gentem Libycam ad o- ram Syrtis Plinius: Iam in ora Syrtis Nasamones, quos antea Mesammones Græci appellauere, ab argu- mento loci medios inter Gacenas sitos. Ptolomæus lib. 4. tab. 3. in Marmoricae descriptione Nasamones ponit. Strabo: Syrtis & Cyrenaicæ superne incumbentem regionem Africæ obtinent sterilem fanè & aridam, primi Nasamones, postea Pylly & Getulorum pars. Stephanus à Nasamone quodam dicto affirmat. Diodorus Siculus circa Syrites quatuor genera describit. Nasamones, ait, ad Notum vergere. Sed quæ Curtius Nasamonibus a signat, Diodorus Auchisis tribuit, quam- que coniunctim de illis narrare videtur, quando de Nasamonibus nihil seorsim addit. Tertij, inquit, neq; vllis subsunt regibus, neq; vllam iusti & equi rationem notitiamque habent, latrocinij semper intenti, rapientes enim qua prima ex deserto, casu occurruunt, confessim ad sua loca redeunt. De- scribit postea mores copiosè.

SYRTICA GEN'S.) Syrtis ἀπὸ τῆς σύρω Straboni deducitur, quod à vento trahantur in mare arenæ & cumulentur, ac cogantur. Syrites Virgilio & Latinis quævis in mari breuia, vt Græcis βραχέα appellantur, loca inquam vadoſa & arenosa, vbi latentes in vndis copuli, arenæ, vada cæca exiſtunt. Sunt quidem aliæ paſsim, sed due in extremis Africæ oris celebratissimæ, à quibus & aliæ nomen habent. Maior, de qua hic; & Minor. de vtraque Geographi. Solinus eleganter has describit: Syrites, inquit, quas inaccessas vndasum ac reciprocum mare efficit, cuiusali defectus vel incrementa haud promptum est deprehendere, ita incertis motibus nunc in breuia rescinditur, nunc astibus inundatur inquietus. Varro auctor est perflabilem ibi terram ventis penetrantibus subitam vim spiritus subitissimi aut reuomore maria, aut resorbere. Ita Solinus in ventum & astum maris potius, quam in arenas vento agitatas causam Syrtium confert. Elegantius adhuc Salustius, Cæterum situm (Leptis Oppidum) inter

lib. II.  
lib. +. c. 5.  
lib. 17.

vni regi  
li. 4. antiq.

cap. 40

inter duas Syrteis, quibus nomen ex re inditum. nam duo sunt sinus propè in extrema Africa, in pares magnitudine, pari natura: quorum proxima terra præalta sunt; cetera, ut forstulit, alta: alia in tempestate vadoſa; nam ubi mare magnū esse, & ſauire ventis caput, limum arenamq; & ſaxa ingentia fluctus trahunt, ita facies locorum cum ventis ſimil mutatur. Dio Chryſotomus eadē egrediē exprimit in fabula Libyca', cui volupe eft cū eleganti ingenio fabulari, poterit auctorem conſulere. Locus incipit, ἐγί δὲ ἡ Σύρτις, &c. Supra, omnia ferè quæ narrat Diodorus lib. 3. de Syrio ſitu. Plinius viriusque Syrtis Africa magnitudinem circumſcribit, minoris trecentis millibus paſſuum ambitu, maioris circuitu 150. x xv. millibus; Idem, duos ſinus vadoſo ac reciproco mari diros nominat. Nec tacet Lycophron in Cassandra, neque Zetzes.

INCOLAE QVOS HAMMONIOS VOCANT. ) Descriptio r̄cumiacentibus populis Hammonis, incipit ipsam Hammoniam & ſedem Hammonis describere. Abeſtautē (ut diuenitus eſt Strabo) tribus ſtadiorum millibus à mari Hammonis æde, hoc eſt, nonaginta tribus noſtratisbus milliaribus cum triente, quamquam opinio eſt Eratosthenis apud Strabonem, Hammonem olim fuille in mari. A Parætonio, vnde ſoluit Alexander, & incipit Hammonia, ad ipſam ſedem Hammonis uſque ſtadia mille & trecenta (quamuis alij ſexcenta ponunt) quæ milliaribus quadraginta paulloq; eamplius conſtant.

HAMMONIOS VOCANT.) Regio Hammonia, & Hammouia ea regio, ab iplo Ioue Hammoni, quem alij regem Libyæ, alij paſtorem faciunt, alij ab arenis, quæ \* Ἀμμοὶ, ſeu Ἀμμοὶ Græcis dicitur, Hammarem aut Ammonem aiunt nuncupatum. Manetho Sebeonites non ab arenis Hammonem. Sed à voce ἀμμοὶ dictum contendit, quod Aegyptijs valet occultum, ſeu occultationem, quo ſuam originationem Plutarchus in Phyrīde ſumifit. Plato in Phædro Thamos, niſi mendofus eſt locus, habet. Ramesses tamen Rex Aegypti in obelisci Thebani epigraphe non ſemel vocat Hammarem. Sed de originatione vocis inſra plura ex Herbartio.


DISPERSI TVGVRIS.) Hammonij, ſea populus viuin in ſiliu quidem degit, ſed extra arcem, quam triplici munitione circumdant Curtius & Diodorus. Nemus eft lxtum, felici arbo- re Palma, thuya, thya, paliuro, & alijs, ut Theophraltus, Arrianus, Diodorus, & Plinius referunt.

PRIMA MVNITIO.) intima nempe in umbilico arcis & nemoris quæ eft anguſtissima, & eft ipſa regio & aula veterum regum. Alteram arcis partem ſeu medium, occupabant reginæ cum regia lobole, ephethis & gynæcæo. Paullò plenius hic Diodorus rem proponit medianique arcem ubi gynæcum & Oraculum eft, propugnaculum totius loci affirmat, nec delubrum tantum ibidem collocat, ſed fontem etiam ſacrum, in quo quæcumque Deo offerenda erant, prius abluebantur. Et in hac media arcis parte erat ipſum oraculum & templum Hammonis. Ultima demum & latissima ſedes muro citi cladebat præſidiū militare, custodes arcis, & corporis regis. Ecce iconifum & templi, & arcis, ex Ortelio deſcriptum.

Sexaginta  
milliaribus  
German.  
viginti  
quatuor.  
Lib. 4. c. 4.  
Lib. i.  
Lib. i. & 17.

\* Ἀμμοὶ  
aliter, vnde  
apud La-  
tinos vtro-  
que modo  
ſcriptum  
repetitur  
Iupiter  
Ammon,  
& Iupiter  
Hammon,  
inde are-  
narius Hā-  
mon. Pro-  
pertius ele-  
gi. lib. 4.  
Hoc nec a-  
renosum  
Libyæ Iouæ  
explicat  
antrum.

### Louis Hammonis Oraculum.



Iam quæras ex me conditorem Louis Hammonis & originem fani. Nigidius apud Cæsarem Germanicum ad Aratiarietem, originem refert ad arietem qui subito ex arenis extitit, cum Bacchus illac exercitum duceret. Immortali autem, inquit, honore donatum ( inter astra nempe Zodiaci seu signifieri ) quod cum Liber exercitum in Africam duceret, & aquæ inopiam pateretur, subito aries exarena exiuit, & Liberum cum suo exercitu ad aquam diuinitus perduxit. Hoc facto Liber eum arietem Iouem Hammonem appellavit, eiique fanum magnificum fecit, eo in loco, vbi reperta est aqua; & abest ab Alexandria itinere dierum nouem, locus arenosus, & serpentum multitudine plenus, & ab arena Ammon est nominatus. Ita ferè Hermippus quoq; apud Hyginum volum. II. in ariete: Hermippus autem, ( inquit Hyginus ) dicit: quo tempore Liber Africam oppugnauerit, deuenisse eum cum exercitu in eum locum, qui propter multitudinem pulueris Animodes est appellatus. Itaq; cum in maximum periculum deuenisset, quod iter necessario facere videbatur, accessit eò ut aqua maxima penuria esset, quo factò exercitus ad defectionem maximam vivere cogebatur. qui quid agerent dum cogitant, aries quidam, fortuitò ad milites eorum errans peruenit, quos cum vidisset, fuga sibi præsidium parauit. Milites autem qui eum fuerant conficiati, et si puluere & astu pressi vix progrediebantur, tamen ut prædam ex flamma petentes, arietem sequi coepérunt usque ad eum locum, qui Iouis Hammonis postea templo constituto est appellatus. Quo cum peruenissent, arietem qui consecuti fuerant, nusquam inuenire potuerunt. Sed quod magis hic fuerat op' audum, aquæ magnam copiam in eo loco nacti sunt, corporibusq; recuperatis Libero statim nunc auerunt, qui ganis, ad eos fines exercitum duxit, & Iouis Hammonis templum cum arietinis cornibus simulacro factò constituit, arietem inter sidera figurauit. Alias origines deducit Herodotus, quos ait se accepisse ex relatione sacerdotum Iouis Thebani, de duabus foeminiis sacerdotibus à Phœnicibus adductis: de duabus verò nigris columbis Dodoneorum Sacerdotum narratione, sed hæ fabulæ Herodotianæ sunt, quibus ut pater fabularum abundat.

lib. 2.

4. En.

v. cxcviii.

Virgilius Iarbam Africæ Regem videtur conditorem Hammonis laudare.

Hic Ammone satus, rapt a Garamantide nymphæ,

Templa Ioui centum latis immania regnis,

Centum aras posuit

Lib. 17.

Diodorus Siculus Templum eius ab Aegyptio Danao conditum prodidit. Atque hæc de conditoribus & origine Hammonis. De effigie eiusdem mox infra subiiciemus. Diodorus Siculus lib. 3. antiquit. Hammonem Libyæ regem fuisse scribit. Idem traditur, inquit, Ammon galea in bellis vsus, cuius insigne fuit arietis caput. Sunt qui ipsum affirment natura in vitroque tempore paruula habuisse cornua, propterea filium eius Dionysium ( Bacchum ) eodem fuisse aspectu: posteriusq; traditum. Deum hunc cornua gestasse.

Lib. 17.

EST ETIAM ALIVD HAMMONIS NEMVS) De hoc Diodorus plane ut Curtius: Haud longe ab ipsa arce alterum extat Hammonis templum, multis magnisq; arboribus inumbratum, propè quod fons est, qui ob id quod ei accedit, Solis nuncupatur. Habet enim aquam secundum horarum spatio mutationes mirandas facientem. Ad primum diei ortum tepida exit de fonte. Progradienti die ad horarum additamenta paulatim frigescit, donec meridie astante, ipsa ad summam redigatur frigiditatem, quam rursus per momenta suarummittit sensim usque ad solis occasum, nocteq; ineunte usque ad medium semper magis incalescit, inde calore deficiente, fit, ut circularem pristinum statum prorsus recuperet. Ptolomæus fontem hunc Solis cap. 4. inter Garamantes ponit, & mille fere stadijs ab oraculo remouet, ut & Glareanus, & alij notarunt. Plinius apud Troglodytas, sed eleganter hunc Lucretius & describit, & caussas rerum naturales explorat, quas apud eundem cognolces. Plinium adde l. 2. c. 3. l. 5. c. 5. Herodotum in Melpomene, Arrianum lib. 3. Ovid. 15. Met. Gualterum l. 1. Melam, Solinum.

ID QVOD PRO DEO COLIT VR. ) A descriptione loci transit ad exprimendam formam Iouis Hammonis, quæ celebatur, & sanè multum abit Curtius à plerisque alijs rerum scriptoribus, qui arietina fronte & ore cornuto, umbilico tenus Hammonem exprimunt. Curtius lapidem umbilico similem pro Deo cultum affirmat. Sed hic primum descriptura controuerſa videndum est. Chirographa omnia, quæ potuerunt haberi, & exterritæ, exemplaria hæc verba exhibent: Id quod pro Deo colitur, non eandem effigiem habebat, quam vulgo Dijs artifices accommodauerunt. Umbilico maxime similis est. Habitus smaragdo & geminis coagmentatus. Franciscus Modius cum Palmerio legit: Umbilico tenus arietis similis est, & geminas voces, tenus & arietis admensus est ex tuo, quæ in Curtio nullæ sunt. Omnes enim & MSS. & vulgati verè recteque videntur habere: Umbilico maxime similis est. Sed quæ mens, inquis, Curtio? certè Modij verba speciem veri habent, nam ut pro illo in speciem propugnemus. Sextus Pompeius: Hamm, inquit, cognominatus, qui in arena putatur inuentus, quæ Græcè hoc nomine \* & μυθος appellatur. Cui cornua affinguntur arietis à genere pecoris, inter quod inuentus est. Et Herodotus: Inupiter cum nollet ab Hercule certi, ab eo tandem exoratus, id commentus est, ut amputato arietis capite, pelleq; villosa quam illi detraxerat induita, sese ita Herculi ostenderet, atque inde factum ut Aegypti Iouis simulacrum arietina facie confingerent, & ab Aegyptijs Ammonios aiunt accepisse. Græci quoque Ammonem κερατοφόρον nuncupant. \* Phœtus Græcius auctor:

lib. 8.

\* αμυθος

\* in Ephæsus: αμυθος κερατοφόρος κέκλιθιμάντη

Ω λέσχης Αμυθος κερατοφόρος κέκλιθιμάντη

O Lybia

O Libyæ vates exaudi corniger Ammon.

Iam Lucanus — stat corniger illic

Iupiter, vt memorant —

Luctatium Placiadæ vide ad illa Statij — licet aridus Hammon Inuideat : Simulacrum, inquit, ad 3. Statij.  
eius adiectis cornibus arietinis confectum est. Et ipse Statius — Quin est cornigeri vatis nemus —


Ouidius — Medio tua corniger Hammon

Vnde die gelida est —

15. Mart.

Martianus : Ammon apparuit cum cornibus arietinis & vestimento Lanicio, ac sicutientibus vndam fontis exhibuit. Seruus ideò arietino capite finge solitum ait, quod eius essent inuoluta responda. Traditur Ammon in bellis galea arietis cornibus insigni vñus, indeque putatur fabula nata, apud Lucianum ρητοροσωτας & appellatur. Arnobius aduersus Gentes. Itaque Hammon cum cornibus iam formatur & singitur arietinis. Quamquam Arnobius Iouis Hammonis statuam ad modum homini factam intelligat, eique pro insigni cornua arietis velut pro tegumento apposita, sic enim ille: Si modo Iouis cornua derribat, & Martis temporibus affigat, Matrem armis spoliet, & his rursum circumcludat Hammonem: interstinctio fieri qua poterit singulorum, cum qui Iupiter fuerat, idem possit existimari Mars esse. Et qui Mauors fuerat, subintroire speciem Iouis possit Hammonis. Haec & his plura à me ex alijs laudata Auctorum testimonia videntur pro Modio facere ad corrumpendum Curtij. Sed oportebat Modium ad duplicum Hammonis faciem animum & oculos aduertere, alteram, quæ pro iconē ipsius habebatur; alteram, quæ pro ipso numine colebatur. Illa specie arietina fuit; haec vmbilici, quem hoc loco delineat Curtius. Pro nobis facit eruditissimus vir & Sodalis noster Andreas Schottus apud Ortelium. Vmbiculum, inquit, hic interpretor rem aliquam eminentem (vt vmbilicus in concharum genere, aut in corpore humano) metæ instar, veluticonum, aut quadratum, aut rotundum: quemadmodum voluminibus iam ferè absolutis (teste Porphyrio) ornamento & usui apponi solent, atque etiamnum bodiæ extrinsecus globi dimidiati forma apponuntur. Prisca enim gentilitatis homines, hac informi forma non raro deos suos indicasse potius quam effigiisse, documenta sunt multa. In templo Delphi, vt refert Strabo 6. Vmbiculus conseruabatur fascijs velatus, ad demonstrandum quod hic locus in vmbilico, hoc est, medio terrarum esset. Eratq; vt Pausanias refert, ex candido marmore. Veneru deo enim signum, apud Cypri Paphuni, auctore Tacito, continuus erat orbis, latiore initio, tenuem in ambitum, metæ modo exurgens, de eadem ferè idem Maximus Tyrius Oratione 38. nisi quod alba Pyramidi similem fuisse dicit. Idem ibidem scribit Arabes Deum suum tetragonolapide significare, & vt Suidas habet, nulla figura incisa, qui hoc de Arabibus Petrais dicit, quorum hunc Deum, Martem ait. Informem lapidem facit eundem Minutus Felix. Peſinuntios quoque in Phrygia, lapidem pro matre Deorum habuisse, auctor est Liuius. Silicem Arnobius 6. non magnum, coloris furui atque atri, angulis prominentibus, inaequalis. lib. 2. lapidem nigellum dicit Prudentius. De Solis sine Helaagabali figura, Herodianus ferè idem quod Curtius de Ammonis: sunt enim hæc eius verba, lib. 5. Politiano interprete, Simulacrum nullum Graco, aut Romano more manu factum ad eius Dei similitudinem: Sed lapis est maximus, ab imo rotundus, & sensim fastigiatus propemodum ad coni formam. Plura ibid. Schottus, quem inspicies.

Habes apud eundem in numero æreo Imperatoris Antonini vmbilicum expr̄ssum.



Aliter tamen vmbilicum interpretatur omnis antiquitatis studiosissimus peruestigator, Græcæque, Latinæ & Hebrææ vocis gnarus, nobilissimus vir, Ioannes Georgius Heruuart in libro quem de magnetæ doctissimum condidit, nec dum vulgavit. Itaque nullo (inquit post longam de magnete disputationem) negotio offendam, oraculum Louis Ammonis (quod Arriano teste ἀτρεκὲς ἐλέγετο ἔνει, infallibile dicebatur esse.) nihil aliud fuisse, quam chartam, quam vocant Marinam, pyxidi Nauticæ, seu Magneticæ ritè iunctam; idque hac ratione probo: Q. Curtius lib. 5. de hoc oraculo Louis Ammonis: Id, inquit, quod pro Deo colitur, non eandem effigiem habebat, quam vulgo Dijis artifices accommodauerunt. Vmbilico maxime similis est (ergo chartam Marinam & pyxidem Nauticam præsentauit) habitus, smaragdo & gemmis coagmentatus. Quippe, lineæ illæ, earumque extremitates, circumferentiam circuli contingentes, quæ vel cardines quatuor mundi, vel reliquos octo rhumbos principales, vel denique residuos ventos intermedios designabant, alijs gemmis & coloribus, vt fit, fuerant insignitæ. Hunc (Iouem Ammonem) cum responsum petitur, nauigio aurato gestant sacerdotes, cum multis argenteis pateris ex vitroq; nauigij laterè pendenterib; Ad Curtium redeamus. Habitus (nam sic iungenda verba sunt) smaragdo & gemmis coagmentatus. Mens Curtij: Quod pro Deo colitur, formam habet vmbilici, vestis, habitus, non alius quam materia vmbilici est, ex smaragdo & varijs gemmis compositus. Diodorus Siculus τό δὲ τὸ Σεβόνον ἐξ σμαράγδων καὶ λευκῶν μετέχεται. Simulacrum Dei ex smaragdis & alijs quibusdam constat. Quia tamen vox habitus non pro materia, sed materia forma apud Scriptores accepta legitur, vt habitus corporis, vocis, hominis fuit quiescentis, sedentis, cubantis, & quæ sunt huius generis, fortalsè verius exponemus verba Curtij in hanc sententiam. Id quod pro Deo colitur, non eandem effigiem habebat, quam vulgo Dijis artificis accommodauerunt; Vmbilico similis est habitus, smaragdo & gem-

& gemmis coagmentatus. Hæc interpunctio est omnium antiquorum Codicum, quæ refert hunc intellectum verborum. Id quod pro Deo colitur, diversa est effigie ab alijs statuis Deorum, quas artifices singunt, vmbilico nempe similis est habitus, seu forma, species, modus, facies eius, quod pro Deo colitur, lapidis, inquam, qui constat ex smaragdo & alijs gemmis, sed factus in modum vmbilici. Erunt fortasse, qui hoc modo rem interpretabuntur. Effigies similis est vmbilico, habitus seu vestiscultusque vmbilici est ex smaragdo & gemmis coagmentatus. Non incommodè sanè, sed nusquam lego lapidem pro Deo cultum, fuisse alia ueste coniectum. Thebanus enim Iupiter non lapis fuit, sed statua Iouis arietina fronte, quam pelle contegebant. Si porrò quæras, quantus fuerit lapis vmbilici? respondebo id nusquam expressum; fas tamen esse, ab exemplo Arabum docere, de quibus est apud Arnobium & Suidam: illos iudem lapidem pro Marte coluisse, quæ accurate describit; Deus Aρης, τατεις θεος Αρης, ον περ Σατυρον Αρετας. σκεπαις δε θεος Αρης περ αυτοις, ρόδε γαρ μάλισα λεμώσι. τοδέ εγγαλμα, λιθος εσι μέλας τε Σάγων, απόπτωτος, υψοποτος πυδῶν δι έναρχος δύο. Deus Mars in Petra Arabia, colitur autem Deus Mars apud illos. Huncenim potissimum venerantur, simulacrum lapis est quadratus, informis, longus pedes quatuor, latus duos, incumbit vero aurea basi. Huic sacrificant, & sanguine victimarum imbuunt. Et hæc est illorum libatio. Templum vero totum multo auro radiat, multaque vota & anathemata ibidem spectantur. Hammonis Iouis lapidem, paruum non fuisse licet existimare, quod illum octoginta sacerdotes humeris in aurea naui gestarint, quod forte fortuna Dei nutus eos agit, vt refert Diod. Sic. l.17.

HVNC CVM RESPONSVM PETVNT.) Idem prorsus tradit Diodorus Siculus, nisi quod, vt modò dixi; addat numerum sacerdotum. Hoc obleruandum ex Herodoto, Callisthene, Home-ro, & alijs, multa oracula nutu duntaxat esse data à Dijs paganorum, vt & hoc Ammonis. Eustachium vide ad Dionysium Afrum p.31. Strabonem l.17.

NAVIGIO AVRATO.) Quod ipsi sacerdotes octoginta ferebant humeris suis; nec enim flumen illuc vllum, cum Ammon multis millib. passuum abeflet à mari, aut flumine. Cæterum hunc totum locum Curtij Heruwartus ἀλλυγορικῶς putat accipendum, sic enim ille. Cum itaque Iupiter iste Ammon, vt responsum det, nauigio fuerit gestandus, quis iam amplius dubitauit, ad rem nauticam eum pertinere; est quidem ad directionem nauis Prætoriæ, quam σφαγγίδα, & βασιλίδα vocant, vt quæ deaurari fuerit solita: idque cō magis, quod ab ipsis sacerdotibus, tanquam nauis illius gubernatoribus, fuerit gestatus. Pateræ vero argenteæ, ex vtroque huius aurati nauigij latere pendentes, sine omni dubio pyxides illæ nauticæ sunt, quæ in chartæ marinæ circumferentia. octo, vel sedecim numero circumcirca, æquali spatio à se inuicem distantes, delineari solent. Et denique subiungit Curtius: sequuntur matronæ, virginesq; patrio more inconditum quoddam carmen canentes, quo propitiari Iouem credunt, vt certum edat oraculum. Repræsentant itaque hæ matronæ & virginis, reliquas videlicet, eiusdem clavis, maiores & minores naues, quæ inconditis carminibus & laborem atque tedium nauigationis solantur, atque simul vna remigia moderantur, & nauem Prætoriam, quæ ex arte magneticā prænatigat, atque noctu & interdiu lampades & faces ardentes secum gerit: noctu quidem flammarum, & interdiu fumum è longinquō cernentes, subsequuntur & comitantur. Diodorus Siculus aperte etiam rem denarrat, ingentem scilicet matronarum virginumque turbam secutam toto itinere Pænas canentium, Deumque hymno patrio celebrantium: allegoriæ nulla mentio, vel significatio. Et reuera longius cum suis allegorijs videtur nauigando progressus Hervvartus, qui ibidem disputat de nominis originatione. Primænum inquit, & genuinū Iouis Libyci nomē non est Ammon, Αμμων sed Δαμων & per aphæresin Αμων, testatur id Plato in Phædro. Hebrais Tamun idem valet, quod absconditū & occultatum, & quæ ibid. sequuntur omnia ad artem nauticam relata. Per vmbilicum intelligit instrumentum \* magneticum. Tureliqua apud eundem cognoscere. Nobis hæc satis.

c.36. Edit. Ingolst. \* compast. acum nau-ticam. lib. 4. INCONDITVM CARMEN.) rude, barbarum, Ammonica lingua. Ita Liuius frequenter derudi milite in triumphis vociferante, & inconditum carmen proclaimante. Ita inconditus clamor, fremitus, & hoc genusalia, apud optimos scriptores.

RECEM PROPIVS ADEVNTEM.) Callisthenes Soli Regi à Sacerdote concessum, vt templum ingrederebatur habitu consueto: cæteros vestem mutare iussos, & foris omnes oraculum audiuisse, dempto Alexandro, qui ingressus intrò fuerit. Siculus quoque introductum, ait, Alexandrum à sacerdotibus in templum, nulla reliquorum facta mentione.

FILIVM APPELLAT, HOC NOMEN ILLI PARENTEM IOVEM REDDER E.) Maxims antistes Alexandrum filium Iouis consulutavit, hoc enim nomine dignatum, ait, à Patre eius Ioue. Plutarchus id fortasse euensis, ait, & oraculi loco acceptum ab Alexandro & eius comitatu. Cum enim homo barbarus Græcum regem conaretur Græca lingua excipere, pro πατέρος, hoc est, fili, dixisse πατέρος. Macedones vero & Alexandrum diuīlā voce πατέρος mox rem in miraculum traxisse, vocatumque filium Iouis. Hoc enim valet πατέρος. Plutarchum iuuat audire Iua lingua loquentem. Ενοιδέ φασιν τὸν μὲν προφήτην ἐλληνιστὴν λόμενον προσεπέν μετά λντος φιλοφροσύνης, ὡπαδίον, ον διτελευταῖον τὸν φθόγγον, ὃντο βαρεφορισμὸν πρὸς τὸ στύγμα ζενεχθῆναν καὶ εἰπεῖν ὡπαδίον ἀντὶ τοῦ, ν, δ, σ, χρητάμενον. Ασμένω δὲ διαλέξανδρῷ τὸ σφάλμα τῆς φωνῆς γενέσθαι, καὶ διαδοθῆναι λόγον ἐξ πατέρα Διὸς ἀντὸν

τὸς δὲ προσειπόντος. Iustinus subornatum ait ante antistitem ab Alexāndro: Igitur, inquit, Alexānder cupiens originem diuinitatiū acquirere, simul & matrem infamia liberare, per præmissos subornat Antistites, quid sibi responderi vellet. Ingredientem templum, statim Antistites, ut Hammonis filium salutant. Ille latus Dei adoptione, hoc se Patre tenueri iubet. Orolius idem ex Iustino cum elegantí epiphonemate: inde ad templum Iouis Ammonis pergit, vt mendacio ad tempus composito ignominiam sibi patris \* incesti.

certi & infamiam adulteriæ matris aboleret. Nam accersum ad se fami ipsius Antistitem ex occulto monuit, quid sibi tanquam consulenti responderi velit, sicut historici eorum dicunt. Ita certus Alexander fuit nobis prodidit, Dñs ipsis mutis & surdis, vel in potestate esse antistitis quid velit fingere, vel in voluntate consulentiis, quid nolit audire. Ita nempè Hammon didicit ad voluntatem Alexandri, Αλεξανδρίζειν, sicut Pythius Apollo Demosthene teste, φιλοπτυχεῖν. De hoc Alexandri itinere & oraculo Hammonis, Strabo quoque lib. 17. Itaque Ammonis oraculum, ferè desertum est, quod in honore quondam fuerat. Id ymprimis declarant, qui Alexandri res conscriperunt, qui quamquam adulandi gratia non pauca adiecerunt, indicant tamen, qua credenda sint Callisthenes narrat Alexandrum quadam ambitione inductum ad id oraculum contendisse, quod intelligeret Perseum & Herculem prius ed adscendisse, atque à Paratonio profectum, quamvis austriis incidentibus flatibus, pertendisse, & cum per puluerem vagaretur, imbrum superuentu, & duorum coruorum qui iter commonistrarent, seruatum esse, quæ ipsa iam adolatoriè dicuntur similia sunt quæ sequuntur. Soli scilicet Regi à sacerdote concessum, vt in templum ingredieretur habitu consueto: ceteros vestem mutare iussos, & foris omnes oraculum audiuisse, dempto Alexander, qui ingressus intro fuerit. Responsa non vt apud Delphos, & Branchidas verbis dari, sed magna ex parte nutu, & signis: quemadmodum & apud Homerum.

Dixit, cœruleisque supercilijs pater almus

Annuit—

Vate nimirum Iouem imitante. Hoc autem expresse eum Regi dixisse, esse ipsum Iouis filium. His Callisthenes tragicè rem exaggerans addit, cum Apollo Branchidarum oraculum deseruisset, ab eo tempore quo templum à Branchidis Xerxes sequentibus spoliatum fuit, & fons defecisset: & hunc tum denud scaturisse, & Milesiorum legatos Memphis profectos, multa responsa attulisse de nato à Ioue Alexandro de futura apud Arbelæ victoria, de Darij morte, de rebus Lacedemone nouandis: de generis quidem nobilitate, etiam, Erythream Atbenaidem effatum, quæ Erythræ antiquæ Sibyllæ similis fuerit.

ACCIPERE ET AGNOSCERE AIT.) Accipere & admittere nomen filij Louis cum adoptione, agnoscere Iouem Hammonem patrem.

HUMANAE SORTIS OBLITVS. (quamquam vulnera, venena, mors illum sapè suæ sortis admonuerunt. Pater Alexandri verus, Philippus inquam, vt nunquam se hominem in tanta felicitate obliuisceretur, quotidie præcepit Ephebo, vt manè ingressus Regis conclave proclamaret ἀνάσα βασιλεῦ, & meminisset τὴν θέσην ἔντα. Notarunt etiam Sibyllæ Alexandrum.

Καὶ μετὰ τὸ Πέλλης πολεμῶσα, οὐκέποκασα  
Αντολή δεδάμασο, καὶ ἐπερί πολύολε<sup>Θ</sup>  
Οὐβασιλῶν ἄλεγε νεον δ' ὄφελε φιλίππω  
Οὐ Διός, οὐκ Αμμιλον<sup>Θ</sup> ἀληθῆ φημι χθέντα.  
Post ciuem Pelles oriens cui paruit omnis  
Diues & occasus domitori, quemque Philippo  
Restituit Babylon, denique stravit, putatum  
Ammonis falsa Iouis ortum semine fama.

\* Nicander  
vertit Sl.  
sed melius  
AN. nam  
Si nunquā  
apud Latini-  
nos cum  
interroga-  
tione ponii-  
tur. usurpa-  
tum tamen  
quandoque  
pro AN, sed  
fine inter-  
rogatione.

\* Male in-  
uerit Xylä-  
der. si lux  
est, dies est,  
potest esse  
luna lux,  
aut ignis.  
in Græco  
recte Plu-  
tarctus. &  
μέτρα, φαε-  
στι dies est,  
lux est.

CONSULVIT DEINDE.) Proprium verbum de oraculis sciscitandis, consulerē oraculum. Exempla paucim apud Liuium. AN) formula consulendi oracula, quæ Græcis est & Plutarchus super hac vna syllaba & composuit libellum, qui hodieque legitur, περὶ τὸ εἰτε Δελφοῖς. Erat hoc & inscriptum foribus templi Delphici aureum Liuia Augustæ, æreum Atheniensium, omniumque primum & antiquissimum ligneum, quod hodieque sapientum appellant, non ab uno, sed ab omnibus simul dedicatum. Est enim vt Delphi opinantur, & Nicander sacerdos omnium nomine dixit, quasi vehiculum & formam sermonis, quo Deum compellant homines syllaba EI, quod Latinè \* AN dixeris, principemque locum obtinet in interrogationibus, dum consultores identidem querunt ac sciscitatur: An Victoria sit potius? an ducenda vxor? an expediat nauigare? an agriculturam exercere? an peregrinari? Ceterum Græca vocula & multo maiorem vim habet, quam Latina, vel AN, vel si. Nam illa vna valet & AN cum queritur. Et, si, cum optatur, &, si, cum cōditio apud Dialecticos ponitur, & accipitur pro altera persona verbī eiū, ē hoc est, & s. & germanissimè ad Deū referunt, qui suū nomen dixit esse. Ego sum, qui sum. Et: Qui est, misit me ad vos. Quāuis, n. si apud Latinos quoq; usurpetur pro optandi ratione, & nonnunquā pro AN cum non queritur. Vr: vide, si dominus vide, an domisit. vide, si potes esse hæres. Vide, an possis esse hæres, vbi non tam habet vim interrogandi, quam imperandi. Quāuis lateat occulta interrogatio. \* Et pro cōditione seu annexo Dialectico: si dies est, lux est, sed nunquā pro & s, vt Græcis, quod etiā Plutarchus refert ad Dei naturam.

Q

Ergo,

Ergo, ut ad Curtium redeamus, vocem an hic eodem intellectu usurpat, quo Græci suum eum, cum Deos consulit. Quæsiuit primum Alexander non vtrum Hammonis esset, hoc enim iam Vates per se responderat, cum Louis filium πάρθενον salutauit, & nuncupationem Alexander (humanae fortunæ oblitus) acceptauit: sed an eslet futurus totius orbis, quem spe iam deuorarat, Dominus. Deinde quasi oblitus le Louis filium, omnia ex compacto, an Philippi parentis interfectores dedit sent cædis penas?

Postremò ipsi purparati Alexandrum & stipatores quæsuerunt, an idem Jupiter sibi esset auctor regem suum diuinis honoribus colendi. Omnia affirmabat vates, nisi quod negarit Alexandrum Philippi filium, sed Louis, qui lxxdi occidiique non posset.

Maximus Tyrius Sanctissimus Philosophiae cultor, refert alia omnia quæsita esse ab Oraculo per Alexandrum. Admisso Oraculo, aiunt, nil amplius à patre suo voluisse querere.

VERE ET SALVBRITER AESTIMATI FIDEM ORACULI.) sequitur scriptoris iudicium super his vatis, Dijis, oraculis cultis & consulentibus, omniaque vanitati, superbie, compositisque ex arte mendacijs adscribit.

FORTUNA QVOS VNI SIBI CREDERE COEGIT.) Nobilis gnome & epiphonema. Mens Curtij est: Quamquam nunquam fuit Deus Alexander, nec Dei Filius; & oraculum sit mendax, tamen cum Alexander tam secunda fortuna in omnibus prælijs & conatibus esset vñsus, persuasit fortuna plerisque Alexandrum aliquid maius homine habere, præterim ipsi Alexandro, quem gloriæ veræ magis cupientem fecit, quam eius potentem, & modestè ferentem. Idem ferè Liuius de Romulo: Quorum nihil absonum fidei diuina originis, diuinitatisq; post mortem credita fuit: non animus in aucto regnore recuperando, non condenda vrbis consilium, & quæ sequuntur.

IUSSET.) vt infra apparebit, & supradictum est.

CORRUPIT.) Ita amat fieri, cum supra hominem & fortunam sapimus, vt veram etiam laudem, si qua parta est, corrumpamus.

MAIORA LIBERTATIS VMBRA.) Non adorabant suos Reges Græci, vt Persæ, Parthi, aliquæ barbari, imò execrabantur huiusmodi adorationes, & adulations, & Athenienses magna pecunia multabant, si id legati fecisse deprehenderentur.

CONTUMACIVS AVERSATI.) Vt Hegelochus, Philotas, Hermolaus, Parmenio, Clitus, Callisthenes, ac demum plerique omnes cum ingenti regis detimento & infamia occisi. Philotæ cùm Rex ipse scripsisset ex Aegypto, qualis fors edita esset Louis Hammonis oraculo, sustinuit, inquit Alexander, rescribere mihi, se quidem gratulari, quod in numerum Deorum receptus esset: ceterum misereri eorum quibus viuendum esset sub eo, qui modum hominis excederet. Ad hanc objectionem eleganter ac solerter Philotas respondit, vt infra cognoscetur. Acerbissime ex communi sensu Macedonum & Græcorum Hermolaus. Tu Macedonas voluisti genua tibi ponere, venerariq; vt Deum. Tu Philippum patrem auersaris, & si quis Deorum ante Iouem haberetur, fastidire etiam Iouem. Miraris si liberi homines superbiam tuam ferre non possumus? & quælibet sequuntur. Plura infra suo loco. Ex his tamen dicis, quam iniuria fuerit Macedonibus Alexandri diuinitas, quantoque præstiterit illum inter homines humanæ fortunæ contentum viuere. Ceterum, quia hoc caput de Hammoni tractat, pro corone potes discere, quæ Strabo docet, Hammonis oraculum ferè desertum fuisse ævo suo, floruisse tempestate Alexandri. Subdit multa ibid. ex Callisthene de Milesiorum legatis, de futura pugna Alexandri ad Arbela. Plutarchus tamen περὶ Τύρου ἐλεύσοντων χρεῶν, nihil admodum de Hammoni, nisi quod Cleombrotus Lacedæmonius demirandum narrat, de lucerna in fano Hammonis ardente, quæ anno semper posteriore minus olei abstundat, vnde sacerdotes cogebant, sequentem quemque annum priore esse breviorem, de qua re copiosè ibid. disputatur.

## CAPUT XXXI.

### ARGUMENTVM.

Alexandria non sine prodigijs conditur. Ægyptus præfectis regenda traditur. Hector Parmenionis F. Nilo perit. Vtulatus Andromachus præles Samariæ. Tyrannorum supplicia. Legationes Græcorum.

rum. Cyprij reges donis culti. Amphoterus contra piratas mittitur. Herculi Tyrio Alexander operatur.

**A**lexander ab Hammone rediens, ut ad Mareotin paludem haud procul insula Pharo sitam venit, contemplatus loci naturam, primum in ipsa insula statuerat urbem nouam codere. Inde, ut apparuit, magna sedis insulam haud capacem, eligit urbi locum, ubi nunc Alexandria appellationem trahens ex nomine auctoris: complexus quidquid soli est inter paludem & mare, octoginta stadiorum muri ambitum destinat: & qui ex adficanda urbi praesent relictis, Memphim petit. Cupido haud iniusta quidem, ceterum intempestua incesserat, non interiora modo Aegypti, sed etiam Aethiopiam inuisere. Memnonis Tithoniq; celebrata regia cognoscenda vetustatis audum trahebat pene extre terminos solis. Sea imminens bellum, cuius multo maior supererat moles, otiosa peregrinationi tempora exemerat. Itaq; Aegypto prefectus Aeschylum Rhodium, & Peucesten Macedonem, quatuor millibus militum in praesidium regionis eius datis: claustra Nili fluminis Polymenem tueri iubet. XXX. ad hoc triremes datae. Africa deinde qua Aegypto iuncta est, praepositus Apollomus, vectigalibus eius Africæ Aegypti, Cleomenes. ex finitimis urbis commigrare Alexandriam iussis, nouam urbem magna multitudine implouit. Fama est, cum Rex urbis futura muris potentiam, ut Macedonum mos est, destinasset, auium greges aduolasse, & potentiam esse pastas. Cumq; id omen pro tristi à plenisq; esset acceptum: respondisse vates, magnam illam urbem aduenarum frequentiam culturam, multisq; eam terris alimenta prabituram. Regem cum secundo amne deflueret, asequi cupiens Hector Parmenonis filius, eximio etatis flore, in paucis Alexandro carus, paruum nauium concendit, pluribus quam capere posset impositis. itaque meranauiis omnes destituit. Hector diu flumini obliktatus, cum maderas vestis & astricti crepidis pedes nature prohiberent, in ripam tamen semianimis euasit: & ut primum fatigatus spiritum laxavit, quem metus & periculum intenderant, nullo adiuuante, quippe in diuersum euaserant alijs, examinatus est. Rex amissi eius desiderio vehementer afflictus est, repertumq; corpus magnifico extulit munere. Onerauit hunc dolorem nuncius mortis Andromachi: quem praefeccerat Syria: viuum Samarit. cremauerunt: ad cuius interitum vindicandum, quanta maxime celeritate potuit, contendit: aduenientiq; sunt iraditi tanti sceleris auctores. Andromacho deinde Memnona substituit: affectisq; suppicio, qui prato rem interemerant. Chrysolaum popularibus suis tradidit: quos illi ob iniurias toruos necauerunt. Atheniensum deinde Rhodiorum & Chiorum legatos audit. Athenenses victoriam gratulabantur, & ut captivi Gracorum suis restituerentur, orabant. Rhodij & Chij de praesidio querebantur. omnes aqua desiderare uisi, impestrauerunt. Mitylenais quoq; ob egregiam in partes fidem, & pecuniam, quam in bellum impenderant, reddidit, & magnum regionem finibus eorum adiecit. Cypriorum quoque regibus, qui à Dario defecerant ad ipsum, & oppugnanti Tyrum misserant classem, pro merito honos habitus. Amphoterus deinde classis praefectus ad liberandam Cretam missus, (namque & Persarum & piratarum armis pleraque eius insula obsidebantur) ante omnia mare à piraticis classibus vindicare iussus, quippe obnoxium prædonibus erat, in bellum utroq; Rege conuerso. His compositionis, Herculi Tyrio ex auro crateram cum triginta pateris dicauit, imminensq; Dario iter ad Euphratem pronunciari iussit.

ALEXANDER AB HAMMONE REDIENS.) Iupiter Libycus, non nisi à Græcis Ammon vocatur, ut disertis verbis tradit Herodotus, Plato, Plutarchus. Non autem Libyes eum vocant Αμμων, Pin-va, Ammonem, nec Aegypti, cum \* constet è Thebis Aegypti eum esse ortum. Verum itaque & Proprium primæum, & genuinum huius Iouis nomen non est Αμμων, Ammon, & alijs, sed Ταμον, Θαμον & peraphæresin Αμυν Amun. Testatur id \* Plato in Phœdro.

REDIENS.) Eadem via qua iuerat, ut Aristobulus, rectiore Memphim versus, auctore Ptolemaeo.

AD MAREOTIN PALVDEM.) De hac superiori capite dictum. Hic accipe Mareotin supra Pharon sitam esse, & Pharon in mare excurrisse,

\* ex Hero-  
doto, Pin-  
va, Ammonem,  
Proprium primæum,  
Θαμον  
\* P. 274:

Grammatici  
φάρον  
quasi  
φάνον  
deducunt.

Odyss. 4.

\* de bello  
Iugurthino

Diodorus  
lib. 17.

\* Velleius  
quadriennio  
ante æ-  
dificatam  
tradit lib. i.  
c. 14.

\* primus  
enim A-  
lexandri  
regnantis  
fuit ante  
Christum  
natum.

335. 1.  
334. 2.  
333. 3.  
332. 4.  
331. 5.  
330. 6.  
Hic iam  
quaestio  
est inquit  
Salianus,  
&c.

Strabo l. 17.

\* Demo-  
chares, Di-  
nocrates.  
Trium mil-  
liarum am-  
bitu, vt vi-  
des. Diodo-  
rus se si qui  
tertio tan-  
tum.

\* immensa,  
& incerta.

**INSULA PHARO.**) πολυθύλητον νησος, πρὸς τὴν Αλεξανδρεῖαν, ἐφ ἡ δὲ Σωτηρίας τῷ Δεξιόφανεῖ πύργῳ διμονόμως λέγομεν φάρον. Nobilissima insula ad Alexandriam, in qua Sofstratis Dexiphanis turris condita eodem nomine appellatur. φάρος autem, inquit Stephanus, περὶ πόλεων, ὁ πρωρεὺς μενελάς ἐν τῇ νήσῳ δηχθεὶς ὑπὸ δφεως ἐτάφει. Pharus prouta Menelai in insula à serpente ictus tumulatus est. Ab hoc insula nomen accepit. Idem Eustathius ad Homerum. Laudat Pharon Geographorum antiquissimus, & præstantissimus, omniumque Poetarum conditor & magister Homerus ab opportunitate portus, remouet tamen illum à continente vnius die inauigatione. Cum posteris saeculis ita ad eandem accederit, vt ponte urbi iungeretur, causam aperit Mela, plura Eustathius, Scylax geographus, Caesar bello Alexandrino. Strabo l. 17. copiosè, Lucianus πῶς δεῖ ισορίαν γέρεν. Solinus c. 45. Ammianus, Iosephus, Plinius, & complures alij. Alexander cum insulam inspexisset minorem ambitu præ quam cupiebat, ad urbem, inquam, condendam, locum illum delegit, qui situs inter Pharon & Mareotin.

VBI NVNC EST ALEXANDRIA, APPELLATIONEM TRAHENS EX NOMINE AVCTO RIS.) De Alexandria prælabit nihil quam pauca dicere, vt \* Sallustius de Carthagine scripsit. Sed cum hic de natali urbis agatur, in breuiarium omnia conferam, & auctores laudaho, quieam accuratius descripserunt. Alexandria ab Alexandro M. anno regni 5. condita, vt auctor est Diodorus: alij verius 6. ponut, quod primum regni anni Diodorus prætererit: Eusebius, & Eutropius 7. (sed hi finem, Diodorus initium urbis spectauit) cum 5. & 20. ætatis ageret, Olympiade 12. supra centesimam, auctore Solino, L. Papyrio Spuri F. Cajo Petilio C. filio. Liuius lib. 8. Interrex L. Aemilius Coss. cre- at C. Petilium, L. Papirium Mugilanum: eodem anno Alexandriam in Aegypto proditam, conditam. \* Dio- dorus nominat Spurium Poithumium, & Veturium Coss. Athenis Aristophane prætore. Noster Salianus Annal. Eccl. Tom. 5. tempus ædificatae Alexandria ita dilerte explicat. Annus, inquit, Mun- di 3723. sextæ ætatis, imperij Persarum 207. Darij 8. Ieddoæ 34. \* Alexandri 6. (Sextum accipe in- choatum, non finitum.) Olymp. 112. 2. Archonte Aristophane. Urbs conditæ 422. Coss. M. Claudio Marcellio. T. Val. Potito ante, Christum natum 330. Ambitus mœnium cotinebat stadia octoginta: duo inquam nostrata milliaria cum dimidio. Diameter plateæ maximæ à porta ad portam perti- nens stadia 40. in latum patet pedes 100. minus tamen Strabo extendit. Dinocrates Architectus o- peri præfuit, longitudinem Matheseos alumni faciunt assium 90. latitudinem 24. M. 20. Formam Chlamydis orbe gyrato laciniosæ situs refert Scaliger animaduer. ad Eusebium: M. I C. L X X VI. Alexandria in Aegypto condita. Metachronismus, inquit, vnius anni, condita enim anno antece- dente qui erat 2. Olymp. 112. Aristophane magistro Athenis. C. Valerio Pelio Flacco. M. Claudio Marcello Coss. non autem primo eiusd. Olymp. vt scribit perperam Solinus, & fabule addit L. Pa- pyrio Spuri F. C. Petilio C. F. Coss. cùm illud par consulum quinquennio post magistratū gesserit, anno 2. Olymp. 15. nisi quis intelligat L. Papyri Cursore, C. Petilium Libonem Vitolum II. vt Stra- bo, Plutarchus, & Diodorus tradunt, sed breuissimam & optimam eius descriptionem ex Strabone & Plinio dabo. Ille: ἦ δὲ ἐν καρπίᾳ πολύσοκτος, ἀμφίκλιτον γάρ ἐστι τὸ χωρίον δυσὶ πελάγεσι, τὸ μὲν ἀπὸ τῆς αὔχτον, οὐδὲν πέρι λεγομένον τὸ δ' ἀπὸ μεσημερίας τὸ λίμνης Μαρέτας, η καὶ Μαρέτης λέγεται. Certè com- ditates urbs habet non vnius modi generis. Duo maria locum vndig, allunt, alterum à septentrione, quod Aegyptium dicitur, alterum à meridie, quod Mareta lacus & Mareotis appellatur. Laudat dein Geographus portus à mercibus importari exportarique solitis, & Mareotidis portum alteri præfert. Subiungit præterea situm & ventos Etesias, qui urbem refrigeret, & omnem pestilitatem purget, auferantque. Ea post, iterum pergit: ἐστι δὲ χλαμυδοειδὲς τὸ σχῆμα τὸ εδάφης τὸ πόλεως, οὐ τὰ μὲν ἐπὶ μηκεῖς πλευραῖς ἐστι τὰ ἀμφίκλιτα δυον Σιακοντα σάδια ἔχοντα διάμετρον. τὰ δὲ ἐπὶ πλάτος οἱ ιαθμοὶ ἐπίλαθη ὅπλα σαδίων ἐκάτεροι σφι, σόμενοι τὴν μὲν ὑπὸ βαλάνης, τὴν δὲ ὑπὸ λίμνης. Απασα μὲν δύοις κατατέμηται, παπλάταις καρματη- ταις δυοις δὲ πλατυτάταις ἐπὶ πλέον ἀναπεπλαμέναις. Urbs solum Chlamydis figuram habet, cuius la- tera, quæ in longum tendunt 30. ferè stadiorum habentia diametrum, latera verò, quæ in latum sunt, isthmis stringuntur septem octoē stadiorum, hinc mari, illinc lacu allutorum. Ac tota quidem urbs vix diuisa est, per quas & equi & currus agi possint. Duabus autem latissimis, quæ amplius ingero expanduntur, & se se medias ad rectos angulos secant. Ab hac descriptione descendit Geographus ad singulas partes & fana, regias, mulcas, & regionum partem σώμα dictam conditorum regum, vbi Alexandri corpus postea in au- reo sarcophago conditum est. Hæc ferè Strabo, ex quo alijsq; mox de omnibus cōdendæ urbis docebo. Hirtius de bello Alexandrino, Alexandria, inquit, est ferè tota suffossa, specusq; habet ad Nilum per- tinentes, quibus aqua in priuatas domos inducitur, quæ paulatim spacio temporis subsidit & liquefit. Plinius: sed iure laudetur in littore Aegypti maris Alexandria à Magno Alexandro condita in Africa parte, ab ostio Canopico 12. pass. iuxta Mareotim lacū, qui locus antea Aropotes nominabatur. Metatus est eam \* Denocha- res architectus pluribus modis, memorabilis ingenio 15. passū laxitate & infessa, ad effigiem Macedoniae chla- mydis orbe gyrato laciniosam, dextrâ lauagā, angulos procurvsi; iam tum tamen quinta situs parte regia dica- ta. Extat nobilissima Dionis Chrysostomi Oratio ad Alexandrinos, quæ tamen quantū laudat mœ- nia, portus, aquas, ædificia, tantopere vituperat incolas & populum, quem cum Centauro & Cyclope cōponit. Aristides εἰς Ρώμην solam Alexandriā dignā Alexandro, opus ab Alexandro sui monumen- tum reliquile testatur. δὲ μόνον, inquit, οὐτοις τὸ ξενιτεῖ φύσεως ἐργον καὶ μενεμεῖον κατέλιπε πρὸς Αἴγυπτον πόλιν, ταῦτης οὐ ποτὲ οὖτε φύσεως ἐχατε καὶ μεγίστης μετὰ τὴν οὐμετέραν κρατοῦσῃ. Idem ferè in Pro-

in Propheticis Smirnensi de Alexandria ponit. Quod si, qualis hodiè sit Alexandriae status & aspectus, scire aues, pauca ex Petro Bellonio cognosc. Arcenofò solo sita est in promontorio quo dam, ab uno latere mediterraneo mari alluitur; ab altero Mareoti lacu ampio, & in longum extenso. Superfunt adhuc moenia quæ Alexander Macedo extrui iussit: at vrbis interior ex veterum ædificorum ruinis magna ex parte constat. Diruta autem fuit ea vrbis, quando Galliæ & Cypri reges Sultanū ex ea expulerunt. Nam illam minimè retinere posse animaduertens prius diruit, quam in hostium potestatem veniret. Postea tamen paulatim ædes extrui cœperunt pro incolarum ratione. Sed & nunc nisi Christiani mercatores suos isthac institores alerent, ob mercium permutationē, parum celebris esset. Multa dein Bellonius disputat de mercibus importari solitis, Subiicit demum vrbis Ichnographiam, ut hic delineatam spectas. Ex Bello-  
nia cura-  
ta.

*Genuina delineatio Alexandriae Aegypti.*

Meridies.

Orient.

Africa continentem.  
Occidens.



Septentrio.

*Mare Mediterraneum.*

- |   |                      |                         |
|---|----------------------|-------------------------|
| 1. Ingressus Nili in urbem.                               | 5. Mosquea.          | 11. Porta maritima.     |
| 2. Porta del Pepe.  | 6. Porta Memphitana. | 12. Palatium Alexandri. |
| 3. Colonna Pompeia.                                       | 7. Silua Palmarum.   | 13. Pharus.             |
| 4. Mareotis, lacus aquæ dulcis valde, amplius & piscofus. | 8. Obeliscus.        | 14. Castelletto.        |
|   | 9. Arx noua.         | 15. Gazophalo.          |
|   | 10. Arx vetus.       | 16. Portus vetus.       |

Qui plenam velut panegyrim & laudationem Alexandriae querit, apud Marcellinum volumite altero & vicesimo extremo reperiet, qui verticem omnium vrbium appellat Alexandriam. Nihil lib. 22. tamen in illo leges, quod Strabo neglexerit, Serapium fanum cum Capitolio componit, post quod, ait, nihil orbem terrarum ambitiosius cernere. Bibliothecam bello Alexandrino sub Cæsare narrat arsifile, quæ continebat volumen septingenta millia. Adeas præterea licet D. Hieron, ad Eustō Vitruinū chium, Sidonium Apoll. car. 3 versu 125. Zonaram vol. 1. Cedrenū, qui cum Eusebio & Eutropio vult inspice. cōditam anno Alexandri 7. Nihil propè admirabilius Alexandriae Serapio, seu Serapidis templo, vbi multæ præstigiæ siebant: Theodosij iuslū tandem euersum est, de quo multa Macrobius lib. 1. Saturnal. c. 10. plura Ruffinus de ornatu fani & præstigijs. Prosper de prædict. lib. 3. c. 38. Iulius Mater-nus Firmicus c. 14. Baronius Annali. 4. Anno Christi 389.

QVI EXAEDIFICANDAE VRBI PRÆSESSENT. ) Aedificandæ vrbis præfectum esse tradit Plutarchus Stasistrate, Strabo & Aelianus Chinocratem, quanquam apud Strabonem legatur Chiromocratem, alij Chersimocratem, vt notauit Philander, Iustinus Cleomenem facit ædilem Alexandriae, Plinius Denocharem scribit, sed exemplaria vetera Dinocratem referunt, vbi & Vitruinus & Solinus. Dinocrates ergo nomen sit, de quo Vitruinus lib. 2. in præfatione elegantem historiam exponit: Dinocrates, inquit, Architectus cogitationibus & solertia fretus, cum Alexander rerum potiretur, prefectus est à Macedonia ad exercitum, regie cupidus commendationis. Is è patria à propinquis & amicis tult ad primos Ordines & purpuratos literas, vt aditus haberet facilitiores, ab eius exceptus humanè, petiit uti quamprimum ad Alexandrum perduceretur. Cum polliciti essent, tardiores fuerunt, idoneum tempus expectantes. Itaque Dinocrates ab ijs se existimans illudi, ab se petiit præsidium. Fuerat enim amplissima statura, facie grata, forma, dignitateque summa. Hui igitur naturæ munieribus confisus, vestimenta posuit in hospitio, & oleo corpus perunxit,

perunxit, caputq; coronauit popule a fronte, leuū humerum pelle leonina texit, dextraq; clavam tenens incepit contra tribunal regis ius dicentis. Nouit as populum cum auertisset, confixit eum Alexander, & admans, iusit ei locum dari vt accederet, interrogauitq; quis esset. At ille, Dinocrates, inquit, architectus Mace-do, qui ad te cogitationes & formas affero dignastua claritate. Namq; Athon montem formauit in statua virilis figuram, cuius manu laea designauit ciuitatis amplissima mœnia, dextra pateram, quæ exciperet omnium fluminum quæ sunt in eo monte, aquam, vt inde in mare profunderetur. Delectatus Alexander ratione forma, statim quæsuit, si essent agri circa, qui possent frumentaria ratione eam ciuitatem tueri. Cum inuenisset, non posse, nisi transmarinis subvectionibus. Dinocrates, inquit, attendo egregiam formam compositionem, & ea delector: sed animaduerto, vt si quis deduxerit eo loci coloniam, fore vt iudicium eius vituperetur. Ut enim natus infans sine nutricia lacte non potest ali, neque ad vitæ crescentis gradus perduci: sic ciuitas sine agris, & eorum fructibus in mœnibus affluentibus, non potest crescere, nec sine abundantia cibi, frequentiam habere, populumq; sine copia tueri. Itaq; quemadmodum formationem puto probandam, sic iudico locum improbandum, teq; volo esse mecum, quod tua opera sum vsurus. Ex eo Dinocrates ab rege non discessit, & in Aegyptum est eum prosecutus. Ibi Alexander cum animaduertisset portum naturaliter tutum, emporium egregium, campos circa totam Aegyptum frumentarios, immanis fluminis Nili magnas utilitates, iusit eum suo nomine ciuitatem Alexandriam constituere. Itaq; Dinocrates à facie dignitateq; corporis commendatus, ad eam nobilitatem peruenit.

**MEMPHIN PETIT**) Caput Aegypti, de qua ad primum epigramma Martialis dictum copiose. Quid autem Memphi egerit, docet Arrianus illum Ioui sacrum fecisse, musica certamina instituisse, supplementum exercitus ab Antipatro accepisse, legatos audisse, omnibus omnia indulisse.

**CUPIDO HAVI INIVSTA**) Principum est scire & videre, quicquid in orbe maximè visen-dum & inuidendum est.

**MEMNONIS TITHONIQUE REGIAM**) Andreas Schottus vti arbitror, ad tabulam Ortelij, qua Alexandri expeditio vt cumque abumbratur, hunc Curtij locum illustrat, cuius verbalibet hic referre, vt ego interim interiungam. Apud Q. Curtium, inquit, lib. 4. sic de Alexandro; Cupido haud iniusta quidem, ceterum intempestiuu incellerat, non interiora modò Aegypti, sed Aethiopiam inuisere. Memnonis Tithonique celebrata regia, cognoscendæ vetustatis audiūm trahabat penè extra terminos Solis. sic Curtius. Hanc Memnonis regiam, in Abydo Aegypti vrbe, describunt Strabo, Solinus, & lib. 5. Plinius. Hic idem verò lib. 36. eandem in Thebis, vt quoque Pausanias, & Dionysius Afer, (Thebas autem, hic pro Thebaide regione, siue Thebarum agro interpretor: utraque enim, & Abidus & Theba sunt in Thebaide regione.) In hac regia statuam fuisse Memnonis, ait Plinius, Colossum facit Strabo. Saxeā effigiem, Tacitus. Erat enim ex lapide eoūque solido, teste Strabone, coloris nigri, Philostrato, rubri, nescio qua fide, Tzetze. Sed etis hominis formam habuisse, scribunt dictus Pausanias, & Philostratus. Huius partes superiores à fede sua diuulsas, se vidisse, refert Strabo: quod & Pausanias contestatur, testis & ipse oculatus: reliquamque partem adhuc sedere, videri. Philostratus ait inniti manibus, hominisque surgere volentis formam referre. Hanc statuam omnes dicti Scriptores aiunt quotidie Sole ex oriente (&, vt inquit Philostratus, dum Sol radijs eius statuam tangit) sonum edere. eumque vocalem, Tacitus. eque ore, Philostratus. esseque qualē vel cithara, vel lyra edere solerent, eidem, & Pausanias. Crepare, dicit Plinius. Lucianum (quod huic familiare) nugari, palam est, dum scribit se eam audiuisse, & non vulgari modo sonum quendam inanem ex eo accepisse, sed Oraculum: idque sc̄ptem versuum. Nugatorem quoque quemadmodum in multis, sic quoque in his habeo Tzetzem Chiliade 6. numero 64. vbi tradit eam de die lœtum cantum, noctu autem flebile carmen canere, è Callisto hoc fortè, qui scribit, Sole huic proximante hilarem, abeunte verò mœstum edere sonum. De hac autem vociferante audiamus potius Strabonem, virum grauiissimum, & huius miraculi dignissimum contemplatorem. Isenim per suum interpretem Xylandrum, ita: ipse, cum Aelio Gallo adessem, & cum reliqua multitudine amicorum, ac militum, qui cum eo erant, circiter horam primam sonitū audiui, vtrum à basi, siue à colosso, an verò ab eum circumstantium aliquo editus fuerit, non habeo affirmare: cùm propter incertitudinē caussæ, quiduis potius credere subeat, quam ex lapidibus sic cōpositis sonitū edi. Per machinā quandam hoc fieri solere, annotat ad Dionysium Afrum, Eustachius: fluxa & hoc fide, ni fallor. Pausanias dicit Thebanos negare Memnonis Aethiopis esse hanc statuam, sed Phanemphonis indigenæ hominis. se audiuisse etiam, qui dicebant Sesostris esse. Sunt qui putant Memnonem, Ismandem dici ab Aegyptijs, vt ait Strabo. Caruisse inscriptione, scriptum reliquit Oratione 31. Dion Prūsus. Memnonis autem fuisse verisimile est ex eo, quod Heliodorus inter Aethiopum deos Memnonem etiam numeret. Huius etiam mentio fit hoc versu à Iuuenale, *Dimidio Magica resonant vbi Memnone chordæ*. Dimidium dicit, vti existimo, quia eius pars superior (vt supra auditum) à corpore reuulsa, quod Cambysī tribuit Pausanias: terræ motui, Strabo. Addictum Iuuenalis verbum, ex quodam Glossario veteri, partim corrupta, partim falsa quamuis, hæc adiçiam, Memnonis ex ære statua citharam tenens, certis horis canebat. Hanc Caubus rex iuulsit aperiri, existens mechanicum aliquid esse, quod intra statuam lateret. nihilominus tamen aperta statua, quæ erat ma-gicæ

gicè consecrata, horis statuis sonum reddidit. Ineptiæ, vt & ea, quæ Janus Dousa F. ex alio veteri in hunc eundem interprete, ad Catullum edidit. nempe hanc statuam Solem, & regem, voce humana salutare solitam: cùm autem Cambyses ab ea partem abscedisset, Solem tantum, non regem, amplius salutasse. Eusebij Chronicon dicit (ex vulgi opinione) loquutum fuisse usque ad aduentum Christi. Atque haec tenus de hac Memnonis statua, cuius cognoscendæ audium fuisse Alexandrum, infit Curtius, ad cuius miraculum animum intendisse Germanicum Cæsarem, Tacitus, & diligenter inspexit. Sep. Seuerum Imp. Spartanus. Hæc Schottus, qui tamen nihil de Tithono, nihil quis Memnon ipse fuerit. Memnon vt Eustathius ad Homerum tradit Tithoni & Diei filius fuit, alibi Aurora & Tithoni, vt & Hesiodus.

Strabo nec Auroram, nec Diem, sed Cistiam Memnonis matrem ait. Memnon æui sui pulcherimus (vti Homerus docet):

Kēvov δὴ καλλίσον οὐδον μὲν Μέμνονα δῖον.

Eurypon omniū pulcherrimum affirmat post diuinum Memnonem.) Hic inquam Memnon, post Susa & omnem illam regionem usque ad Choaspem fluuium, armis subactam, profectus est ad bellum Troianum, ubi res memorabiles gesit. Filium Nestoris Antilochum interfecit, demum & ipse ab Achille vicit, vt Eustathius declarat.

Odyss. 8.

Q. Calaber prodigium addit, è loco ubi percuslus est Memno fontem scaturisse languineum. Pausanias Laconicis. Ouidius 13. Transform. ubi in auem fabulatur post mortem abiisse. De statua, præter ea quæ ex Schotto allata sunt, Suidas egregium habet locum, quem tute adibis, ne longius abeam. Quæ de eodem fabulosa referuntur, apud Mythologos & Natalem Comitem cognosces. Curtius cum Memnone Tithonum coniungit, quod nō est dissimulandum. Tithonus Laomedontis filius fuit, Priami frater, quem Memnonis patrum appellat Ouidius. Eustathius Tithonum ἀλληγορικῶς Solem interpretatur, διὰ τὸ πανταχός τὸ γῆς λεπτεύτας ἀκτίνας. Ad eam peruenit senectutem, vt in eunis iacens more infantum agitaretur, vnde senes, Tithoni vocabantur. Pleraque alia de hoc fabulosa prætermitto feriatis fabulatoribus enarrata. Illud moneo, non gratis iunctos esse Memnonem & Tithonum, utrique enim sua fuit statua, seu colossus: vti testatur Strabo.

Idem Strabo in Troade: supra Aelæpi ostia ad stadia circiter . . . tumulus est, in quo sepulchrum ostenditur Memnonis Tithoni F. propè etiam est Memnonis pagus.

lib. 17.

lib. 13.

Hiatus in  
Strabone.

EXTRA TERMINOS SOLIS.) Immò veritatis auxilis est propè poetica. Ita Coenus infra: Penè in ultimo mundi fine consistimus; in aliud orbem ire paras, vt plura quam sol videt, victoriā lustres. Ceterum post Aethiopiam, circulum cancri tropicum, aut capricornum, inhabitabilem arbitrabantur veteres, qui ultra progradientibus occurrebat, de quo Strabo in fine rerū Aethiopicarum: ὡς δὲ εἰπεῖν, λινκεῖται, καὶ τὰ ἄκρα τὸ οἰκεῖμέν τα παρακείμενα τῇ δυστρέψτῳ καὶ σκύτῳ διὰ καῦσα τὸ Λύκον, ἀνάγκη ἀποτελεύματα εἶναι τὸ ένευρότερον καὶ ἐλαπθώματα. Quod autem dicendum sit, extremas habitati mundi partes, qua intemperata & inhabitabili regioni adiacent, propter frigus, aut aestum esse quasi \* errores quos- dam defectus temperata. Curtius iterum in Coeni oratione. Quod si adhuc penetrare in Indianam certum lib. 9. est, regio à meridie minus vasta est. Qua subacta licebit decurrere in illud mare, quod rebus humanis terminum voluit esse natura.

\* abortus  
mallem na-  
turæ & de-  
fectus.

SED IMMINENS BELLVM.) Cum Dario tertium & extrellum gerendum, quod sequentibus mox capitibus exponetur. Mens Curtij est: Quamquam Alexander traheretur cupiditate visendæ Aetiopiarum & Memnonis, Tithoniique regiae, tamen cum iam \* ver appeteret, & Darius copias repa- \* Vt est a-  
rasset, necessitas belli coegit Alexandrum peregrinationem, curiosam quidem, sed non necessariam pud Atria-  
posthabere negotijs prætentibus imminentis à Dario belli negotijs.

num.

ITAQVE AEGYPTO PRAEFECIT AESCHYLVM RHODIVM.) Relicturus Aegyptum, vt ne deficeret, certis eam Ducibus regendam & in officio continendam commisit. Nec enim minor est virtus quam querere, parta tueri: imò facilius quedam vincere, quam tueri, vt infra docet Curtius, Duces porrò alios atque alios nominat Arrianus.

AESCHYLVM RHODIVM.) Arrianus hunc non præfustum AEgypti, sed ἐπιστολον facit, quasi dices obseruatore maliorum, & vt interpres Arriani habet, speculatorem, cui adiungit idem Ephippum Chalcedonem. Curtius Peucestem, quem Arrianus Peucestam Marcatato natum ponit, copijs cum Balacro Amyntæ filio præfustum.

PEUCESTEM.) Hic fuit ille eximus heros, qui Alexandro apud Oxydacas & Mallos in oppido periclitanti primus succurrit, vt in lib. 9 c. 10. cognosces. Plinius hunc seruatorem Alexandri Magni appellat lib. 34. c. 8. Huius (Euthycratis Pictoris) discipulus fuit Tisocrates, & ipse Sicyonius, sed Lyssipus est a propior, vt vix discernantur complura signa, seu senex Thebanus, Demetrius rex, Peucestes Alexandri, Magni seruator, dignus tanta gloria.

CLAVSTRA NILI.) Ostia & ora Nili septem, denique toti Clasti (Arriano teste) præfecit in Aegypto Polemonem, vt Arrianus docet, non Polymenem vt Curtius, vitium in nomine hærens librarijs potest assignari. Duos tamen Polemones Arrianus Aegypti præsides nominat, alterum Pelusij oppidi custodem: alterum clasti præfustum, illum Pellæum Megaclis filium; hunc Theramenis.

AFRICÆ QVAE AEGYPTO IVNCTA EST.) Ad Occidentem Aegyptus Africam respicit, cuius pars Aegypto adhaeret, & ad illius regnum pertinet.

**APOLLONIVS CLEOMENES.** Idem Arrianus ut mox docet. Cleomenem Iustinus s. ias nominat architectum Alexandriae. Pausanias in Atticis Cleomenem hunc post Alexandri mortem Ptolemaeus Lagi interfecit, quod Perdicæ studeret. Quamobrem vero Alexander tam multos praesides Aegypti constituerit, aperit Arrianus, Aegypti, inquit, imperium in plures praesides partitus esse dicitur, naturam regionis admiratus & munimenta, neque tutum ratus vniuersum Aegypti imperium vni committere. Quod quidem Alexandri consilium imitati Romani in tuenda Aegypto mihi videntur, neminem senatorij ordinis, sed equestris, proconsulem eo mittere soliti. Obseruandum præterea multos ab Arriano praesides Aegypti indigitari, Curtio prætermislos.

**EX FINITIMIS VRBIBVS** (redit ad Alexandriam moliendam & ciue frequentandam. Finitimæ autem apud Strabonem vrbes & pagi sunt Canopus, Schedia, Eleusis, Nicopolis, Parconium, Naucratis, aliaeque. Iosephus lib. 2. contra Appionem narrat Iudeos ab Alexandre euocatos, vt Alexander incolerent: Alexander, inquit, eis locum adincolendum dedit, & parem cum ipsis Macedonibus honorem consecuti sunt. Non enim propter inopiam habitatorum ciuitatis, quam studiose adiscerunt Alexander, nostrorum aliquos ibi collegit, sed omnes diligenter ex virtute approbans, ac fide dignos inueniens, hoc praecolum nostris exhibuit cum gentem nostram non mediocriter studeret honorare. Et infra: Nos Alexander introduxit: reges auxere.

**FAMA EST** (Omina futurae urbis felicia, polentam, auesque ponit; quibus addit Heraclides apud Plutarchum, nocturnum visum, quod alia omnia praecessit. Si vero (inquit Plutarchus) quod Alexandrinis commemorant, Heraclidis fide, verum est, haud otiosum vel inutilem appareat Homerum eum comitatum esse commilitonem. Ferunt enim eum, Aegypto recepta, amplam voluisse & populosam graciam urbem condere, eique indere nomen suum. Mox de Architectorum consilio locum metato & complexo mira species nocte insequenti est per quietem oblatâ vir veneranda canicie, atque facie, visus est ei assistens hac carmina prodere.

Nῦσ οὐκετά τις ἐσὶ πολυκλύσω ἐνί πόντῳ  
Αἰγύπτια προσάροιθε· φάρον δὲ ἔκκλιτον τοισιν  
Exinde vndolo quædam iacet insula ponto,

Aegypto prætexta, Pharum quam nomine dicunt.

Ac confessim surgens perrexit ad Pharam, quæ id temporis insula adhuc erat paulo supra Canobicum ostium, nunc cum continente commissa est aggere. Ut loci præcellens visa est commoditas (est enim longa cernice satis patenti laxam disternans paludem, terminansq; in spatioum portum mare) Homerum dixit cum cetera eximium, tum prudenterissimum esse Architectum, ius sitq; formam urbis delineari loco congruentem. Quia vero ad manum non erat creta, polenta in campo nigro vbi, ad effigiem metatis sunt chlamidis orbe gyriato laciniis & sinu, cuius esset ab directis basibus aquabilis procursus. Hec descriptio, quum regi placereret, aues repente à flumine & lacu in numero grege omnisque generis & grandes, instar urbis, eum in locum delata polentam sunt omnem depastæ. Quo augorio obtorquenti Alexandro augures animum dedere, quippe copiosam urbem ostenderunt ab eo condi, multarumque nationum futuram alumnam. De polenta seu farina aliter Arrianus, atque alij, qui ab auibus depalatam scribunt, vt Curtius, Strabo, Valerius Maximus lib. 1. c. 4. Plutarchus. Arrianus de auibus omnino tacet.

**MVRIS POLENTAM DESTINASSET.** (futuræ, non futuris, alijs emendatius scribunt. alijs: urbis futura muros polenta designassent, ne hoc male, nisi à Modio destinasset, adiectus esset. polenta tarina est hordeacea, quam his verbis describit Plinius: Polentam quoque Graci non aliunde preferunt. Pluribus fit hoc modis. Graci perfusum aqua hordeum siccant nocte una, ac postero die frigunt, deinde molis frangunt, sunt qui vehementius tortum rursus aqua aspergant, sive que prius quam molant. Aliaque plura de polenta ibid. Plinius: Hic accipe pro farina ipsa in modum linea. fuit cibus Græcorum. vti puls veterum Romanorum, qua trecentis annis le laginarunt, vt non sine ratione puliphagi & puliphagoniadæ Plato appellentur. Plinius testatur tam ignotam Græcis pultem fuisse, quam Italiam polentam. Polenta hodieque ex farina, sed non hordeacea conficitur apud Teriolos, \* verum ex milio, mittiturque in ahenum aqua feruenti plenum, vbi in massam coit elixaturque, quæ extracta filo in schidin velut segmenta secatur, papauere aspergitur, vel in melle, & butyro imbuitur, & tanquam Iouis cerebrum voratur, tam facilis digestionis, vt per octiduum hæreat in stomacho.

**VT MACEDONVM MOS EST.** (Nihil de hoc more alij, sed cum gyplum & creta regem defecisset, collatam aiunt à milite præter morem polentam, terramque ea signatam. Arrianus nihil ad manum fuisse Alexandru, fabri consilio congestam farinam. Valerius Maximus. Cum Rex Alexander urbem in Aegypto constituere vellet, Architectus Dinocrates cum cretam non haberet, polentam proximo lacu emersa, polentam depasta est: quod sacerdotes Aegyptiorum interpretati sunt aduenarum frequentiam alimentis sufficietur. De aduenarum fre-

\*Teriolis  
Rheticæ  
oppidum.

\*Strabo,  
Plutarch.

frequentia & opibus conueniunt scriptores prodigio explicato. Diodorus Siculus <sup>lib. 17. pag. 590.</sup> suo cùm in Aegyptum traicisset, notauit Alexandriæ liberorum hominum capita censa fuisse plus trecentis millibus. Ve<sup>t</sup>igalia cepta ex Aegypto vltra sex millia talentū m, quæ summa efficit tricies sexies centena millia philippicorum. Philippicum 20. victoriatis æstimamus. Sed Strabo ex Cicerone docet vectigal fuisse duodecim millium quingentorum talentorum, quæ sors excelsit ad \* septuagies \* Septem quinques centena millia. Certè Romam postea Aegyptiæ & Alexandrinæ naues aluere. Iosephum millions adi: Mν<sup>ο</sup> μέτροι αὐτὸν Σάκαρα συδίων, εύρ<sup>ο</sup> δὲ αὐτὸν ἔλαχον δέκα. τὸ δὲ οὐαντός παρὸν ὃν φόρος καὶ ἑνα<sup>τ</sup>η<sup>τ</sup> cum quingenitis milibus aureorum.

**R E G E M H E C T O R A S S E Q V I C V P I E N S.**) Hectoris naufragium & mors. Fuit is, filius Par- \* lib. 7. vbi menionis proximi dignitate ab Alexander, de quo \* suo loco copiosè. Fuerunt Parmenioni \* tres de eius cæ- filii iam omnes ex ephesis egressi, principes & ductores copiarum. Nicanor certè natu, vt videtur maximus, in prælio Iisico dextrum cornu rexit, vti pater sinistrum. Mors huius, lib. 6. c. 12. describi- \* li. 6. c. 17. tur, cum Alexander Ba<sup>c</sup>tra peteret. De Philota præfecto equitum & eius coniuratione, quæstione & nece, lib. 6. c. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. De Hectore vt adolecentiore pauca.

**S E C V N D O A M N E.**) Memphi per Nilum descendit Pelusium versus, vt videtur, nam inde rediit in Syriam & Palæstinam & Samariam.

**I N P A V C I S.**) Frequentatus loquendi modus Curtio. Infra saepius, lib. interim 6. c. 15. Craterus regi charus in paucis.

**D E S T I T U I T.**) Destituere est rem amatam deserere, elegans imprimis huius verbi usus in hoc significatu palius apud optimos scriptores occurrens. Ouidius.

Flebat Aristæus quod apes cum stirpe necatas

Viderat inceptos destituisse fauos.

Idemque: nec solos destituere rogos, lib. 1. & 20. Propertius.

Cuius ut accensæ Dryades candore puella

Mirata solitos destituisse choros.

**C R E P I D I S P E D E S.**) verè: neque enim pedibus astringuntur crepidæ, sed pedes crepidiæ, sicut lumbi astringuntur zona aut cingulo, non cingulum lumbis.

**E X I M I O A E T A T I S F L O R E.**) Flore corporis virenti ætate, Pulcher ergo & formosus Hector vti principis filius Parmenionis. supra de ipso Alexander, illum florem inuenta.

**R I P A M.**) ripa de flumine, litus de mari dicitur.

**S P I R I T U M L A X A V I T.**) Supra de Alexander in Cydno periclitante. Inter hac liberius meare lib. 3. c. 10. spiritus caperat, laxataq<sub>z</sub>, vis morbi.

**Q V E M M E T U S I N T E N D E R A T.**) Interclusus spiritus arctè meabat.

**I N D I V E R S A M.**) proprium verbum ad funus pertinet, dc quo ad Martialem.

**M V N E R E.**) Funere malim, vt habent emendatores & antiquiores Codices. Modius reposuit munere ex manu aratis chartis. In Hadriani Iunij editione ad MS. emendata cognoscet funere, & certè aptius, quamquam à Virgilio haud ignaro supremos funeri honores impensos appellari <sup>supre-</sup>ma munera, itemque ab alijs, sed hoc proprium, magnifico tamen videtur respondere melius muneri, quām funeri.

**V I V V M S A M A R I T A E C R E M A V E R A N T.**) Redit Alexander in Syriam & Samariam Andromachi prætoris cædem vltum iturus. Herculem Oeteum fecerant Samaritæ, quo nomine caustæ ad tantum facinus proruperint, incertum. Certum autem Andromachum imperiosius, aut auarius egis, aut crudelius imperasse, aut alijs iniurijs incolas affecisse, quod quemadmodum Adrianus prætor P. R. Vticæ domi suæ, viuus exustus est, idque illi meritò propter auaritiam ac- cidiisse existimatum est. Verres Lamplaci iam lignis & sarmentis circumdatus, ægrè incendium e- Verrem. uasit. De Andromacho Eusebius in Chronico, anno Alexandri 6. Alexander capta Tyro Iudaam inua- dit, à qua fævor abiliter exceptus, Deo victimas immolavit, Pontifices templi honoribus plurimis prosequitur. Andromacho locorum custode dimisso, quem postea Samaritani interficiunt: ob quæ ab Aegypto reuersus Alexander magnis eos supplicijs affectit, & urbem eorum captam Macedonibus ad inhabitandum tradit. Ad hunc locum siue Eusebij, siue Hieronymi, Iosephus Scaliger in suis animadversionibus monet le- ctorem (monendum ipse) hanc de Andromacho historiam alibi non legi, immemor Curtij, quem ipse haud dubiè legerat, & disce lector cautiùs & modestiùs loqui. Dixisset Scaliger hanc historiam alibi non legi. Sed dixit, non leges, quasi ipse omnia legisset, & lecta meminisset, facit mentionem occisi Andromachi etiam Cedrenus.

**Q V A N T A M A X I M A C E L E R I T A T E.**) Acidalius verè meo animo coniicit Curtium voluisse, Quanta maxima celeritate, pro, quanta maximè celeritate, facit & Dexippus ἡε χριπεληγὴν μετὰ τὸν λοιπὸν τὸν αὐτὸν Αὐδρόμαχον κατέσκεψε, δὲν ἀνελόντες οἱ τὸν Σαμαρεῖαν οἰκεῖντες δίκαιος ἐπισταν, &c.

**A N D R O M A C H O M E M N O N A S V B S T I T U I T V I T.**) Memnonem laudat Arrianus Cœlæ-Syriæ præfectum, vocatque Cerdimam Satrapam.

**A F F E C T I S Q V E S V P P L I C I O.**) Iterum nobis recta curnat Modius, qui legit, affectusq<sub>z</sub>, supplicio, præ-

prætorem interemerant. tyrannos interemptos, &c. Aut ergo omissa coniunctione, quæ, scribendum est, vt omnes antiqui Codices habent, quos vidi, Affectus suppicio, qui prætorem interemerant. Tyrannos, &c. aut puncum, si adas coniunctionem, tollendum. hoc modo: affectus, suppicio, qui prætorem interemerant, tyrannos, &c. utroque ergo peccatum à Modio.

**TYRANNOS INTER EOS.**) Tyrannos complures (inter eos Methymnæorū Aristonicum & Chrysolaum) popularibus suis tradidit. De Aristonico pulchro stratagemate capto, supra narratum est, hic de eius suppicio agitur. Chrysolai supra nulla mentio, nec apud Arianum, scriptum tamen reperio pro Chrysolao Ersilaum. De Aristonicō & Apollonide, Phisinoque & Megareo tyrannis, ita Arrianus, Αλέξανδρος δὲ τοῖς τυράννις μὲν τοὺς ἐκ τῶν πόλεων ἐς τὰς πόλεις πέμπη, χρήσασθαι ὅπερ εἴη. τοὺς δὲ ἄλλους Απολωνίδην τὸν χιονὸς ἐλεφαντίνην πόλιν Αιγασθίαν ἐν φυλακῇ ἀχρειβεῖτε μέλε.

**QVOS ILLI E MVRIS TOSTOS NEG AVER VNT.**) Hanc lectionem omnes quos vidi codices exhibent, Modius è tuo illa è muri emunuit, quod ego cum omnibus cautis nec laudo, nec damno: Redundant illa quidem, vt nobis parent, sed quid si vox alia vel desideretur, vel pro neā auerunt legendum suspenderunt, vel præcipitauerunt, vel alia in hanc mentem auctoris, sit subiicienda? Certè similem apud Curtium formam loquendi habes supra in oppugnatione Tyri de caduceatoribus Alexandri, quos Tyrij, inquit Curtius, contra ius gentium occisos precipitauerunt in altum. Est autem Methymna ciuitas in Lesbo insula à Methymna Macaris filia & Lepydno patria Arionis, de quo Herodotus & poetæ, cùm sparsum in mare Delphino exceptum canunt. Plura Strabo.

**A THENIENSIVM DE INDE LEGATOS.**) Arrianus Diophantum & Achillem nominat, qui \* quæ sit sacra nauti vecti petierunt, vt Græcos ad Granicum captos libertate donaret. Petierunt hoc supra, sed finito bello Persico redditurum promiserat Alexander: hic præstitit.

**RHODII.**) \* qui supra urbem suam portusque Alexandro post captam Tyrum dediderant. Alexander Macedonicum illic præsidium collocarat: quo deducto, sunt liberati, vti & Chij, qui rem Persarum ducibus Apollonide & Athenagora tenentibus vltro ad Macedones defecerunt.

**OMNES AEQVA.**) omnes libri ante Modium editi conueniunt in ea qua desiderare visi, impretrauerunt. Modius è tuo rescripsit aqua non iniquè opinor, sed primum contra fidem, deinde melius cadunt prima, si ad verbum impearunt respicias. Itaq; restitui Curtium Curtio in ordine verbum, extra ordinem à Modio obtrusum collocaui, probum quidem, sed nō γνωσθού. Potest subinde vnu venire, vt sūrius germanis filijs sit pulchrior.

**MITYLENÆIS QVOQVE.**) Et Mitylene Lesbi insulæ ciuitas est. Scylax antiquissimus, καὶ τὰῦτα ἐσὶ νῆσοι Αἰολις λέσβος ἐπόλεις ἔχοστας ἡδύτης, τάσδε, μέθη ὑμναν, Αντίοσαν, Ἐρεοσὸν πύρρεαν καὶ λιμένα, πατού λάνην λιμένας ἔχοστας δύο, Circa hac insula est Aeolia Lesbus, que ciuitates omnino quinque continet, Methymnam, Antissam, Eressum, Pyrrham cum portu, Mitylenem, qua duos habet portus. Plura apud recentiores geographos disces.

**IN PARTES.**) Macedonias contra Persas: Arrianus ipso initio libi 2. quanto præterè fuerint addicti partibus Alexandri Mitylenæi, cuius præsidium in urbe habebant, cui columnas publicè posuerant, sed à Memnone primū, dein à Pharnabazo terra mariq; obfensi, cum Persis pacifici coacti: præsidium tamen Macedonicum incolumē dimiserunt, & statuas inuiti demoliti sunt, donec, Pharnabazo capto, redierunt ad Alexandrum. De Mitylena plurima Geographus, qui & illustres viros inde natos commemorat, fuit Mitylena ciuitatum in insula maxima.

**Strabo.13. MAGNAM REGIONEM.**) multum agri, infra, insulam intelligo. Continebat Lesbus in ambitu milliaria nostrata quatuor & triginta, cum stadijs duodecim.

**CYPRIORVM QVOQVE REGIBVS.**) De his suprà cap. 10. tractatum doctumque, & classem centum & viginti nauium à regibus Tyrum missam, ipsosque aliquot Reges (interque eos nominatim Pnythagorum) prælentes fuisse, primosque, quæ Sidonem spectat, irrupisse, vt proinde digni præmio fuerint.

**AMPHOTERVS CLASSIS PRAEFECTVS.**) De hoc lib. 3.c.3. primum mentio facta, deinde statu Cretæ lib. 4.c.4. De Amphotero rursum eodem lib. c.17. Arrianus hoc loco Amphoterum non in Cretam, sed Peloponnesum tumultuantem missum narrat, sed ex Peloponneso breuis est traectus in Cretam, quæ cùm Periarum & piratarum armis agitaretur, non dubium est vicinam etiam Cretam fuisse vexatam, quando κακὸς γειτων πενια κάκουόν ἔστι.

**c.4.lib.4. IN BELLVM VTRQVE REGE CONVERSO.**) Alexandro & Dario. Curtius supra: Magnitudo belli, quod ab opulentissimis regibus in ipsum totius orbis occupandi gerebatur, Gracie quoque & Cretæ arma commouerat, & quæ ibid. sequuntur.

**ib. sec. 10. CRATERAM CVM XXX. PATERIS DICAVIT.**) Isidorus: cratera calix, duashabens ansas, nomen est græcum, declinatur apud eos hic crater: Nam latinè hæc dicitur. Vnde Persius:

*Si tibi crateras argenti — Virgilius:*

*Crateras magnos statuunt, & vina coronant.*

Sed Virgilij versus ad crater crateris pertinet, quarto casu multitudinis græco. Fiebant autem primum à connexionibus virgultarum: vnde & dictæ crateræ ἀπὸ τῶν κρατερῶν, id est, quod inuicem se teneant. Pateræ phialæ sunt dictæ, vel quod in ipsis potare soleamus, vel quod patentes sint, dispensisque

sisque labris. Virgilium tamen Nonius in voce cratera etiam cum Isidoro laudat, versumque legit.

*Crateras latissimam, & vina coronant. Crateres Virgilius accepit pro vasis olearijs in Buccolicis,*  
*& 6. Aeneid.*

PATERIS) Varro, quod pateant, sacris potissimum dedicata. Festum adi in voce Patera, pateram lib. 4.  
*perpluere in sacru cum dicimus, significat, pertusam esse.* Hoc porrò Herculis sacrificium magna lib. i. o. c. 5.  
*pompa peregit Alexander, & omnis generis ludos celebrauit, quos multis verbis describit Plutar-*  
*chus, quem consules:*

## CAPUT XXII.

## ARGUMENTVM.

Darius Babylone collectas copias & instructas mo= uet ad Tigrim, quem cum Lycotraijcit, & castra ad Bumellum ponit. Mazeus regionem vastat.

**A**T Darius cum Aegypto diuertisse in Africam hostem comperisset, dubita uerat, virum ne circa Mesopotamiam subsisteret, an interiora regni sui peteret, haud dubie potentior auctor prasens futurus ultimis gentibus impigre bellum capessendi, quas agre per praefectos suos moliebatur. Sed ut idoneis auctoribus fama vulgauit, Alexandrum cum omnibus copys, quamcumq; ipse adisset regionem, petiturum, haud ignarus quam cum strenuores esset, omnia longinquarum gentium auxilia Babylonem contrahi iussit. Bactriani, Scythae, & Indi conuenerant. \* Nam & ceterarum gentium copia partibus simul af fuerunt. Ceterum cum dimidio fermè maior esset exercitus, quam in Cilicia fuerat, multis arma deerant: que summa cura comparabantur. Equitibus equis q; tegumenta erant ex ferreis laminis serie inter se connexis. Quis ante a præter iacula nihil deaerat, scuta glaiveque adiiciebantur, equorumq; domandigreges pedibus distributi sunt, ut maior pristino esset equitatus, ingensq; (ut crediderat) hostium terror, ducenta falcatae quadrigae, unicum illarum gentium auxilium secutæ sunt. Ex simmo temone hastæ præfixæ ferro eminebant. Vtrix, à iugo ternos direxerant gladios, & inter radios rotarum pluræ spicula eminebant in aduersum. aliae deinde falces summis rotarum orbibus, & aliae in terram demissa, quidquid obuum concitatis equis fuisse, amputaturæ. Hoc modo instructo exercitu ac perarmato, Babylone copias mouit. A parte dextra erat Tygris nobilis fluvius, laeuam tegebat Euphrates: agmen Mesopotamia campos impleuerat. Tigri deinceps superato, cum auasset haud procul abesse hostem, Satrapacem equitum praefatum cum mille deleitis præmisit. Mazæo pratori sex milia data, quibus hostem transiit annis arceret. Eadem mandatum, ut regionem quam Alexander esset adiutorius, popularetur atq; vireret: quippe credebat inopia de bellari posse, nihil habentem nisi quod rapiendo occupasset. Ipsa autem commenatus alijs terra, alijs Tigri amne subuehebantur. Iam peruenierat Arbela vicum nobilem in sua clade facturum hic commenatum sarcinarumq; maiore parte deposita. Lycum annem ponte iunxit, & per dies quinque, sicut ante Euphratem, traiecit exercitum. Inde octoginta ferè stadia progressus, ad alterum annem, Boumello nomen est, castra posuit. Opportuna explicandis copys regno erat, equitabilis & vasta planicies, ne stirpes quidem & brevia virgula opperirent solim, liberq; prospectus oculorum, etiam que procul recessere permetitur. Itaque se qua campi eminebant, iussit æquari, totumq; fastigium extendi.

AEGYPTO DIVERTISSE IN AFRICAM.) A Canopico sinu, (vt Scylax non ille Halcarnæus, sed Cariandensis, verulissimus auctor est) incipit Libya seu Africa, nec alijs geographi refragantur. Cum ergo Alexander ad Mareotim & Pharon & Parætonium Canopicumque descendere per Nilum versus Africam, ipseque adeo Hammon cum Hammonia regione ad Libyam pertineat, recte ex Aegypto in Africam diuertisse dicebatur Alexander.

MESOPOTAMIA) quæ latissimos campos, infra Euphratem & Tigrim, à quibus nomen accedit;

lib. 3. c. 13.

pit, aperit, & ad pugnam maximè equestrem opportunum. Supra Thymandas peregrini militis dicator, magnopere suaserat Dario, ut Cicilia in Mesopotamiam reuertetur, vii posset explicare aciem. Quo minus tamen in præsens Darius sibi in Mesopotamia hærendum putabat, erat quod existimaret citius & facilius se barbaros hostes ad bellum impulsurum, si interiora regni & propriores barbaris terras peteret, vbi præsens omnia exequeretur, quæ tardius per Satrapas administrabantur. Interim tamen auditio securum Alexandum, quo cunque ipse abiisset, Babylonem omnem exercitum euocauit.

CVM STRENO. ) Iam ad Granicum & Isum de Alexandro experimentum ceperat.

BACTRIANI, SCYTHAE ET INDI. ) De singulis his & fortissimis quas Darius habebat, gentibus, infra, cum ad has perueniet Alexander, Curtius proderat.

\* Iam. \* NAM ET CAETERARVM. ) Iam lego cum Acidalo verè coniectante. Bactriani, Scythæque & Indi conuenerant iam, & cæterarum gentium &c. potest tamen, Iam, puncto separari, & neci cum seq. Iam & cæterarum gentium partibus simul affuerunt.

PARTIBVS. ) Darij, non placet Acidalij coniectura, paribus studijs affluxerunt. imo nec ipsi satis placet.

DIMIDIO FERME MAIOR, QVAM IN CILICIA FVERAT. ) In Cilicia Darius habuit equites vnum & sexaginta millia, ducentos, peditum ducenta quinquaginta millia. summa : trecenta vndecim millia ducentos. gemina equites, erunt centum viginti duo millia, quadrangenti, pedites quingenta millia. summa, iexcenta viginti duo millia quadrangenti. Ex quo necessario cogis locum infra-scriptum in pari morbo cubare, nec sanari per coniecturam posse, quæ sanè dubia & anceps est: summam colligit Curtius totius exercitus x l v. millia equitum, peditum c c. millia, maior erat numerus in Iissica pugna. Et Curtius hic ferè duplo maiorem ponit, cum tamen minor sit illo. Iam Modius numerat ex suopte ingenio pro x l v. millibus, equites centum quadraginta quinque millia, pedestris acies sexcenta millia expluerat. aut Arrianum sequendo equites quadrangenta quinq; millia, pedestris acies duodecies centena millia expluerat. Nimium hoc Curtio, quia nec duplum suis integrum est ausus scribere, hic quintuplo, maior eslet. essent enim decies lexies centena quadraginta millia. Iam vt pronuciem, quod tentio, scribendum arbitror: equitum quadrangenta quadraginta quinque millia, peditum ducenta millia, vt sint iexcenta quadraginta quinque millia vniuersè, id quod ex mente Curtij efficiet ferè duplo maiorem numerum, quam ad Isum fuerat. dixit fermè, non ad vnguem, & plenè. Quod autem plus equitum quam peditum ponam, ratio in promptu est, cum se equitatu, cui p' anè impar erat Alexander, victurum speraret Darius. Nam & plus poterant Persæ equis, quam pedibus, & Darius in oratione ad milites: obteri me hercule, inquit, equorum vngulis possunt. Et hoc capite mox: equorumque greges peditibus distributi sunt, vt maior pristino eslet equitatus, eoque campos ad pugnam latissimos elegit, eosdemque & square iusfit, sicuti eminerent, vt omnis locus equitabilis esset. Diodorus tamen tantum numerat equites ducenta millia. Iustinus quadrangenta millia peditum, centum millia equitum. propius certe ad Curtium, vt & Orosius, qui cccc i v. millia peditum, c m. equitum numerat, vt venerim in suspicionem contra meam priorem sententiam scriptum fuisse apud Curtium pro x l v. millibus equitum, quadrangenta quadraginta quinque millia peditum, & pro c c. m. centum millia equitum. Plutarchus absolutè ponit centum myriades, quæ efficiunt decies centena millia, nec pauciores Zonaras. omnes vt vides Latinis sobrie de numero produnt, Græci ultra modum omnes progrexi.

EX FERREIS LAMINIS SERIE INTER SE CONNEVIS. ) Supralib. 1. c. 21. Equi pariter e- quitesque Persarum serie laminarum graues. vbi super ijs verbis plurā.

DVCENTAE FALCATAE QVADRICAЕ. ) Quadrigarum falcatarum mensio est primum in literis, Iud. c. 1. & 4. Apud a Liuium, b Diodorum Siculum, c Vegetum: quas Stevvechius cœlo adumbravit in commentario ad Vegetum, formaque earum ex Curtio accepit, quam rem parum accurate delincauit & assecurus est, Liuium & Diodorum præterit. Appianus de bellis Syriacis & Mithridaticis docet, armatas has quadrigas magnam & horrendam stragem edidisse in exercitu. Sed nos has falcatas pestes, sapienter men suis hostibus noxijs describamus. Armata autem, inquit Liuius, in hunc maximè modum sunt: euspides circa temonem ab ingo decem cubita extantes, velut cornua habebant, quibus quidquid obvium dari tur, transfigerent, & in extremis ingis bina eminebant falces, altera aquata ingo, altera inferior in terram deuexa, ita vt quidquid ab latere obiceretur, abs cinderet: bac vt prolapsos subeuntesq; contingere. item ab axibus rotarum vtrique bina eod. modo diversæ diligebantur falces. Sic armatas quadrigas, quia si in extremo aut in medio locata forent, persicis agenda erant: in prima acie, vt ante dictum, locauerat rex. Subiicit deinde Liuius, quo illatagemate currus innoxie per Romanas acies fuerint translmissi, & cladem demum suis vnde emissi erant, intulerint. Est & apud Appianum mentio quadrigarum falcatarum, quando cladem ab illis hosti illatam describit.

EX SVMMO TEMONE ) In extremo temone, quæ paulo supra ingum incipit, & pertinet ad axes vlique currus, Liuius cij ca temonem ab ingo dixit. Hastæ ergo seu euspides, vt Liuius appellat, seu \* spicula vt Diodorus, ab ipso temone ultra equos eminabant, & ora hostium aut pectora fodiebat,

siquæ

Bell. Syr.  
Mithrid.

\* spicula

si qui rectâ occurrerent, aut deprehensis essent.

**VTRINQVE A IVGO TERNOS DIREXERANT CLADIOS.**) à iugo quod equi iugales ferebant, in ceruicibus (vt supra lib. 3. demonstrauit) ex spicula, tria ex unoquoque latere extabant, qui hostem à latere fodiebant.

**INTER RADIOS ROTARVM PLVRA SPICULA EMINEBANT IN ADVERSVM.**) Non expressum est hoc in Stevvechiano curru; spicula seu cuipides inter ipsum ordinem ratiōrum, in aduersum vtrinque circa latera currus procurrentia, quæ hostem à latere accedētem figerent.

**ALIAE DEINDE FALCES SVMMIS ROTARVM ORBIBVS HAEREBANT.**) Hoc non promptum est aſtequi, quam si ea fuit species falcium, quam Stevvechius expreſſit, quomodo potuerunt circumagi rotæ? Ego Curtium hic intelligo summæ curuaturæ rotæ, vt eam Ouidius appellat, fuisse insertas falces, quæ extra rotam in latera porrectæ nunc sursum spectabant, quæ incurvantur, nunc deorsum; led quæ deorsum ad axem verſas, quæ sursum auerſas ab aex fuisse.

Lucretius omnis auctor elegantiæ de veterum militia volumine quinto docet, priſcos primum puris equis pugnasse, deinde vixisse iumenta curribus, tum addidisse falces; adhibuisse præterea elephantos, apes, leones, tauros, sed plerumque cum pernicie ipsorummet, qui feras in aciem induxerant, quod immanitas efferata nullum demum hostis & amici discrimen faceret. subscriberem verſus, niſi plurimi eſſent. Initium do: *Arma antiqua manus, &c.*

**EVPHRATEM ET TIGRIM INCENTIA FLVMINA.**) Terra media dicebatur Melopotamia, duobus nempe interiecta fluminibus.

### Mesopotamia.

Euphrates.

Tigris.

### Babylon.

Duxit ergo exercitum ad dextram partem Tigri verſus, cum antea ad Iſum verſus sinistram mouisset, sinistrè pugnaturus, neque nunc magis dextrè.

**SATRAPACEM.**) Chiliarchum, exploratorem quem Aristo Pœonum equitum præfectus directa in gutture hastâ transfixit, cæſoque caput abstulit, Alexandroque primitias & omen futuræ victoriaræ attulit.

**MAZAO PRAETORI.**) Præfecto sex millium equitum, qui Alexandrum iuſſus impedit non magis profecit, quam Arsames antè, qui plus suis popularibus quam hosti vocuit, dum regionem lib. 3. c. 8. igni late vultaret. In ipso tamen prælio fortiter fecit, castraque primus Alexandri occupauit, & ingentem Macædonum stragem edidit. Laudatur idem à Curtio libro sequenti, *Gratus*, inquit, aduentus eius regis fuit; quippe magni operis futura obſidio (Babylonis) rā munitæ vrbis. Ad hoc vir illustris, & manus promptus, famaq; etiam proximo prælio celebrū, & ceteros ad deditiōnem sui incitaturus exemplo videbatur. Hunc Alexander cum liberis in gratiam recepit, & prouinciæ Babylonicae præsidem & Satrapam constituit, quam ad mortem vsque magna cum laude & fide adminiſtravit. Mors illius lib. 8. c. 8. celebratur. Memorant eundem Arrianus, Diodorus, alij.

**IAM PERVENERAT ARBELA VICVM NOBILEM SVA CLADE FACTVRVS.**) Ut Romani postea Cannas. Locus hic de Arbelis primum lectori dubius & obscurus occurrere possit, quod auctor videatur in ſe pugnare, cum Arbelo modo cis, modo trans Tigrem videatur ponere: Nam hic Curtius docet Darium ſuperato Tigri ad Arbelam perueniſſe, inſrā autem mox narrat Alexandrum præter Arbelam ad Tigrem demum penetrat, quæ cauſa fuit, vt Glareanus existimaret pro Arbelis Carras reponendum. Sed locus bene habet, quem Glareanus non eſt afflicetus, fruſtraque alienam vocem ſubiecit. Hoc dicit Curtius: Alexandrum non traieciſſe Tigrem eo loco, quo trans Tigrem Arbelam ſunt, led Arbelam è regione Tigris tranſiſſe, & vada quæſiſſe, per quæ Tigrem traiceret. Certum est ergo Ptolomæo, Strabone, Arriano, ipſoq; Curtio tellibus, trans Tigrem, Orientem verſus Arbelam ſita fuſſe. Cum enim Darium omnes ex prælio fugientem Arbelam prope rasle tradant, nec tamen Tigrem traieciſſe, sed Lycum, & verſus Medianum Ecbatana fugiſſe, dubitari non potest, quin Arbelam fuerint trans Tigrem ex Melopotamia venienti. Alterum eſt, quod Curtius apud Arbelam prælium commiſſum ſcribat, & tamen Darium media primum nocte ex fuga Arbelam perueniſſe affirmet, cum + alij plerique omnes prodant pugnā factam non ad Arbelam, led Gaugamelam, led hunc nodum Strabo ſoluit, quem in ſrā mox in teſtem adducam. Interim Curtius nō negat prælium ad Gaugamelam commiſſum, led Arbelam tamquam locum celebriorem, & Gaugamelis non longiſſime, ſi noſtrasterras relpicias, diſtantem.

R.

Alio. lus.

\*Arrianus,  
Plutarchus,  
Ptolomæus,  
Arſtobulus.

Alioquin ipse Curtius infra narrat Darium ab Arbelis mouisse castra Lycum versus, illoque traeiecto ad Boumellum flumen, quod octoginta stadijs inde distat, venisse, atque ibi totis castris decertatum.

**BOV MELLO,**) Bumandum appellat Arrianus, distareque Arbelis, ait, stadijs sexcentis, hoc est, nouemdecim milliaribus & paulo amplius quadrante: Nec tamen videntur inter se pugnare Arrianus & Curtius: cum Curtius à Lyco octoginta stadia numerat ad Boumellum, Arrianus ab Arbelis sexenta stadia.

\* Gr̄ecolat.  
lib. 6. p. 130.

131.

\* Gr̄ecē  
τῆκαμίδε  
\* hinc de-  
fatigatae.

\* miliaria  
nostraria  
18. cum tri-  
ente.  
cap. 8.  
lib. 6. c. 13.

**OPPORTUNA EXPLICANDIS COPIIS REGIO ERAT.**) Hunc locum omnium optimè describit Strabo volumine 16. ipso ferè initio. Aturia similis est locus ijs, qua circa Arbela sunt, & Ly- cum flumen inter medium habet. Arbela enim ad Babyloniam pertinet, & iuxta eam sunt. Trans Lycum verò Aturia et campi Ninum circumiacent. In Aturia quoque pagus est nomine Gaugamela, apud quem Darius superatus amisi imperium; quare hic locus insignis est, ut est nomen. Camelii enim domus interpretatur: nam sic Darius Histaspis filius nominauit, cum hanc possessionem Camelo\* in alimentum daret, in via (qua per desertum in Scythiam itur) oneribus portandis, in quibus regis etiam alimentum erat, maximè\* defati- gata. pagum Macedones hunc cum tenuem viderent, Arbela verò habitationem memorabilem ab Arbela, ut tradunt, Athmonei F. condita, circa Arbela & prælium & victoriam fuisse famam sparserunt, eamq; scriptoribus tradiderunt. Post Arbela Nicatorium montem, quem sic Alexander, à parte apud Arbela victo- ria nominauit. Arrianus expressius quam Strabo, ξύνταῦτη τῇ δύναμει ἐργατοπεδίῳ Δαρεῖο Θεῷ Γαυγαμέλος πρὸς τοπαρφύσιον, ἀπέχων Αρβέλων τῆς τόλεως ὅσον ἔξακοσίς σαδίς, ἐν χώρῳ δύμῳ τάντη καὶ γῆρας καὶ οὐδὲ ἀνθυαλα μέτε τοις ιππασίαις, ταῦτα δὲ εἰς πολὺς οἱ Πέρσαι τοῖς τε ἐρμασιν ἐπελαύνειν εὐπεῖν πετούσεται καὶ τὴν ἵππον ιππάσιμα. Cum hi copijs Darius in Gaugameliis ad flumen Bamadum castra posuerat, \* sexentis circiter ab Arbela oppido stadijs, plano vndeque & patenti campo. Quicquid enim in aequalis soli erat, quodque curribus ducendis impedimento esset, id omne Persa multò ante adqua- runt, coniunctimq; ad equitandum fecerunt. De Gaugameliis idem Plutarchus quod Strabo. Dio- dorus tacet omnino Gaugamela, & prælium ad Arbela consertum refert. Solinus Arbela indige- tat locum prælij, vti & Plinius. Tacitus in undecim. Annali, sed capta in transitu Ninos yetustissima sedes Asyriæ, castellum insigne famâ, quod postremo inter Darium & Alexandrum prælio Persarum illic opes conciderat. Ergo vt vides, Tacitus ad Ninum factum prælium dicit, quia non procul inde fuerat commissum.

**TRAIECT EXERCITVM.**) Acidalius eliminat Exercitum, & me habet suffragatorem, ab lectore nempe nimium diligenter intrusum.

**EQUITABILIS.**) Non legi hanc vocem apud alios, nam qui Liuijum auctorem laudant, nec librum, nec decadem ostendunt, & verba ex Liuio adducta sunt non Liuij, sed hæc eadem Curtij. Acidalius vt elegantem commendat, quamvis aquabilis etiam subiiciat pro illa, pro hac tamen pu- gnat. lib. 8. infra cognosces idem verbi, sed compositi inequitabilis.

**PERMETITVR.**) Ita Modius castigavit. Iunij editio non damnanda: liberque prospectus oculorum, etiam ad ea, quæ procul recessere, permittitur. Permittitur idem hic quod transmit- titur, vti & Sisenna vocem usurpauit, id quod Modio insolens, qui ex suo reposuit permetitur, &c. ad ea, more suo liberè & præfidenter expunxit, quibus tamen expunctis sanè commendo Modij crux & scripturam. Optimè enim quadrat permetitur.

### CAPUT XXIII.

#### ARGUMENTVM.

Profectio Alexandri ad Euphratem & Tigrim, ca- des Satrapacis.

Alexan-

**A**lexandro, qui numerum copiarum eius, quantum procul coniectari poterat, estimabant. vix fecerunt fidem, tot millibus casis maiores copias esse reparatas. Caterum omnis periculi & maximè multitudinis contemptor, undecimis castris peruenit ad Euphratem: quo pontibus iuncto, equites pri mosire, phalangem sequi iubet. Mazaeo, qui ad inhibendum transitum cum sex millibus equitum occurrerat, non a suo periculum sibi facere. paucis deinde non ad quietem, sed ad preparandos animos diebus datu militi, strenue hostem inse qui caput, metuens ne interiora regni sui peteret, sequendus q̄ eset per loca omni solitudine atque inopia vasta. Igitur quarto die præter Arbelam penetrat ad Tigrim. Tota regio ultra amnum recenti fumabat incendio. Quippe Mazaeus quacunque adierat, haud secus quam hostis urebant. Ac primo caligine, quam fumus effuderat, obscurante lucem, insidiarum metu substituit. Deinde ut speculatores præmisisti tutu omnia nunciauerunt, paucos equitum ad tentandum vadum fluminis præmisisti. cuius altitudo primo summa equorum pectora, mox ut in medium alueum ventum est, ceruices quoque aquabat. Nec sane aliis ad Orientis plagam violentus inuehitur, multorum torrentium non aquas solum, sed etiam saxa secum trahens. Itaque à celeritate qua desfluit, Tigris nomen est inditum, quia Persica lingua Tigrim, sagittam appellant. Igitur pedes velut diuisus in cornua circundato equitatu, leuatis super capita armis haud agre ad ipsum alueum penetrat. Primus inter pedites rex egressus in ripam, vadum militibus manu (quando vox exaudiri non poterat) ostendit. Sed gradum fir mare vix poterant, cum modo saxa lubrica vestigium fallerent, modo rapidior unda subduceret. Præcipiu erat labor eorum, qui humeris onera portabant: quippe cum semetipsos regere non possent, in rapidos gurgites incommode onere auferebantur. Et dum sua quisq; spolia consequi studet, maior inter ipsos quam cum amne orta lucretio est, cumulig; sarcinarum pauci fluitantes plerosq; perculerant. Rex monere, ut satis haberent arma retinere, cetera se redditurum. Sed neque consilium, neque imperium accipi poterat. Obstrebat hinc metus, præter inuicem natantium mutuus clamor. Tandem, quæ leniore tractu amnis aperit vadum, emersere, nec quicquam præter paucas sarcinas desideratum est. Deleri potuit exercitus, si quis vincere ausus esset. Sed perpetua fortuna regis auertit inde hostem. Sic Granum tot millibus equitum peditum q̄ in ulteriore stantibus ripa superauit, sic angustis in Cilicia & callibus tantam multititudinem hostium. Audacia quoque, qua maximè viguit, ratio minui potest, quia nunquam in discrimen venit, an temere fecisset. Mazaeus, si transuentibus flumen superuenisset, haud dubie oppressurus fuit incompositos in ripa: demum etiam per armatos ad aquitare cœpit. Nille admodum equites præmisserat: quorum paucitate Alexander explorata, deinde contempta, præfectum Paonum equitum Aristona laxatis habens inuehi iussit. Insignis eo die pugna equitum, & præcipue Aristonis fuit. Praefectum equitatus Persarum Satropacem directa in gutture hasta transfixit, fugientemq; per medios hostes consecutus, ex equo præcipitauit. & oblique anti caput gladio demisit, quod relatum magna cum laude ante regis pedes posuit. Biduo ibi statu rex habuit, in proximum deinde \* pronunciare iussit.

\* iter pronunciari.

PROCUL CONIECTARI. ) Per exploratores missos ad Darij consilia & acta exploranda, quod apud Persas erat difficillimum, ut supra demonstrauimus. c. 18.

MAIORES COPIAS. ) falsa igitur & mendosa infra summa de x l. v. millibus equitum, & du centis millibus peditum, cum in Isica pugna maior fuerit numerus. c. 37.

VNDECIMIS CASTRIS. ) Undecimo die è Tyro & Phœnico peruenit ad Euphratem, qui Mesopotamiam à Syria diuidit.

QVO PONTIBVS IVNCTO. ) Arrianus iam pontibus iunctum inuenisse testatur, sed non ad utramque ripam vñque pertinentibus. Καὶ ἀφίκετο ἐς θάλασσαν Αλέξανδρον μηνὸς ἔκπομπανθόν, ἐπὶ ἀρχοντόν Αθηναῖσιν Αριστοφάνες. καὶ χεταλαμβάνει δυοῖν γεφύραιν ἐζευγμένον τὸν πόρον. καὶ γὰρ καὶ Μαζάνθον, διπλῶν φυλακὴν τὸ ποταμὸν ἐκ Δαρείου ἐπέτρεψαντο, ιππέας μὲν ἔχων τερπίδισκούς, καὶ τέτταν ἐλλήνας μισθοφόρος δισχιλίος, & quaib; ibidem sequuntur. Plinius libro 34. cap. 15. extare catenam tradit, qua pon reuinctus fuit. Ferunt quidam & religione qua-

dam id fieri; & extare ferream catenam apud Euphratem amnem, in urbe quæ Zeugma appellatur, qua Alexander Magnus ibi vinxerat pontem, cuius annulos, qui refecti sunt, rubigine infestari, carentibus ea qui refecti non sunt. Sed Curtius ad Thapsacum, ut & Strabo transisse Euphratem scribit.

MAZAE NON AVSO SVI PERICULVM FACERE.) Confederat ad Euphratem & pontes Mazæus, & timuerant Macedones ne pontes integraret, sed is audito Alexandri aduentu, cum omnibus copijs salutem à pedibus quæsiuit.

NON AD QUIETEM.) Sed ut se ad prælium pararent, semperque animis essent sibi præsentes, ac si quis die & loco dimicandum foret.

\* cap. 16.

NE INTERIORA REGNI SVI PETERET.) Hoc enim supra in epistola minatus fuerat facturum. Transiendum esse Alexandro Euphratem, Tigrimque & Araxem & Hydalpem. In Međiam, Hyrcaniam, Bactra, & Indos, Oceani incolas, Sogdianos, & Arachosios, ad Caucasum & Taman penetrandum.

INOPIA VASTA.) Mazæus omnia vastante, & populante, & vrente.

QUARTO DIE PRAETER ARBELA PENETRAT AD TIGRIM.) Mirum hoc de quarto die. Nam Strabo iter ex Eratosthene à Thapsaco seu Euphrate ad Tigrim numerat stadia mille quadringenta, quæ nostrata efficiunt millaria quadraginta cum triente, siue paucum ducenta quinquaginta quinque millia. quotidie confienda fuissent decem Germanica millaria & semis, quod equiti graue, nedum pediti. Sed enim longiores in Assyria dies sunt, atque apud populos Arctos subiectos, & iter expeditum per æquales & perpetuos campos. Verba Strabonis sunt hæc, ne quis me

Strabo l. ii. alienis credidisse existimet. Εμπαλιν τὸν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς Ευφράτεω ποταμοῦ Θάσης αὐτῷ μέχρι μὲν δὴ τῆς Τίγρεω, ὅπῃ Αλεξανδρεῖα διέτειν, σαδίσεις χιλίους καὶ τετρακοσίους γραφεῖ. Κατεύθυνθεν τὸν δια τῆς Γαυγαμέλων καὶ τῆς Λύκου καὶ Αρετάων καὶ Εκβατάνων διαρεῖ. έκ τούτων διέπειν τόπους διὰ Γαυγαμέλων καὶ τῆς Λύκου καὶ Αρετάων καὶ Εκβατάνων διαρεῖ. Τούτη μέχρι Κατάπιων πολῶν, τοῖς μηρίσις εκπληκτοῖς πλακοῖς μόνον πλευροῖς. Facto iterum ab Euphrate & eius apud Thapsacum trajectu initio, usq; ad Tigrim, quo loco Alexander transiit, stadia scribit CIO. CCC. inde ad subsequentia loca per Gaugamela, Lycum, Arbela, & Ecbatana, quæ Darius à Gaugameli fugit usque ad Caspias portas CCIO. implet, super additis dunt taxat CCC.

PRAETER ARBELA.) Iam priore capite locum hunc excusimus, & præter Arbela trans Tigrim posita ab Alexander cis Tigrim, transita diximus. Carrasque Glareani deleuimus.

cap. 22.

HABD SECVS QVAM HOSTIS VREBAT.) Sed iussu Darij, ut paullò ante legisti.

INSIDIARVM METV.) cœtè hoc, nubes enim & nebulae, puluis, fuligine, angustias, paludes, confragosa, fumus, & nox opportuna insidijs, fidem facient. Frontinus libro 2. Polyenus lib. 3.

TUTA OMNIA.) Nam Mazæus, vt Diodorus est Auctor, ad impediendum fluminis transitum à Dario missus, cum altissimum & rapidissimum sciret, nullo pacto transiri posse ratus, non multum diligentia illi custodiendo adhibuit, adiunctisque popularibus alijs, longè lateque regiones quam plurimas diripuit, omniaque corrupit, necessariarum rerum angustijs ita prelos hostes, haud proprius accessuros ratus.

AD TENTANDVM VADVM.) Fluminis Tigridis, quod partim hic, partim infra describit. Vadum enim est imum fluminis, & terra subiecta, per quam labitur vnda.

CERVICES QVOQUE AEQUABAT.) Non usque adeò ergo altus, multisque partibus maior, latior & altior. Danubius, & Euphrates, & Nilus Rhenus; ut nihil dicam de Indo & Gange.

VIOLENTVS.) Rapidus, & cum impetu latus.

INVEHITVR.) Fertur, rapitur.

lib. 6. c. 27.

SAXA SECVM TRAHENS.) Plinius rem omnem describit, quem adibis.

A CELEBRITATE QVA DEFVLIT TIGRIS NOMEN EST INDITVM, QVIÀ PERSICA LIB. 13. C. 21. CALINCVA TIGRIN SAGITTAM APPELLANT. ) b Isidorus & c Rupertus de operibus Trinitatis ab animalis Tigridis velocitate dictum putant, de cuius tremenda perniciitate d Plinius multa. Sed cum Curtio facit, e Strabo, & Plinius, g Theophilus tamen ab animali Tigride nomini flumini inditum tradit apud Plutarchum, quod Bacchum per Tigrin transportarit. Hermesianax Cyprius & Aristonymus lib. 3. adhuc absurdiora commentatur apud eundem de Alpheis bæa nymphæ à Baccho in forma Tigridis per flumen transvecta. Hebreis appellatur \* Ridekel, teste David Chimi, vel ab acuto sapore, vel celeritate cursus. Chaldaicè Diglath. Plinius allusit in voce Diglito. In Epitaphio l. 3. c. 7. Juliani dicitur ἀγάπηος celeriter fluens, λατινος μαρτ Tigris ἀγάπηον ερθαδε κείται. Nascitur lapis Myndan in Tigride flumine candidus, quem qui secum fert, à nullo animali laeditur, ut fabulatur mea sententia Leo Bizantinus lib. 3. de fluminibus.

PIDES

## EXPLANATIONES.

197

**PEDES CIRCVMDATO EQVITATV**) suprà & infrà equites transmittentem peditem iuuabant. suprà, vt impetum fluminis sua statione insfringerent: Infrà, vt si qui vi fluminis eslet abreptus, ab equite exciperetur.

**IPSVM ALVEVM**) ad medium fluminis.

**PRIMVS INTER PEDITES REX**) φιλοκάνθης ο- erat alexander, in periculis semper princeps, ut animum suis suo adderet exemplo.

**QVANDO VOX EXAUDIRI NON POTERAT**) obstrepenibus vndis, & clamore temtuo adhortantium & pericitantium.

**SED GRADVM FIRMARE VIX POTERANT**) pedem figere non poterant, quod lapides luhbrici & glabri eluderent vestigia, vel vis vndarum violentior eadem subducere & auerteret. **Dio- Li. 17.**  
dorus egregiè Curtio accinit, quædamque addit. O<sup>c</sup> δὲ Αλέξανδρος παραγενόμενος πρὸς τὴν διαβασιν τῆς Τίγρεως ποταμοῦ καὶ τὸν πόρον ὑπότινον ἐγχωρίου μαστῶν δεεβίβασε τὴν δύναμιν, οὐ μόνον ἐπιπόντας, τὸν γόρην πόρον μεντεῖται, τὸν δὲ πεύματος ἡ σύγκριτης πολλοὺς τὴν διαβασιν τῶν παρεπομένων, καὶ τὸν βάσιν τῶν σκελῶν παρηστο. τὸ τε φέμα τοῖς ὄπλοις ἐπιπάτον πολλούς τε παρέφερε καὶ τοῖς ἐσχιακτικοῖς κνηδύνος περιέβαλλεν. δὲ Αλέξανδρος πρὸς τὴν σποδοφόρην τὴν γεύματος ἀντιμαχόμενος, παρηγγειλε πᾶσι ταῖς χεῖραις ἀλοίοις συμπλέκειν, καὶ τὴν ὅλην τὴν σωμάτων πυκνότητα ποσειν γεύματος παραπλησίαν. Alexander vbi ad transitum Tigris peruenit, de vado ab accolis edocitus, non labore solum maxima, sed etiam extremo cum pericolopicias traducit. Nam vndarum altitudo pectora superabat, fluuijg, impetus tam rapidus erat, vt subductis pedum vestigj multos transseuntium abriperet. Aqua etiam arma intercurrentes non paucos abstulit, periculisq; extremitis immergit. Sed Alexander vt vehementia vndarum obfisteret, manus inter se arctè conserere, rotamq; corporum molem veluti iugo connexam habere insuit. Atque ita, quod in Diodoro sequitur, exercitum per Tigrim traduxit, traductumque recreauit.

**SE IPSOS REGERE**) occupatis manibus in onere sustinendo & retinendo.

**SPOLIA**) sarcinas, vestes, pecunias, impedimenta hostib; dudum erepta, scuta virūm, gazarumque, & fortia corpora voluit.

**PERCVLERANT**) quod totam reculam suam in sarcinis circumferrent, quarum iactura ad ultimam inopiam exigendierant.

**NEQVE CONSILIVM NEQVE IMPERIVM**) accipi vel audiri poterant ob vndarum obstreuentium fremitum, & eluctantium clamores.

**INVICEM NATANTIVM**) obstabant sibi inuicem propter densitatem innatantium, & omnia clamoribus, tumultu, adhortationibus permixta obstrepebant, vt res prope summum periculum eslet.

**LENIORE TRACTV**) non vbiique rapidè ferebatur Tigris, proinde vbi tardior incedebat, Plinio teste, vocabatur Dighito.

**DELERI POTUIT**) si impediti flumine, onerati sarcinis, sine ordine, imperio, modo, in flumine deprehensi fuissent à Mazao. Ergo summa fuit stultitia hostis, cum ab eo summa occasio victoria est neglecta.

**POTUIT**) potuisset nos diceremus, sed ita loqui a mat Curtius. Cæterum in fluminum transitu sapè victos hostes docent exempla. Nam ita Labienus vicit Gallos. Frontinus libr. 2. cap. 5. Ita Hannibal ad Transimenum lacum Romanos. Ita Fulvius Nobilior Lucanos. Frontinus libr. 1. cap. 6.

**SED PERPETVA FORTVNA**) sequuntur epiphonemata & censura auctoris super hoc factu Alexandri, ausi sine ponte Tigrim cum copijs transire, cum hinc altitudo fluminis & violentia, inde hostis posset timeri. Sed vtrumque periculum virtus regis, & fortuna disiecit. virtus, cum priñum ipse pedes eluctatus est; fortuna, cum fama aduentus, & nota iam fortitudo Alexandri, & omnis periculi contemtus metum incusit hosti, vt ripam Tigridis defereret. Enimvero sapè scriptores multa Alexandri audacissima & mortalia facta referunt ad temeritatem potius quam prudentiam, pertinentiam, vt pater ipse Philippus apud Lucianum cum filio disputat de Mallis & munitissimis locis per summam Alexandri audaciam occupatis, vt possit Ennij dictum ad Alexandrum quoq; trahi ex Aeacidarū sanguine oriundū. Postremo, inquit Cicero altero de diuinat. quamquam semper fuit, vt apud Ennium est, solidum genus Aeacidarum: Bellipotentes sunt magi quam sapientipotentes. Augustus tamen Cæsar nepotem in Hispanias mittens precatus est illi gratiam Pompei, & audaciam Alexandri, vt est apud Plutarchum. Apophtheg.

**AUDACIAE QUODQUE RATIO MINVI POTEST**) Placet Modij scriptura p:z Acidalij, multa hic conantis & permurantis, cum legendum contendit: audacia quoque ratione niti potest. Benè quidem hoc, sed procul à Curtij verbis. Mens Curtij est: audacia quoque ratio, hoc est, causa seu culpa minui potest. ratio certè hic pro causa, causa pro culpa accipitur, nec quicquam p:z omnius estiam verbis & sensu Curtij, & respondent optimè quæ sequuntur, quia nunquam in discrimen re-

nit, nunquā eo ventum est, ut dubitandum eslet, an temerē vel cum ratione egisset, nunquam enim illi audacia infeliciter cessit, & ex euentu potuit semper rem consilio & ratione egisse videri.

SIC GRANICVM TOT MILLIĒVS EQVITVM PEDITVMQVE IN ULTERIORE RIPA STANTIBVS SUPERAVIT. Hoc Curtius lib. 2. expulerat, quem librum nobis tempus edax & longa vetustas inuidit. Strabo. τέδ' Αἰσήπος καὶ τό Πριάπος μεταξύ ὁ Γρανίκος ρέτα πολλαδί. Αδρασίας πεδίον. ἐφ' ὧ Αλέξανδρος τό Δαρεῖον ταῦτας ἀναχράτης ἐνίκησε σομβαλῶν, καὶ πάσαι τὸν εὐτότερον Ταύρον καὶ τόν εὐφράτην παρέλαβεν. Granicum flumen inter Aesepum & Priapum, ut plurimum fluit per Adrastia campum, in quo Alexander Darēy satrapas ingenti prōlio vicit, omnemq; intra Taurum montem & Euphratem, terrā occupauit. Ceterū Arrianus transitum Alexandri per Granicum egregiè describit, & equitum ait fuisse viginti millia, qui ripam Granicum obsidebant, nec pauciores pedites. Iustinus vniuersē sexcenta millia censet. Diodorus haud paulò pauciores. Plutarchus nullo certo numero μεγάλην ait fuisse δύναμιν, summum periculum erat in Granici ripa superanda, quod omnes quos laudauit, commemorant exponuntque.

IN CILICIAE ANGUSTIS CALLIBVS.) Regredere ad lib. 3. cap. 8.

PER ARMATOS. iungit voces Acidalius per armatos & verē: nam in fluminē exarmati erant, quibus si superuenisset, Mazaeus delere potuit. Nunc demum & cum paucis aduenit, cūm Macedones iam armati, hoc est, probè armati esent. serum auxilium.

ARISTON A. Fortissimus hic Aristo miles, quem & Plutarchus laudat, cum iucundo Alexandri epiphonemate. Ο τῷ Παύλων ἡγέμενος ἀποκτένας πολέμιον ἀνδρα, καὶ τὸν κεφαλὴν ἀπίδειχάμενος αὐτὸν τοῖς (εἶπεν) ὥ βασιλεύος, παρ' ἡμῖν ἐκπέμπατος οὐ χρυσὸς τιμῆται τὸ δῶρον. δὲ Αλέξανδρος γελάσας, καὶ γέγοντας (εἶπεν) ἐγώ δὲ σοι μεσὸν ἀναρτεῖς πρεσποιουσα. Ρωμαίοις prefectus Aristο cum hostem obtruncasset, ostendisset ἐγώ, ei caput. Hoc donum Rex, inquit, apud nos poculo auteo pensatur. Arridens Alexander, nempe vacuo, inquit, Ego verò tibi plenum propinabo.

BIDVO. ) Militem à labore & periculo traiecti fluminis recreatus, hæsit per biduum, dein profectionem pronunciavit. Codex Augustanus antiquissimus verius, in proximum, deinde iter pronunciari iussit, quam scripturam etiam Acidalius laudauit. In proximum intellige diem. τό, Iter, tamen MS. omisit, sed seruandum est.

## CAPVT XXXIV.

### ARGUMENTVM.

Defectio lunæ describitur, inde trepidatio exercitus & nutatio ac propè seditio. Ratio defensionis explicata, fausta portenta, profectio, ignis extincio, copia frumenti reperta, exploratores capti vel cæsi.

**S**ed prima ferē vigilia luna deficiens, primum nitorem sideris sui condidit, deinde sanguinis colore suffuso lumen omne fædauit, sollicitus q; sub ipsum tanti discriminis casum ingens religio, & ex ea formido quadam incussa est. Dīs inuitis in ultimas terras trahit se. iam nec flumina posse adiri, nec sidera a pristinum seruare fulgorem. Vastas terras, deserta omnia occurrere: unius hominis iactatione tot milium sanguinem impendi. Fastidio esse patriam, abdicari Philippum patrem, cælum vanis cogitationibus peti. Iam propè seditionem res erat, cum ad omnia interritus, duces principes q; militum frequentes adesse prætorio, Aegyptios q; vates, quos cœli siderum peritissimos esse credebat, quid sentirent, exprimere iubet. At illi, qui satis scirent temporum orbes implere destinatas vices, lunam q; deficerent, cūm aut terram subiret, aut sole premeretur, rationem quidem ipsis perceptam, non edocent vulgus, ceterum affirmant Solem Gracorum, Lunam esse Persarum: quotiens illa deficiat, ruinam stragemq; illis gentibus portendi. Vetera q; exempla recensent Persidis regum, quos auersis dīs pugnasse lunæ ostendisset defectio. Nulla res multitudinem efficacius regit, quā super-

*Supersticio, alioquin impotens, saua, mutabilis, ubi vana religione capta est, melius vatisbus quam ducibus suis paret. Igitur edita in vulgus Aegyptiorum responsa, rursum ad spem & fiduciam erexere torpentes. Rex impetu animorum utendum ratus, secunda vigilia castra mouit. Dextra Tigrim habebat, laeva montes, quos Gordyaos vel Gordaos vocant. Hoc ingresso iter speculatores qui premisi erant sub lucis ortum Darum aduentare nunciauerunt. instructo igitur milite, & composito agmine, antecedebat. Sed Persarum exploratores erant mille fermi, qui speciem magni agminis fecerant: quippe ubi explorari vera non possunt, falsa per metum augurantur. His cognitis rex, cum paucis suorum affectus agmen refugientium ad suos, alios cecidit, cepit altos, equitesque premisi simul speculatum, simul ut ignem quo Barbari cremauerant vicos, extinguerent, quippe fugientes raptim tectis aceruisque frumenti iniecerant flamas, quae cum in summo hasisset, ad inferiora nondum penetrauerat. Extincto igitur igne, plurimum frumentum repertum est: copia aliarum quoque rerum abundare cœperunt. Fores ipsa militi ad persequendum hostem animum incendit: quippe urente & populante eo terram festinandum erat, ne incendio cuncta præciperet. In rationem ergo necessitas versa: quippe Mazaeus qui ante aper otium vicos incenderat, iam fugere contentus, plerique in uiolata hosti reliquit. Alexander haud longius centum quinquaginta stadiis Darum abesse comparerat. Itaque ad satietatem quoque copia commeatuum instructus, quadruplo in eodem loco substitutus.*

**SED PRIMA FERE VIGILIA LVNA DEFICIENS.**) Locus planè illustris & laboriosè explicandus de hebescente sidere, unde decimo die ante pugnam ad Gaugamela factam. Illustrant has lunæ tenebras nobilissimi scriptores. *a* M. Tullius Cicero. *b* Plinius. *c* Arrianus. *d* Plutarchus. *e* Ptolomæus. *f* Olympius. *g* Scaliger de emendatione temporum & Can. Isag. *h* Henricus Butingus. *i* Jacobus Christmannus ad Alfragatuum. *l* Manilius. *m* Astron. *n* Lucretius. *o* Ciceronis verba sunt primo de diuinat. *Quale scriptum illud videmus: si Luna paullo ante solis ortum defecisset in signo Leonis, fore ut armis Darius & Persa ab Alexandro & Macedonibus prælio vincerentur, Dariiisque moreretur. Sed Cicero nulla tempora signat, nec annos, nec Olympias, multo minus mensem, nisi Leonis signum, quem Scaliger refutat. Plinius. Nobili apud Arbela magni Alexandri victoria luna 112. an. 2. defecisse noctis secunda hora prodita est, eademque in Sicilia exoriens. Ptolomæus de ead. defectione ita scribit. Nam litera mandatum est Eclipsim eam quæ hora quinta in Arbelis accidit, Carthaginii apparuit. sed in signo Leonis. fore ut armis Darius & Persa ab Alexandro & Macedonibus prælio vincerentur, Dariiisque moreretur. Sed Cicero nulla tempora signat, nec annos, nec Olympias, multo minus mensem, nisi Leonis signum, quem Scaliger refutat. Plinius. Nobili apud Arbela magni Alexandri victoria luna 112. an. 2. defecisse noctis secunda hora prodita est, eademque in Sicilia exoriens. Ptolomæus de ead. defectione ita scribit. Nam litera mandatum est Eclipsim eam quæ hora quinta in Arbelis accidit, Carthaginii apparuit. h Chronologio Ovidi occidit. Ex quibus manifestum redditur, quot temporibus aequinoctialibus inter se loca distent ad ortum vel occasum. Arrianus paucissimis, τὸ τῆς σελήνης τὸ πολὺ ἐκλιπέσ ἔγένετο καὶ Αλεξανδρῷ οὐετερά τῆς σελήνης, καὶ λυμπ. 112. τῷ δὲ τῇ γη, ὅτων τὸ ἔργον τὸ τέτο λόγῳ ἔναντι κατέχει, καὶ ἐδόκει Αριστανδρῷ πρὸς Μαχεδόνων καὶ Αλεξανδρῷ εἰ-anno 2. να τῆς σελήνης τὸ πάθημα, καὶ ἐκείνη τὰ μηνὸς ἔτεδαι καὶ μάχη. καὶ ἐκτῶν ἵερῶν νίκην σημάνεται Αλεξανδρῷ. Per id tempus ingens luna defectio fuit. Nec plus de tempore. Sed subiicit de prodigijs significatione. Alexander luna, soli & terra à quibus eclipses fieri dicuntur, sacrificiū fecit. Aristandro visum est felicē ac fastum successum Alexandro & Macedonibus per luna defectum portendi, præliumque eo ipso mente commitendum esse, & sacrificia ipsa victoriam Alexandro promittere. Plutarchus mensem etiam signat & diem. H. μὲν δύο σελήνη τῷ βοηδρυμιῶν οὐετερά τῶν μουσκρίων τῶν Αθηνῶν ἀρχήν. ἐνδεκάτῃ δὲ ἀπὸ τῆς \*Septemb. ἐκλιπέσεως νύκτος, τῶν πρωτεῶν ἐνόπει γεονότων &c. Porro Luna mense \*Boedromione defectus sub initio mysteriorum, ut ea Athenis agunt. Undecimo à defectione die, cum exercitus virtingi, in aspectu essent: & quæ sequuntur. Olympiadum descriptio: Ολυμπ. φιλ. β'. ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ. Αλεξανδρῷ τὴν Εἰγύπτῳ Αλεξανδρειαν κτίζει. Σελήνης ἐκλιπέσ. ή πρὸς Αρβηλα μάχη καὶ Δαρεῖον ἱπτα. ἐντέθεν αἱ Καλιππεῖς περιόδοι ἀρχοντος. Olympiade centesima duodecima, anno secundo, ARISTOPHANES prætor. Alexander in Aegypto Alexandria condit. Luna defectio, pugna ad Arbela, qua vicitus est Darius. Hinc incipiunt periodi Calippi. Iosephus Scaliger ex Iulii Africani Epochis, epocha LXXXVIII.*

**AD CAPITAM BABYLONEM.**) Hic, inquit, casus non potest ignorari. Nam præterquam quod omnes uno ore illum conferunt in annum 2. Olymp. 121. ἀρχοντῷ Αθηνῶν Αρισφάνῳ, accedit demonstratiuus character ex caelo, deliquum lunæ Septembribus 20. μεταγεννήσεως εἰκάδι. Erat enim annus XXVII. periodi Atticae. Fallitur enim Plutarchus, qui hoc deliquum sideris contigisse scribit εἰκάδι Βοηδρομιῶνος, \*Μυστρίοις. Mysteria quidem semper conueniunt in XX. Boedromionis, \*De his mysteriis. Sed eo anno neomenia Βοηδρομιῶν incidit in Calendas Octobres. Proinde mysteria in XX. diem sterijs Atticisdem mensis. At defectio Lunaris iam ante contigerat vigesima Septembribus εἰκάδι μεταγεννήσεως Ελευσinij s. Η. Itaque manifesto Plutarchum fugit ratio, qui εἰκάδι Βοηδρομιῶν, ac proinde μυστρίοις contingit dicit. Neque melior Arriani sententia, qui Πνανεψιῶν sidus defecisse tradit. Itaque neque librum Βοηδρομιῶν secundum Plutarchum hic locum habet, neque secundum Arrianum Πνανεψιῶν siue popularis, siue πρωτεύεις. Undecim enim diebus defectio lunæ ante pugnam contigerat. Vnde pugna commissa Calendis Octobris ηεομενίᾳ Βοηδρομιῶν. Hæc Scaliger in Thesauro temporum ad Eu- sebium. Scio quid idem doceat lib. 5. de emendat. temporum. Sed hic plenius ex ultima sententia. & diebus nam

nam ibi constituit 21. noctem Septembri, qua facta eclipsis. hic 20. ipsum. Buntingus confert hanc defectionem in annum mundi 111. c10. XXXVIII. Olymp. XII. anni 11. ante Christum natum CCCXXXI. Accedit ergo haec defectio annis 330. mensibus 3. diebus 10. & paucis horis, ante natum Christum.

Effigiem porrò huius defectionis in hac tabula cernis, ut oculos etiam curiosè pascas.

οὐδὲν γλυκό τερόν θέτω η πάντα εἰδένεις.

*Nil dulcius nescire nil, nosse omnia.*

### BOREAS.

defectio 16. punct.

Luna umbram egressa.

ORIENTS.

Luna umbram ingrediens.

OCCIDENS.

### AUSTER.

\* Astron. PRIMA FERE VIGILIA.) Quia Gaugamela ad Orientem vergunt, sicut tota regio Assyriorum, quæ Lunam exorientem prima videt. \* Manilius:

Te testem dat Luna. sui glomerabilis orbis  
Quæ cum versa nigris per noctem deficis umbris  
Non omnes pariter confundit sidere gentes;  
Sed prius Eos querunt tua lumina gentes.  
Post medio subiect a polo quacunque coluntur,  
Ultima ad Hesperios infectis volueris alis,  
Serag, in extremis quatuntur gentibus ora.

Caussam dat Manilius quod terra sit rotunda & globosa, alioquin futurum esse, si plana sit, vt simul ab omnibus conspicatur. leg. el. 4. Manilius.

Caussapater, quod Luna suis defecit in astris.

& quæ ibidem sequuntur.

\* lib. 3. c. 15. PRIMA VIGILIA.) De vigiliis \* supra copiosè disputatum est.

FORMIDO INCVSSA EST.) Et apud Plutarchum libellus *de testimoniis de superstitione*, in quo narrat de Nicia Atheniensium duce non aiso ob defectionem Luna in hostem pugnare, & cum toto exercitu, deleto: videlicet, quadraginta millia propter ducis superstitionem perire. Pergit deinde Plutarchus, & docet in tempestate precandum quidem numen, sed interim clavum adducendum & antennas dimittendas; & ab Heviō moneri agricolam, vt vota Cereris & Diti soluat, sed interim stiuvam arripiat, & aret. Homerus Græcos pugnaturos introducit vomentes, sed interim prælium aggredientes. Addit postremo de Iudeis cum Sabbatho pugnare ob religionem nolent, capros & imperfectos. Est autem *de testimoniis* nimius metus numinis, ex quo superstitione oritur. Hoc factum & apud barbaros nostro ferè tempore, qui terrore sideris ad quasvis cum Lusitanis conditiones faciendas descendenterunt, cum ratione cœlestium corporum & conuersionum nescire, & Lusitani ultimū illis imminere exitium, dictitarent, nisi in voluntatem ipsorum concederent.

DIIS INVITIS.) Seditiosa exercitus oratio, vel murmur potius expositum ad exemplum Cæsaris, qui plerasque omnes hostium, & suas etiam orationes, ipse non ad verbum tradit, sed compendio sententiam complectitur, & per verbum infinitum: vt statim initio lib. 1. de Helvetiis legatos mitrentibus, qui dicerebant sibi esse in animo sine ullo maleficio iter per prouinciam facere, rogare vt illius voluntate id sibi facere liceat, & quæ ibi sequuntur. Diis autem illi uitis affixat, quod ex sideris luctu patarunt iratosibi Deos.

**IN VLTIMAS TERRAS:**) Oratoria auxesis, extra solis terminos, dixerat suprà ead. figura.  
**NEC LVMINA POSSE ADIRI.**) vel quod nullus imperitus miles superesse crederet; extra solis nempe terminos, vel quod agere transmittenet, ut Tigris. Erant porro haud procul Tigris Ly-  
 cus, Caprus, alia: taceo longinquiora, Araxen, Hystaspes, Oxum, & Ochum, Indum & Gan-  
 gem.

**ADIRI.**) adiritamen mihi suspectum est, & fuit Acidalio, qui vadari putauit reponendum, aut transiri.

**NEC SIDERA.**) Quasi extra naturae fines non possent vterius radios spargere.

**VASTAS TERRAS, DESERTA OMNIA.**) Quia Mazæus prægressus, omnia populando, cre-  
 mando, agendo, ferendo, vastarat.

**VNIUS HOMINIS IACTATIONE.**) vetera exemplaria non improbè: in vnius hominis iactati-  
 onem &c. sanguinem impendi.

**FASTIDIO ESSE PATRIAM.**) Quæ nempe ex Philippi oraculo Alexandrum non capiebat.

**ABDICARI PHILIPPVM.**) Hoc acerbè in Alexandrum, cui nec patria, nec pater placeret diui-  
 nitatem affectanti.

**CAELVM VANIS COGITATIONIBVS PETI.**) Modum hominis egreßus, cælestem quæsi-  
 rat, patrem Iouem Hammone, cælitum honores sitiebat. Et hæ erant militis turbati terraque  
 ex lunæ hebetcentis tristis aspectu, voces. Quod vero Plutarchus de Nicia Atheniensum duce astro-  
 logiae ignaro memorauit, prodidit multis tæculis ante Plutarchum Polybius illustris scriptor, vbi  
 de Nicia scribit, inter officia imperatoris requirit ut Geometriæ & astrologiæ sit probè gnarus, o-  
 stenditque quæ à quibus imperatoribus damna & offensiones bellicæ ex earum descriptionum ig-  
 noratione acceptæ sint. Putabant veteres cum Luna vel Sol laboraret, id Lamicarum veneficijs fieri,  
 vt de Pindaro & Stesichoro tradidit Plinius, peluitque, vel cymbali, vel tympani strepitū & tinnitu Lib. 2. c. 12.  
 carmina magica exarmari existimabant. Tibullus Eleg. 8. 1.

Cantus & è currū lunam deducere tentant;

Et facerent si non æra repulsa sonent.

At vos deducta quibus est fallacia luna,

Et labor in magicis sacra piare fociſ.

Cognolce & apud a Quidium, b Horatium, c Virgilium ead.

Carmina vel calo possunt deducere lunam.

Et Proper-  
tius lib. 1.  
Eleg. 1.  
a metam.

12.  
b. Oda. 5.  
Epod.

Apollonij interpres ad lib. 4. ad p. g. max. de xara, & or. r. v. v. Sagæ deducunt lunam. Exanimauit etiam ultimum regem Macedonum postea, vt auctor est Plutarchus, in Aemilio solis confusio. \* Eclog. 8. Plinius rationem, inquit, defectus vtriusq. (Solis & Luna) primus Romani generis in vulnus extulit Sulpitius Gallus, qui consal cum M. Marcello fuit: sed tum tribunus militum solicitudine exercit uiberato, pridie quam Perseus Rex superatus à Paullo est, in concionem ab imperatore perductus ad prædicendam eclipsim, mox & composto volumine. Agit deinceps Plinius de primis siderum & defectionum obseruatoribus, ostenditque cum Polybio quas clades rebus publicis imperatores siderum ignari attulerint, ac de-  
 dum concludit. Maclii (inquit Plinius) ingenio esse cali interpretes, rerumque natura capaces, argumen-  
 ti repertores, quo \* Deos hominesque vicitis. Quis enim hac ternens, vt statos siderum (quoniam ita placuit  
 appellare) labores, non sua necessitatí mortalis genitus ignoscat? Eandein Sulpitij prædictionem exponit  
 Liuus, qui ante Plinium erat nominandus. Paullo aliter Valerius historiam prodidit, quem tute  
 videbis, quia in præceptu est mihi latis indigetas. Frontinus quoque legendus Stratag. l. 1. c. 12. De Ar-  
 chelao Macedon. & rege mira Seneca: Nō poterat ergo, inquit, Archelao referre Socrates gratiæ? Et quid lib. 5. de  
 tantum erat accepurus, quantum dabat. Si ostendisset hominem vita ac mortis peritum, vtriusque fines  
 tenentem? si regem in luce meridiana errantem ad rerum naturam admisisset, vsq; eo eius ignarum, vt quo  
 die solis defectio fuit, regiam eluderet, & filium (quod in luctu ac rebus aduersis mori est) \* tonderet?  
 Quantum fuisse beneficium, si timientem à latebris suis extraxisset, & bonum animum habere iussisset di-  
 tens: non est ista solis defectio, sed duorum siderum coitus, cum luna humiliore currens via infra ipsum so-  
 lem, orbem suum posuit, & illum obiectu suo abscondit: quæ modo partes eius exiguae, si in transcurſu strin-  
 xit, obducit: modo plus tegit si maiorem partem sui obiecit: modo excludit totius aspectum si recto \* librâme-  
 to inter solem terrasq; media succedit. Sed iam ista sidera buc & illo diducet velocitas sua, iam recipient diculo, di-  
 diem terra, & hic ibit ordo per secula, quæ dispositos ac prædictos dies habent, quibus sol intercessa luna ve-  
 retur omnes radios effundere. Paulu experta, iam emerget, iam istam veluti nubem relinquet, iam exolutus  
 impedimenti lucem suam liberè mittet. Hæc eleganter & copiosè Seneca. Apud \* Dionem miles Ro-  
 manus apud Pannonas verlatus post deceßum Augusti ferociter tumultuans defectione lunæ re-  
 tutus, & compositus est. Quia vero natali suo, inquit Dio \* de Claudio, defectus solis futurus erat, veri-  
 tus ne quis inde tumultus existeret, quum alia quoque prodigia quadam accidissent, publicè edidit non modo  
 futurum id deliquum, sed tempus etiam, quantitatatemque eius, cauſasque ob quas necessario eventurum  
 esset. Cauſas sunt huiusmodi. Luna infra solem (vt certum habetur) siue proxime ei subiecta, siue Mercurio  
 etiam Venerique supposita, mouetur in longitudinem & altitudinem, quemadmodum & sol videtur cur-  
 sum habere suum: & præterea etiam in latitudinem, quod soli nequaquam conuenit. Proinde luna si respe-  
 et 11

*Et u aspectus nostri recta sub solem veniat, ac infra eius radios currat, splendorem eius qui in terram defertur, hominum alijs magis alijs minus occultat, nequaquam vero eum obscurat: nimisrum cum sol semper proprium lumen obtineat, neque unquam id amittat. unde ies etiam quibus Luna non ita opponitur ut solem obteget, integer videtur. Hoc ita Soli accedit, ac tum ita sub Claudio editum est. Porro luna (neque enim alienum fuerit, de ea quoque loqui, quando semel eum sermonem attigimus) deficit, quoties est regio opposita soli (quod ei in plenilunio, sicut soli deliquium in coniunctione obtingit) in umbram terrae, qua habet metu seu turbinis figuram, incidit. Fit hoc, quum in medio latitudinis sua mouetur: ac tunc luce, quam a sole accipit, destituta, ipsa per se qualis sit, apparet. Hec Dio. Eadem defectione Tacitus pereleganter describit quem in manibus habes: Agathocles quoque Siciliae Rex militem in defectione solis externatum his verbis apud Iustinum ad spem & victoriam excitat. His quidem adhortationibus animi militum erigebantur. Sed terrebat eos portenti visio, quod nauigantibus eis sol defecrat. Cuius rei rationem non minore cura Rex, quam belli reddebat, affirmans, si prius, quam proficiserentur factum esset, credi aduersum profecturos prodigium esse: nunc quia egressis acciderit, illis ad quos edatur, portendere. Porro defectus naturalium siderum semper praesentem rerum statum mutare, certumque esse florentibus Carthaginensium opibus, aduersisque rebus suis commutationem significari. Nullum finem laudandæ mathes eos faciam, si progredi velim, nam omnia velle perseQUI, est arenas metiri. Mathesis omnibus gentibus primum ductore sidere per trium magorum obleruationem Deum ostendit. Mathesis nostræ societati muniuit viam ad Sinas, ad quos nulli peregrino licuit adhuc adspicere. Elegantissime eandem poetico pronicillo depingit Varro Atacinus. Sed quia carmina pluscula sunt, huc non transfero. Macrobius quoque ex vera ratione de utroque sidere langue scente tractat, quem commodè ipse cognoscet Concludam hunc locum narratione Iannini Roiani, qui de lunæ defectione in hac verba scriptis. [Colonus ductor exercitus Ferdinandi Regis Hispaniarum superioribus annis, quibus nouus orbis Indie Occidentalis detectus est, atque exploratus, apud Iamaicam insulam totum exercitum Christianorum ab imminentे morte huius diuinæ disciplinæ auxilio eripuit. Cum enim vniuersus Hispanorum exercitus in ultimo iam vitæ periculo esset constitutus, neque Dux a Iamaicensibus alimenta villo posset modo impetrare, (Hac enim ratione sperabant Barbari exercitum Christianorum facilè sine armis posse expugnari) rectoribus Iamaicensium nunciari iubet, nō sibi, suisque omnibus necessaria ad vietum submittrent, plurima illis ad supra mala imminere: In cuius rei testimonium non multo post Lunam eos obscuratam esse visuros, quam quidem ipse in Astronomia eximiè versatus iam iam defecuram cognoscet. Contemplerunt quidem primo Barbari iusta ducis Christiani, ac minas: At cum ad constitutum ab ipso tempus lunam deficere sensim conspicerent, neque huius rei causam inteligerent, illius tum verbis primum fidem præbentes, & commeatum Christianis affatim subministrarunt, & ad ipsius Ducis, ceterorumque militum pedes peruluti, ut sibi ignoscerent, obnoxie efflagitarunt. Taceo multa alia exempla similia, ut non immerito Ptolomæus assertus videatur, optimum Astrologum multum malum prohibere, & sapientem Altronum multum bonum hominibus posse procurare.] Hec noster Clavius.*

IAM PROPE SEDITIONEM RESERAT.) Remedium animis percussis adhibiturus Alexander, ductores ordinum vocat in regium tabernaculum, per quos de siderum ratione doctos doccat militem; quod illi felicissime, ut omnia celsit.

AEGYPTIOS VATES.) Aegyptij enim sibi sideralis scientiae inuentionem arrogarunt. Astronomia certè Theuthem Plato in Phædro nominat auctorem; Aristoteles Aegyptijs tribuit Astrologiam: *Διο, inquit, περὶ Αἴγυπτον ἀκαθηγελέας πρῶτον τέχνας συνέσχεται. ἔχει γὰρ ἐπέβεις σχαλόδεων τὸ τέλον ἵστερον.* Hinc Mathematicæ disciplina in Aegypto primum constitutas sunt, quum ibi concessum sit ut sacerdotes otio fruantur. Ad quem locum noster Fonteca. Cum audis Mathematicas scientias inuentas esse ab Aegyptijs, intellige potissimum Astrologiam, ad cuius inuentionem, quæ longa indiguit astrorum observatione, nō tantum otio necessaria, sed libero quoque & sereno calo, id quod in ea regione perenne est, vtebantur sacerdotes. Verè, nam & Plato adstipulatur. Pythagoras, Plato, Democritus, aliquæ complures Aegyptum petiuerunt, Astrologiæ & Geometriæ causia. Plato Aegyptum opportunam affirmat astris considerandis. Idem Picus Mirandula propter plana camporum docet. Diodorus etiam Aegyptijs hanc Astrologiæ laudem tribuit. Alij Chaldaëis primam siderum cognitionem assig-  
nent. Iosephus ab Abraham siderum disciplinam Aegyptijs traditam narrat: ab his ad Chaldaeos, inde ad Græcos profectam. Pherecides, Pythagoras, Thales Aegyptiorum & Chaldaeorum fuisse discipuli. Poeta Atlantem conditorem fingunt Astrologiæ, eoque pingunt humeris cælum sustinere.

contra  
Appio nē.

Virgil. 6.

Vbi califer Atlas  
Axem humero torquet stellis ardenteribus aptum.

Li. 6. c. 125. De eod. Plinius, qui tamen Belum Iouem sideralis scientiae inuentorem fuisse refert. Seruius Prometheum laudat repertorem. Iosephus Setho primam omnium siderum cognitionem adscribit. Certum est ex caelestium literarum doctoribus & Iosepho, cognitionem siderum ab ipso pri-  
mum

num Adāmo traditam steris, à Setho & posteris Noe, ab hoc easti ad Abraāmūm pertinuisse, à quo ad Aegyptios, ab his, ad Chaldæos, Phœnicias, Græcos. Videatur Clavius ad cap. i. Io. de Sacro-Bosco. Sed de omnibus Aegyptiacis disciplinis copiosè & eruditè nuper in Ecclesiasticis Annalibus noster Salianus, vbi de pueritia Mosis agit, anno Mundi 2470. ante c. n. 1583. Tom. 2. Primi ergo Hebræi columnis siderum rationem inscripserunt, & ab his ad Aegyptios, Chaldæos, aliosque propagata est. Habet ergo causam, quid sit quamobrem Alexander Aegyptios potissimum sacerdotes & Vates ad interpretandas siderum naturas adhibuerit, quod illis in ea, ut ipote inuentoribus & magistris Astrologiæ, maximè fides adiungeretur.

**T E M P O R V M O R B E S**) Aegyptij sacerdotes causas defectio[n]um naturales cognorunt, sed neque euulgandas in rudes, neque ab illis capiendas, ratabant, & quæ ad excitandos militum animos pertinebant, pronunciaunt haud dubiè doctore & auctore ipso Alessandro, qui dictabat quid potissimum Principes edicerent. Orbæ autem temporum appellat, vel ipsos orbæ & corpora cœlestia, quæ certa ratione circumvolvuntur, & annos ac mentes distinguunt, quod Sol & Luna æterno cursu peragunt, dein reliqua quæque errantia sidera, quæ planetæ appellantur, fixa quoque astra Zodiaci seu signiferi, vel quæ extra eclipticam, sunt versus Austrum & Septentrionem, quæ ratio Astronomiæ scientiæ continetur. Iam positus astrorum & cœli facies suas leges habent, à quibus nunquam discedunt. Hæc omnia probè tenebant sacerdotes. Et Ouidius poitea in Fastis, & Manilius in Astrone micis descripsit.

**L V N A M Q V E D E F I C E R E**) Curtius non rudit Matheoseos, physicas rationes adfert defectio[n]is Lunæ, vnam, cum terram iubat, alteram, cum sole premitur. Vna efficit eclipsim, altera silentium Lunæ. Eclipse fit in plenilunio, silentium in nouilunio. Terram subit, cum in umbram terræ incurrit; non cum descendit ad inferius cælum infra finitorem, quem Græci ὡψοῦν dicunt, oculisque nostris definitur cum supra terram non extat, tunc enim non dicitur deficere, nec deficit. Cum vero extat in nostro cœlo, & tamen vel tantum cornuta, vel omnino non apparet, quod statis vicibus mensium contingit: vel subit umbram terræ, cum terra inter solem & lunam intercedit, quod fit in plenilunijs, cum luna è diametro distans à sole, obiectu terræ solem non potest respicere, quæ defectio aliquando totam lunam tegit, ut factum in eclipsi, de qua agimus; vel partem, quæ in umbram terræ incurrit. Premitur autem à sole in silentio lunæ, cum proprius solem accedit, vultumque à nobis auertit (& est intra quindecim partes) atque ad solem conuertit, radiosque in illam suos per anaclysim reiicit.

**S O L E P R E M E R E T V R**) sicut & ipsa vicissim solem premit, cum sol infra terram est, & luna supra recto libramento, cum in umbra terræ est, vnde fortasse est quod Lucretius dixit:

———— & oppressum solem super ipsa tenere.

quamvis Lucretius de terra interiecta loquatur. Quando autem ita subit solem, vt supra verticem nostrum intra oculos nostros & solem, recta interiectiatur, solem velat, & radios solis hebetat & retundit, vt à nobis aspici nequeant, indeque existit defectio solis. Has & his plures causas docti narrant. Cicero eleganter utriusque sideris deficientis naturam his verbis describit. Solis defectio[n]es, i- na. paulo temque lunæ prædicuntur in multis annos ab ḥjs, qui siderum cursus & motus numeris persequuntur; ea e- post prin- nūm prædicunt, que naturæ necessitas p. rfectura est. Vident ex constatissimo motu luna, quando illa è regi- cipium. one solis facta incurrit in umbram terra, qua est meta nostris (eleganter hoc Cicero & docti, est enim umbra terra instar metæ turbinata, & in apicem desinit) vt eam obscurari necesse sit: quandoque ead. luna subiecta soli, atq; opposita nostris oculis eius lumen obscuret. Habes hic ex Cicerone causas eclipses lunæ & solis. Qui germanas & certas detectionum solis & lunæ causas ex Mathematicorum disciplina discere & pernosse desiderat, Ioannem Sacroboscum. 4. Sphaera euoluat, Vitellium præterea in Optics propos. 26. & Clavium ad Sacroboscum, Lucretium, lib. 5, Lucanum lib. 1.

**G R A E C O R V M , L V N A M E S S E P E R S A R V M**) ex Herodoto, apud quem lib. 7. hebescente sole Xerxi Vates re ponderunt detectionem Græcarum vrbium significari, quod sol esset præses Græcorum, luna Perla. um.

**V E T E R A Q V E E X E M P L A P E R S I D I S R E C V M**) Plutarchus dies & menses signat tum barbaris infautos, tum Græcis felices, & contra. Persæ, (inquit in Camillo) mensis Boedromionis (September nobis) die sexto in Marathone, tertio ad Platæas, eodemque ad Mycalem sunt à Græcis casii, vigefimo sexto in Arbelis. Mensis quoque Thargeliorum manifestè Barbaris fuit infautus. Alexander regis præfectos hoc mente superauit ad Granicum. Multa solis & lunæ deliquia (vt Festus appellat, à delinquendo, quod sol in cursu delinquit) reperies, si per Olympiades ad priores annos regrediaris, sed quod soles deficientis labores Græcis exitium portenderint, lunæ Persis & barbaris, non item semper viuuerit. Perinde enim sub detectionibus lunæ Græcos fuisse afflictos ac Barbaros intellico. vt hoc vatum Aegyptiorum commentum videti possit ab Alessandro fortasse dictatum, vt antea Hammonis sacerdotes monuerat, quid sibi vellet scilicet responderi. Obseruatæ tamen Eclipses certis annis ante hanc nostram, hæ sunt: Olympiad. xcix. mense Posideone (vt placet + Pto. Lib. 4. cap. 11. lemæo, q. em alijs emendant, & frequentem mensem Antheleterionem pro Posideone reponunt) anno 3. luna sub umbram terræ tota successit, laborauitque horas quatuor, quo anno Thebana arx capta

li. 4.c.n.

capta à Licedæmonijs pulsi ciues, rapti liberi, & coniuges . Hanc præcessit alia dies LXXVII. Olymp. ead. anno II. decimo sexto die ante annum IIII. Olymp. XCIX. anno mundi IIII. CIO. ID. XXVII. ante Christum CCCCLXXXII. mense Scrophorione, cui respondit XVIII Iulij, vt docet Buntingus, nec dissentit à Ptolomæo. Hoc anno Romanos pestilentia vexauit, & M Manlius de faxo deiectus perijt. Ante hanc rursus vmbram terræ subiit luna, modicè tamen, anno mundi IIII. CIO. IO. LXXXVI. ante Christum natum CCCCLXXXII. mense Posideone, vt tradunt Ptolomæus, Büttingus, Arithesterion. Et hanc eclipsim secuta pestilenta traditur. Sol quoque aliqua sui parte laborauit anno mundi IIII. CIO. IO. LXXV. ante Christum CCC. IV. bello Peloponnesiaco XXVIII. iam finito. Iterum initio octauo anni belli Pelop. Iterum anno primo eiusdem belli, vt auctores sunt Thucydides, Xenophon, & Diodorus Siculus. Curtius ex vatisbus Aegyptiacis non omnino semper aberrauit, cum dixit solis defectiones Græciæ clades & bella denunciare . Præcedentem quoque has defectiones solis anno mundi IIII. CIO. IO. XLIV. ante Christum CCC. XXIV. haud exigua mala consecuta tradit Thucydides, quod tremor terræ & bella inter Athenienses & Lacones facta testantur. Sed prior hac longè tristior fuit, cum maximam partem Sol radiorum fulgorem conderet, & astra resulgerent, simulque crinita stella territaret, anno mundi IIII. CIO. IO. XXXVIII. ante Christum CCCCLXXXI. Athenæ pestifera luc pñne delatae. Sequentes superauit in Oriente defectus totius ferè solis, in occidente non item, quo anno Xerxes mouit contra Græcos, qui fuit à conditum rerum IIII CIO. CCCCLXXXVII. ante Christum natum CCCCLXXXI. XI. Aprilis. Olymp. LXXIV anno quarto. Herodotus. Eod anno Athenæ captae, arx incensa, tandem profligatus Xerxes & Mardonius. Hanc præcessit Luna defectio modicè vmbram perstringentis, Olymp. LXXII. anno secundo mundi IIII. CIO. CCCCLXXVIII. ante Christum CCCXC. cum malè pugnaretur in campo Marathonico haud procul Athenis, Dario Histaspis F. Persicum regnum administrante. Qui regredi ad plures annos volet, Büttingi chronologiam consular, nobis sufficit ostendisse ad Curtij dicta firmando, has tum solis, tum lunæ defectiones, maximarum cladi tam apud Persas, quam Græcos, vt & alias gentes, nuncias hic collocaisse.

NVLLARES MVLITITUDINEM EFFICACIVS REGIT, QVAM SVPERSTITIO ) Imbe-

2. de diui.

cilli enim animi superstitionia concipiunt, vt ait M. Tullius, presertim in bello, vbi omnia plura & maiora ridentur, timentibus: ead. non animaduertuntur in pace. Magni ergo animi, qui non anili superstitione ducuntur, sed cum Ennio, & Pacuvio, & Q. Cicerone dicuntur.

1. de diuin.

Nam isti qui linguam aium intelligent

Plusque ex alieno iecore sapiunt quam ex suo

Magis audiendum quam auscultandum puto.

Itaque Ennius.

Non nauci Marsum facit augurem,

Non Vicanos aruspices, non interpretes somnium

Non sunt enim y aut scientia aut arte diutini

Sed superstitionis vates, impudentesque haroli

Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas imperat.

Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam.

Quibus diuitias pollicentur abiis drachmam ipsi petunt,

De his diuitiis sibi deducant drachmam, reddant cetera.

Itaque cum Cicero toto libro altero de diuinatione contra superstitionem, qua omnes gentes oppressas confitetur, disputasset, tandem concludit disputationem: Nam vt verè loquamur, superstitionis fusæ per gentes opprescit omnium ferè animos, atque hominum imbecillitatem occupauit, quod & ius libris dictum est, qui sunt de natura Deorum, & hac disputatione id maximè egimus. Multum enim & nobis eclipses, & nostris profuturi videbanur, si ea funditus sustulissimus . Ne c vero (id enim diligenter intelligi volo) superstitione tollenda, religio tollitur. Nam & maiorum instituta tueri sacris, ceremoniisque retinendis sapientia est. (si ipsa, inquam, instituta non sunt superstitionis & impia) & esse præstantem aliquam, aternamque naturam, & eam suspiciendam admirandamque hominum generi, pulchritudo mundi, ordoque rerum cœlestium cogit confiteri. Quamobrem vt religio propaganda etiam est, qua est iuncta cum cognitione naturæ, sic superstitionis stirpes omnes euicienda sunt. Instat enim & vrget, & quocunq; te verteris persequitur, siue tu vatem, siue tu omen audieris, siue immolaris, siue auem aspexeris, si Chaldaum, si aruspitem videris, si fulserit, si tonuerit, si factum aliquid erit debile, si ostenti simile natum, factumue quippiam: quorum necesse est plerunque aliquid eueniat, vt nunquam liceat quieta mente confistere. Hæc verè M. Tullius, idemque multo etiam dilectius & exertius \*alibi: videtus ne igitur, vt à Physicis rebus bene at-

Sed si ipsa tua religio superstitionis sit, vt S. Aug. ostendit de ciuitate dei, te ipsum superstitio sit, vt 8. Aug. esse doces, dum negas.

\* 1.2. de a-

tura Deo-

rum.

que ut illi er inuentis, ratio sit tracta ad commentarios & factos Deos? Qua res genuit falsas opiniones, erroris turbulentos, & superstitiones penè aniles. Disputat deinde contra Deos & simulacra Deorum, ex quibus deinde hoc cogit in conclusione: Hæc & dicuntur, & creduntur stultissime, & plena sunt vanitatis summæ, levitatis. Poteratne Christianus sanctius de Deo contra Deos loqui? Sed Cicero Athenienium fecit, ut in ingenio intelligebat, quid facto esset opus, sed non fecit, contraq; sensu & mente cum maioribus suis & populo coluit Deos & simulacris adoleuit, hostijsq; fecit & immorauit contra quem & illius similes S. Pauli vox est, & infastum Thera. Quia quod uorum est Dei,

ma-

ad Rom. i.

manifestum est illis, Deus enim illis manifestauit. Invisibilia enim ipsius à creaturā mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspicuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, ita ut sint inexcusabiles: & quæ ibidem prolixè sequuntur. Conatur dein Cicero separare suam religionem à superstitione cùm dicit, Non enim Philosophi solum, inquit, verum etiam maiores nostri superstitionem à religione separaverunt. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant, ut sibi liberi superstites essent, superstitiones sunt appellati. Ad quem locum multa D. Augustinus. Sed vti Cicero superstitionem conatus est tollere, religionem firmare & propagare, ita Atheus ille cum suo Epicuro Lucretius omnem religionem cœpit conuellere, iploque religionis nomine superstitionem complecti, cùm dicit.

lib. de Ciui.  
c. 30. Lactā-  
tius diuin.  
insti. l. 4.  
lib. i. de re-  
rum natu-  
ra.

*Humana ante oculos fœdè cùm vita iaceret  
In terris oppressa graui sub religione,  
Quæ caput à cœli regionibus ostendebat  
Horribili super aspectu mortalibus instans.  
Et laudato Epicuro sub ijcit.  
Quare religio pedibus subiecta viciſſim  
Obteritur.*

Ostendit dein, quæ mortalibus mala ex superstitione, quam religionem vocat, euenerint, ac tandem addit epiphonema.

*Tantum religio potuit suadere malorum.*

Hæc & his plura impius Lucretius.

Quod autem usurpet religionem in deteriorem partem pro superstitione, id exemplo facit. Fuit enim vox religio in utramque olim partem accepta. Super quæ re Nigidius Figulus apud Angellum lib. 4. c. 9. ex antiquo vate versum laudat:

*Religentem esse oportet, religiosum nefas. Quocirca, inquit, religiosus is appellabatur, qui nimia & superstitionis religione se alligauerat, eaq; res vitio assignabatur. Subiicitis Agellius. Sed præter ea quæ Nigidius dicit, alio quodam diuerticulo significacionis religiosus pro casto, atque obseruanti, cohibentiq; se sese certis legibus finibusq; dici cœptus. rursumque docet religiosos dies, & religiosa, contrariam habere significacionem, cum illi tristi omne infames & infastabiles habeantur. hæc nec omnia, nec tristia, sed sancta maiestatisq; & venerationis plena. Propter huiuscmodi populi Romani superstitiones, S. Gregorius Liuij omnia opera conatus est abolere, quod nimius ester in ijs enarrandis ac laudandis. Nos cum cœlestium religionum & literarum doctore Thoma Aquinate, tradimus superstitionem esse vitium religioni contrarium, non quia plus exhibeat in cultum diuinum, quam vera religio; sed quia exhibet cultum diuinum, vel cui non debet, vel eo modo, quo non debet. Hæc de superstitione, quæ populus & multitudo propter literarum ignorantiam, superstitionibus maximè obnoxia, laborat. Et quia multa sacerdoti mentio est apud Curtium infra de superstitione, rem in unum locum contuli, ad quem te sèpius remittam. Legitur elegans Plutarchi libellus περὶ δεισιδαιμονίας siue superstitione, suprà à me de Nicia laudatus.*

**ALIOVIN IMPOTENS, SAEVA.)** Superstitione Numa cicurauit feritatem vrbis Roma- Liu. I. 1.  
næ è suis & filiua siluestribusque natæ. Notum est Demosthenis in exiliu proficilcentis dictum de populo Atheniensi: Λέγεται γάρ ἐκ τῆς ἀπαλλόμενος, ότι πρὸς τὴν ἀκρόπολην ἀναλέγασ τὰς Plut. in vi-  
χέρας, ἀπειροῦ δὲ πολιάς, πόλης τοῖς χαλεπωλάτοις χάρεις θρίοις; γλαυκὶ όργανον, ότι δύμα; Fer-  
tur vrbē excedens porrectis ad arcem manibus, dixisse. O domina Minerua, quid bestijs tribus teterimis dele-  
ctaris, noctua, draconē, & populo? Cæterum omnes histioræ multitudinem inquietam, furiosam, sed-  
ictosam execrantur. Nullum profundum mare, nullum vastum fretum & procellosum tantos cier fluctus, Curtius I.  
12. c. 9.  
quantos multitudine motus habet. Et: Omnis multitudo & maximè militaris mobili impetu fertur.

**EDITA IN VVLGV S.)** Per duces; nam Aegyptij vates, Duces apud Alexandrum coactos do-  
cuere, hi militem.

**REX IMPETV ANIMORVM VTENDVM RATVS.)** Neglectus enim resideret & obtor- Eusio nū-  
pelceret indies; excitatus, in omnem Martis aleam ruit, & Martem insuper habet ac mortem, dum quam ne-  
gligenda.

**DEXTRA TYGRIM, LEVA MONTES CORDACOS.)** Cūm traiecerit Tigrim Alexander &  
progressus sit ulterius, Tigrimque à tergo reliquerit, quomodo potuit à dextra habere Tigrim?  
Idem tamen narrat Arrianus: Αρας δὲ ἀπὸ τῆς πίγης, τειδιὰ τὸ Ασσυρίου χώρας, καὶ ἀπισερα μὲν τὸν τὸ  
Σογδιανὸν ὄρη, καὶ δεξιὰ δὲ αὐτὸν τὸν πίγην. Motu itaque castris à Tigri, per Assyriam exercitum duxit, à fini-  
stra habens Sogdianorum montes, à dextra Tigrim. Flexit ergo iter, secundum Tigrim, quasi alueum  
secutus.

**MONTES CORDACOS.)** Cordeos vetustus Codex, Iunij Gordeos & Gordeos dictat. Stephanus Gordiæa regio Persicis à Gordi Triptolemi filio, qui dum lo quereret, Argis egressus in Syriam venit. Est autem ciuitas ad ostia Tigris τὸ θεῖον Gordæus. Strabo quoq; Gordiæos passim nuncu-  
pat, qui Armeniam à Mesopotamia separant. Vox Cordacos apud Curtium prorsus corrupta est.  
Ptolemaeus Gordæos montes vocat, in quibus Scriptores arcam Noe post diluvium confedisse tra- lib. II.  
dunt.

dunt. Sed longè ab his Goropius abit in Indo-Scythicis, quem videbis, vbi de Caucasi summo vertice disputat. Boccatius & Haithonus Ararat montem appellant, vnde terra Ararat in lib. Regum reperitur, vt Io. Antoninus Maginus ad Ptolomæum annotauit.

SVB LVCLIS ORTVM.) Nec enim ante natum solem Persæ mouebant castra, vti tertio libro ostentum est.

\* lib. 2. de SPECVLATORES. *Speculator*, inquit Festus, ab exploratore hoc distat, quod speculator hostilia silentio perspicit: explorator pacata clamore cognoscit. Arrius Menander, \* quem Stevvechius laudat de remilitari: Exploratores, qui secreta nunciauerunt hostibus, proditores sunt, & capitum pœnas luunt. Romani lib. 3. ad Vegetum. nonnunquam deprehensos in castris exploratores, præter castrensem morem, non interfecerunt, I. omne. ff. vt est apud Liuum, Appianum, \* & alios. de re militari.

\* lib. bell. FALSA AVGVRANTVR.) Modius ex MS. docet scriptum falsa per metum augmentur. Codex Augustanus S. Vdalrici: Quippe vbi vera explorare non possunt, falsa per metum augurantur. Certè Punic. vbi de Hannibal loquitur. augurantur παθητικῶς, ego non memini legere, meminerit aliis, moneat: quamuis enim auguro apud Ciceronem & alios reperiatur, non perinde tamen patiendi figura auguror dici deprehendatur. Habet Curtius singularia quædam verba, apud alios non reperienda, aut certè à me non reperta, nec \* Falso au- vnquam cōgnita, vt est equitabilis, inequitabilis, vt est hoc, augurari. Interim gnome notanda, quām gentur. opportunissimè passim narrationibus aspergit, studiosis elegantiae non tantum obseruandam, sed exscribendam & ediscendam. Ceterū metus semper auget famam, vbi semel inualuit.

EXPLORATOES.) Totum equitatum vel maiorem partem adesle ratus Alexander, occurrit. De mille Persarum equitibus idem docet Arrianus, vt mihi sèpè in mentem sit, ab Arriano lectum Curtum, non contrà, vt Glareanus existimat Arrianum à Curtio, cùm hic, illo fuerit antiquior.

REFUGIENTIVM.) Persarum ad Mazæum refugientium.

SIMVL SPECVLATVM, SIMVL VT IGNEM EXTINGVERENT.) Simul prius à nonnullis exemplaribus abest, quod monuit Junius.

VICOS.) Suos, non Alexandri, imo Alexandri mox futuros, vt proinde ignem extingui iusserit & parci, vt rebus iam fuis.

IN SVMMO.) In tectis, aut eriam in summis frumenti aceruis.

PLVRIMVM FRVMENTI REPERTVM EST.) Receptum est, alicubi ex Acidalij lectione scriptum fuisse cognoscere, vt maximam copiam aliarum quoque rerum abundè repererunt. placet tamen visitata scriptura.

COPIA ALIARVM RERV M.) Carnis, vini, pecoris, auri, argenti, vestis.

PRAECIPERET.) Iam alibi monui de huius vocis elegantia in hoc vsu significationis, quam, qui non sunt assecuti, legendum existimarent præsipereret, non malè id quidem, sed hoc nitidius. Junii tamen editio retinuit præsipereret. quæ alia huius significata sint, contra Lambinum alibi disputabimus, si locus admonebit.

IN RATIONEM NECESSITAS VERSA.) Necesitas properandi, vt assequeretur hostem, quem timebat ne longius recederet, versa in rationem & causam comparandi commeatus, & ignis restinguendi.

QVIPPE.) Amat hanc vocem Curtius, & ecce iam tertium intra non omnino medium paginam redhibet. quippe fugientes, quippe mente, quippe Mazæus.

PER OTIVM.) Alexandro longo primum interuello sequente. Sed vbi cœpit hostium & exploratorum tergis inhærere, Mazæus fatis habuit manus Alexandri effugisse, intactis vicis, tectis, & regionibus.

CENTVM QVINQVACINTA STADIIS.) Quatuor milliaribus germanicis cum triente ferè.

QVATRIDVO SVBSTITIT.) Arrianus quarto post transitum Tigris die, narrat Alexandro nunciatum esse hostilem equitatum in campis visum. Sed non erant nisi mille equitum exploratorum, de quibus paullò antè dictum est, & ipse Arrianus docet.

## CAPVT XXV.

### ARGUMENTVM.

Darij insidiatrices literæ deprehensæ. Mors vxoris Darij, & nuncius de ea ad Darium. Darij lacrymæ & precatio pro Alejandro casto & regio Iuuene.

*Inter-*



Ntercepta deinde Darij litera sunt, quibus Graci milites solicitabantur, ut Regem aut interficerent, aut proderent: dubitauit q̄ an eas pro concione recitaret, satis confisus Graecorum quoque erga se benevolentia ac fidei. Sed Parmenio terruit, non esse talibus promissis imbuendas aures militum, patere vel unius insidias regem: nihil nefas esse auaria. Secutus consilij autorem, castra mouit. Iter facienti spado ex captiuis, qui Darij uxorem comitabantur, deficere eam nunciat, & vix spiritum ducere. Itineris continui labore, animiq̄ agitudine fatigata, inter socrus & virginum filiarum manus collapsa erat, deinde & extincta. Id ipsum nuncians alius superuenit. Et rex haud secus quam si parentis mors nunciata esset, crebros edidit gemitus, lacrymis q̄ oboris quales Darius profudisset, in tabernaculum, in quo mater erat Darij, defuncto assidens corpori venit. Hic vero renouatus est moror, ut prostratam humi vidit, recenti malo priorum quoque admonitam, receperat ingremium adultas virgines, magna quidem mutui doloris solatia; sed quibus ipsa deberet esse solatio. In conspectu erat nepos parvulus, ob id ipsum miserabilis, quod nondum sentiebat calamitatem maxima ex parte ad ipsum redundantem. Crederes Alexandrum inter suas necessitudines flere, & solatia non adhibere, sed querere. Cibo certe abstinuit, omnemq̄ honorem funeri patrio & persarum more seruavit, dignus Hercule, qui nunc quoque tanta & mansuetudinis, & continentia ferat fructum. Semel omnino eam viderat, quo die capta est, nec vi ipsam, sed ut Darij matrem videret: eximiamque pulchritudinem formae eius non libidinis habuerat in uitamentum, sed gloriae. E spadonibus, qui circa reginam erant, Tyriotes inter trepidationē lugentium elapsus, per eam portā, que quia ab hoste auersa erat, leuius custodiebatur, ad Darij castra peruenit; exceptus q̄ à vigilibus in tabernaculum regis perducitur, gemens, & ueste lacerata: quem ut conspexit Darius, multipli doloris expectatione cōmotus, & quid potissimū timeret incertus. Vultus, inquit, tuus, nescio quod ingens malū præfert, sed caue miseri hominis auribus parcas. didici enim esse infelix, & sepe calamitatis solatum est, Nosse sortem suam. Num, quod maximè suspicor, & loqui timeo, ludibriameorum nunciaturus es mihi, & (ut credo) ipsi quoq; omni tristiora supplerio? Ad hac Tyriotes, istud quidem procul abest, inquit. Quantuscumq; enim reginis honos abis, qui parent, haberi potest, tuis à victore seruatus est: sed uxor tua paulò ante exceſit ē vita. Tum vero non gemitus modo, sed etiam eiulatus totis castris exaudiebatur: nec dubitauit Darius, quin intersecta esset, quia ne quisset contumeliam perpeti. Exclamat q̄ amens dolore: Quod ego tantum nefas commisi, Alexander? quem tuorum propinquorum necavi, ut hanc vicem leuitia mea redde: ad isti me non quidem prouocatus. Sed finge iustum intulisse bellum, cum feminis ergo agere debueras? Tyriotes affirmare per Deos patios, nihil in eam grauius esse consultum. Ingenuisse etiam Alexandrum morti, & non parcus fleuisse, quam ipse lacrymaretur. Ob hac ipsa amantis animus in solituainem suspicionem q̄ reuolutus est, desiderium captiuæ profecto à consuetudine stupriorum esse coniectans. submotis igitur arbitris, uno duntaxat Tyriote retento, iam non flens, sed suspirans: vides ne in te Tyriote locum mendacio non esse? Tormenta iam hic erunt. led ne expectaueris, per deos, si quid tibi tui regis reverentia est: num quod & scire expeto, & querere pudet, ausus est & dominus, & iuuenis? Ille questioni corpus offerre, deos testes inuolare, castè sancte q̄ habita esse reginam. Tandem ut fides facta est, vera esse, qua affirmaret Spado, capite velato diu fluit, manantibus q̄ adhuc lacrymis, ueste ab ore reiecta, ad cœlum manus tendens, Dij patrij. (inquit) primum mihi stabilitate regnum: deinde si de me iam transactum est, precor ne quis potius Asia rex sit, quam iste tam iustus hostis, tam misericors uictor.

DARII LITERÆ.) Sicut lib 2. Philippum medicum Alexandri mille talentis inuitauit ad cap. 10. propinandum Alexandro venenum. qua de re infra queritur, cum modū milites, modū amicos ad perniciem meam peccnia scilicet, ad internacionem mihi prosequendus est. Et supra lib. hoc eodem. Sicut tu cap. 1. proximè talentis mille tanti exercitus rex, percussorem in me emere voluisti.

GRAECI MILITES.) Non Macedones conducti, quem infra peregrinum militem appellat, c. 22. quorum Polyperco ductor erat: agminis princeps Amyntas, quem supra ad inquirendum eum in lib. 4. c. 10. Macedoniam ab Gaza cùm decem triremibus miserat, habebant præterea Loarentes, Achæos, Malæos, Peloponnesos, Balacris eos.

**PARMENIO.**) Semper primus sententiam dicit Parmenio in consilio, quod retum experientissimus erat, & natu maximus, parum enim ab septuagessimo aberat. Sed non nisi necem retulit pro operæ precio & fide. Verum hæc postea.

**NIHIL NEFAS ESSE AVARITIAE.**) *Auri sacra fames quid non mortalia cogis pectora.* Multos occidit, & inter alios ipsam vitam, & auctorem vitæ Christum. Omnia plena apud Sene-cam in epistolis, & Plutarchum, qui librum scripsit περὶ φιλοπλανῆτας. Omnes regnorum & urbium perditiones à pecunia proficiuntur, quæ expugnat totum mundum. Solum cœlum, quo aurum non penetrat, est immune. Plura gnomographi, quos tute volues, nihil enim hic latebrarum, ob-quas morandum sit.

\* in vita, & **ITER FACIENTI SPADO NVNCIAT VXOREM DARIJ DEFICERE.**) Hanc de Statiræ lib. 7. c. 2. 2. de fortu- vxoris Darij morte, & Alexandriac Darij lacrymis, tradunt etiam \* Plutarchus & \* Arrianus, led na Alex. hic non suo loco.  
\* li. 4. p. 91.

**SPADO.**) Eunuchus. De hoc genus Eunuchis dictum suprà: Et unde Spado dictus.

**INTER SOCRVS.**) Sifygambis matris Darij & virginum regiarum, quas Statira pepererat, neptis Sifygambis.

**EXTINCTA.**) Plutarchus εἰς ὀδόντην in parturitione affirmat mortuam.

**H A V D S E C V S Q V A M S I P A R E N T I S M O R S N V N C I A T A E S S E T.**)

**Andria.** Si hic tam familiariter fert mortem hostis, quid faciet (diceret Terentius \*) suis, quid amicis, quid matris?

**IN TABERNACVLVM VENIT.**) Bis tantum Alexander Statiram vxorem Darij vidit, semel viuam, cum capta est ad Istrum. Deinde extinctam, nec maiorem ex omnibus bellis gloriam retulit, quam ex continentia & clementia erga hanc reginam, & socrum, duasque neptes, & Ochum.

**NEPOS PARVVLVS.**) Ochus iam propè nouennis. Haud multa de hoc narrantur, ad quin-tum tamen decimum peruenisse annum reperi, & auiā superstitem fuisse.

**O B I D I P S U M M I S E R A B I L I S.**) Necesitudo nunc pro vi, & necessitate collocatur, in oratio-ne, nunc pro familiaritate & affinitate. primæ notionis exemplum cognoscis apud Sempronium.

Asellum veterem \* scriptorem. Nam se patrem, inquit, suum audisse dicere L. AEmilium Paullum, ni-mis bonum Imperatorem signis collatis decertare, nisi summa necessitudo, aut summa ei occasio data esset.

Sallustius: praterè milites, non eadem nobis & illis necessitudo impenderet; & in lugurtha frequenter. Ci-lerin. & Iu-gurthino. cero de inuentione: puto igitur hanc esse necessitudinem, cui nulla vi resisti potest, quia neque mutari, neque teneri potest. Disputat deinde per exempla copiosè de hac voce, & vocis significatione, cum vel sim-plex & absoluta est necessitas, hæc necessitudo, vel cum adiunctione. totum locum illic recogno-liches, est planè extremus lib. 2. Atque hic intellectus vocis hoc non facit. Hic pro amicitia, familiari-tate & affinitate ponitur, vt apud Ciceronem frequentissimè leges, sunt in hoc gradu gener, sacer, socrus, nouerca; deinde amici, familiares & magistratus etiam, vt præter & questor, & hoc genus alij. Agellius de differenti significatione vocum necessitudo & necessitas: Risū, inquit, prorsus & ludo res digna est: cum plerique Grammaticorum adsueverant necessitudinem, & necessitatem, mutare longè, differre q̄. Idē quod necessitas sit via quamvis premens, & cogens: Necesitudo autem dicatur vis quadam & vinculum religiosa coniunctionis. Idq; vnum solitarium significet. Sicut autem nihil quicquam interest, suauitudo dicas, an suauitas, sanctitudo, an sanctitas, acerbitudo, an acerbitas, acritudo, an quod Accius in Neoptolemo scripsit, acritas: ita nihil rationis dici potest; quin necessitudo, & necessitas separantur. Itaque in libris veterum vulgo repertas necessitudinem dici pro eo, quod necessum est. Sed necessitas sanè pro iure, officioq; obseruantia, adfinitatiuē infrequens est. Quamquam qui ob hoc ipsum iu adfinitatis, familiariatuē conuncti sunt: necessari dicuntur. Reperi tamen in oratione C. Casari, qua Plautiam ro-gationem suasit: necessitatem dictam pro necessitudine, id est, iure adfinitatis. Verba hæc sunt. Evidem mibi videor pro nostra necessitate, non labore, non opera, non industria defuisse. Hic miror præteritum locum Ciceronis pro Sylla clarissimum, ubi necessitas pro necessitudine & familiaritate usurpatur: Et quo-niam, inquit, L. Torquatus meus familiaris ac necessarius, Indices, existimauit, si nostram in accusatione sua necessitatem familiaritatemque violasset, aliquid se de auctoritate meæ defensionis posse detrahe-re, &c.

**Angellius no-datus.** **In vita A-lexandri.** **Ipsò statim exordio.** **SOLATIA NON ADHIBERE, SED QVAERERE.**) de lacrymis etiam Plutarchus ἀλλὰ πολε-μιῶν τετμηταί δάκρυσιν. οὐτο γάρ έστι χρήσος κρατήσαις Αλέξανδρο, ἐς δεινὸς μαχώμενο. Imo hostium quoque decorata \* est lacrymis. quippe ita est indulgens victor Alexander, vt bellator acris. Idem de fortuna Alexand. lib. 2. περὶ δὲ τῆς Δαρείου γυναικὸς ἐπιρρεεῖτης γενομένης, οὐδὲ φωνὴν ἐπανέσαι τὸ κάλλον. ήτα-σερ. ἀποθανθεῖσα δὲ οὐτω Εαστιλικᾶς ἐκόσμητε καὶ σύμπαθες ἐδάκρυσεν, ὡς ἀπισοδεῖτε τὸ σῷρρον τοῦ φιλαγ-θρώπω γίνεσθαι, καὶ λαβεῖν ἔγκλημα τὴν χρηστητη. De uxoris porrū Darij præstantisimā formā nullam vnu-quam vocem ad aures admisit. Defunctam regio & summo honore prosecutus, funeri etiam lacrymus ma-gno affectu litauit.

**PATRIO MORE HONOREM FVNERT SERVAVIT.**) De more Persarum patrio condendi & condiendi funera copiosè \* iupræ dictum: Aliter reges, aliter plebes, aliter magi sepeliebantur, ut ibidem disces.

## EXPLANATIONES.

269

**DIGNVS HERCVLE.**) Elogium & encomium Alexandri cum epiphonemate omnibus statuis & monumentis illustrius, quod virtus posuit.

**SETEL OMNINO EAM VIDERA T.**) Viuam, ut suprà lib. 3, explicatum est, & ex variis scriptoribus illa Alexandri continentia celebrata, quam hodierni quidam ad *xevodōz̄as* Alexandri trahunt.

**IN VITAMENTVM GLORIAE.**) Iunij Codex extra ordinem versuum, in uitamentum habet, in versu *incitamentum*. Modij membranæ in uitamentum, quam scripturam confirmat multis ex Cicerone & Liuio adductis locis. Legitur tamen etiam *incitamentum* apud Ciceronem, sed rarius. Tacito, Plinio, & superioribus usurpatius est. Agellius dixit *incitabulum ingenij*. Mihi in uitamentum hoc loco placet, natum ad rem præsentem.

**IN VITAMENTVM GLORIAE.**) Arrianus: δέ κατηδέδη τε χερίσατο, σωφροσύνη τε πολλῆ δια- lib. 2.  
κρύμενος, οὐδέποτε ἀγαθὸς οὐδὲ ἀτόπης ἐφέσται: Ipse vero quadam reverentia ductus ei pepercit: magna  
profecto continentia vñs, & magno quodam studio gloria impulsus. Plutarchus. Τῶν δὲ ἀλλων περιστῶν lib. 2. de  
ἐκράτησε τοσθν τον σωφροσύνην, οὗτον ἀνθεῖται περιστῶν. ἀλλοταν μὲν γράμματα εἶδεν, οὓς δὲ ἔδει, μᾶλλον ή δε χερίς Fortuna  
εἶδε παρῆλθε χερίσατο τοῖς ἀλλοις φιλάνθρωποις μόνοις ὑπερηφάνειας τοῖς καθλοῖς ἐχρήτο. Cateras omnes Per-  
fidias tanto modestia superauit, quanto fortitudine Persas. In uitam nullam vidit: quos vidit autem, magis  
etiam aspernatus est, quam quas non vidit. Mireτο, cum ceteris omnibus blandus esset, solis venustis superbū  
se præbebat.

**E SPADONIBVS TYRIOTES.**) Hic Eunuchus nunciauit Dario mortem coniugis Statiræ, qui primum vehementissimè perturbatus, deinde intellecta Alexandri clementia & continentia, superos precatus est, vt si de se decretum & actum eslet, nullus alius sibi præter Alexandrum succederet. Tyrioten \* Plutarchus Tireon appellat, quarti ordinis apud Græcos Τίρεως Τίρεω. Arrianus \* in Alex-  
nomen omnino retinet, & eunuchum ante mortem coniugis elapsum ex castris, ad Darium venisse andro. tradit, & hoc paulò post pugnam ad Isum factam. Iustinus etiam sine nomine. In itinere, inquit, nun-  
ciatur vxorei eius ex collisione abiecti partus decepsisse, eiusq; \* mortem illacrymatum Alexandrum, exe- \* morti.  
quiasq; benignè prosecutum, idque eum non amoris, sed humanitatis causa fecisse. Nam semel tantum eam Iustini su-  
Alexandro visam, cum matrem filiamq; eius parvulas frequenter consolaretur. Hæc Iustinus, à quo miror specta le-  
scriptum mortem eius illacrymatum, cum Cicero, Liuius, & alij semper cum tertio, nunquam ctio notata,  
cum quarto casu iunxerint, nisi mendum librariorum dicas, quod nullus interpretum emendauit,  
nec qui varias lectiones annotarunt, possit compositionem verbi excusare. Certè omnia exempla-  
ria conueniunt in quartum casum apud Iustum, & auctorem priscum vel damnare, vel etiam cen-  
sere, duræ frontis est.

**INTER TREPIDATIONEM LVGENTIVM.**) Omnibus luctu recentis funeris occupatis, non obseruabant seruos, aut singulos eunuchos, datus ergo locus fugienti. equo fugiente Plutarchus In Alex-  
tradit.

**PER EAM PORTAM, QVAE QVIA AB HOSTE AVERSA ERAT.**) Decumanam portam accipe. Tacitus: Ut cuncti ruerent ad portas, quarum Decumana maximè petebatur, auersa hosti, & fu-  
gientibus tutior. Liuius: Ab tergo castrorum, Decumana portæ impetus factus. Vegetius: porta autem, lib. 10.  
qua appellatur prætoria, aut orientem spectare debet, aut illum locum, qui ad hostes respicit. Decumana l. 1. c. 23.  
autem porta, qua appellatur, post prætorium est, per quam delinquentes milites educuntur ad pœnam. Portæ castrorum principes omnino erant quatuor. Prætoria, & illi è regione opposita Decumana, seu auersa ab hoste; duæ principales dextra & sinistra, ad meridiem & Arcton, ubi locus æquam castrorum constitutionem patiebatur, & prætoria ad Orientem spectabat. Minores dein multæ in-  
terioræ. Plura de his a Turnebus, b Alexander ab Alexandro, c Iustus Lipsius ad Tacitum & Poly- a l. 1. c. 23.  
biuum, d Stevvechius ad Vegetum, Leo Imperator de bellico apparatu. b l. 1. Gen.  
negligentibus creavit. Liuius volum. decimo, dec. primæ, ita Romanorum castra ab Samnitibus dier. c. 12.  
oppresa ostendit: Nebula, inquit, erat ad multum diei densa, adeo, ut lucis vsum eriperet, non prospicere c Adl. An-  
modo extra vallum adempto, sed propinquò etiam aggredientium inter se conspectu. Hac velut latebrâ in- nal. Taci-  
porta segniter agentem vigilias, perueniunt. Improuiso oppressus, nec animi satis ad resistendum, nec virium d l. 1. c. 23.  
fuit. Ab tergo castrorum, Decumana portæ impetus factus. Itaque captum quæstorium, &c.

**DARII CASTRA.**) Ad Gaugamela sexcentis stadijs ab Arbelis distantia, vt Arrianus in 1. v.  
docet.

**IN TABERNACVLVM REGIS.**) lib. 3. c. 22. tabernacula Persarum expoliuimus.

**VESTE LACERATA.**) De more hoc variarum gentium lacerandi vestes in luctu, dictum lib. 3. c. 22.

**DIDICI ESSE INFELIX.**) Iam pridem didici fortiter esse miser. Ouid.

**SAEPE CALAMITATIS SOLATIVM EST, NOSSE SORTEM SVAM.**) Sapè pars scelici-  
tatis est, intelligere se esse infelicem, quo nomine paulò antè infelicem puerum Ochum pronuncia-

ratio id ipsum, inquit, miserabilis, quod nōdum sentiebat calamitatem maxima ex parte ad ipsum redundantem.

**QVOD MAXIME SVSPICOR ET LOQVI TIMEO.**) Stuprum vxoris & virginum, ad quæ suspicanda multa poterant mouere Darium, forma coniugis & regiarum virginum; copia & occasio victarum, victoris ætas, iuuenta, facultas, licentia, nullus qui prohibere posset, si vellet vitator.

**QVANTVS CVNQVE ENIM REGINIS HONOS.**) Nescio vtrum in omni antiquitate huic similis virtuti virtus legatur. Sic coluit reginas Alexander, vt à seruis & subiectis coli solent, nullum ludibriū expertas, nullam contumeliam percessas. Vnum fortasse Scipionem Africanum cum hoc possis componere, qui idem facturus videbatur, si eadem occasio continentiae fuisse, cuius spem edidit, vt est apud Livium.

**NEC DVBITAVIT DARIUS.**) A suspicione contraria in contrarium coniicitur Darius, qui virtutem Alexandri capere non poterat, qui suas cogitationes consulens, alienam continentiam sua licentia metiebatur. Postquam enim Sydriotes de honore reginis habitu persuaserat, de morte vero reginæ narrauerat, Lucretianæ impatientiæ venit in mentem, nec tamque arbitrari coepit, quod oblatum à Victore stuprum recusasset.

**AMENS DOLORE.**) in amentiam propè actus ob suspiciones minimè improbables.

**QVEM TVORVM PROPINQVORVM NECAVI.**) Atqui nullum ceperat Darius, quem occideret?

**NON PROVOCATVS.**) Ipse quidem Alexander primum non erat lacessitus, sed maiores illius, quibus Persæ bellum intulerant. Ipse postea sèpius per insidias auri appetitus, sèpiusque persecutor in illum emptus.

**CVM FOEMINIS.**) Iusta esset oratio Darij, si verâ causâ niteretur.

**DEOS PATRIOS.**) Oromasđum, Mithram, seu Solem, & hoc genus serua numina.

**INGEMVISSE.**) Ex pio affectu erga defunctam rursum Darius delabitur in aliam suspicionem: ita mens humana vanis & suspiciose conjecturis, veluti fluctibus quibusdam feri maris iactatur, aut ritu turbinum versatur. Primum suspicatus est illa tum ab Alexandro reginæ stuprum; deinde refutatus, coepit putare crudeliter imperfectam esse, quod contumeliam à corpore reiecisset. Vbi & hic illi scrupulus exemptus est, ex ipsa pietate hostis & affectu relapsus est ad primam opinionem, flesse Alexandrum ob desiderium ereptæ reginæ, quod gaudijs corporis esset priuatus.

**LOCVM MENDACIO NON ESSE.**) non quod Tyriotes non posset mentiri, sed quod tormentis ad prodendum verum posset adigi.

**TVI REGIS.**) Darij, quamvis infelici. Fidissimi seruorum apparent in Dominorum fortunæ aduersa, vt Restionis, & aliorum apud Appianum in proscriptione Triumuirum: Val. Max. lib. 6. c. 8. plura adserunt exempla.

**NVM QVOD ET SCIRE EXPETO.**) Pudica & verecunda regis oratio etiam priuata cum priuato, de arcanis matrimonij. Mens Curtij. Num quod pudet disertis verbis querere, & tamen scire cupio, fecit Alexander Victor, & dominus, & iuuenis? Num consuevit cum vxore mea Alexander æuo ardens, victoria superbus, & rerum dominus?

**QVAESTIONI.**) Tormentis, quæ minatus erat Darius, nisi sponte fateretur, quod de vxore sciret.

**CASTE SANCTEQVE HABITAM.**) Idem omnes confenserunt rerum scriptores testantur, & Darius credidit.

**CAPITE VELATO.**) ex gentis more haud duhiè in graui luctu & morte imminentे. Ita Amon genti Hebreæ exitium machinatus, quod in auctorem redundauit, cum Mardochæum (quem ultimis odijs prosequebatur) iuslu Ochi seu Assueri per urbem maximo honore deducere cogeretur, domum reuersus lugens obduxit caput: idemque velatus in crucem & in patibulum iuit. Abneža morem fuisse, ait, vt cui rex irasceretur, eius statim vultum ministri obnubarent, quasi qui regem aspiceret, indignus foret, sed mos fuit communis. Cæterum reis in crucem agendis capita obnubebantur, vti Liuius lib. 1. de Horatio docet. Appius Claudius metuens vitæ, ex iudicio capite velato in propinquam domum le recepit. Liuius 3. Obnubebantur & nouæ nuptæ flammeo: vnde & nuptæ dicuntur. Aenea etiam auctore certis hostijs litaturi caput velabant. Hebræi quoque in graui luctu Reg. 2. c. 15. capita velabant. Rex David cum Absolonis arma fugeret, caput obnupsit. Porro David (verba sunt sacrarum literarum) ascendebat clivum olivarum scandens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite, sed & omnis populus, qui erat cum eo, operto capite ascendebat plorans. De Susanna quoque apud Daniel. c. 13. Daniel ad tribunal opera legitimus. Porro Susanna, (inquit historia Sacra) erat delicata nimis & pulchra specie. At iniqui illi iusserunt vt discooperiretur: erat enim cooperta.

**AJ COELVM MANVS TENDENS.**) ritus precantium apud omnes ferè gentes. Virgil. 1. Aeneid.

*Ingemit, & duplices tendens ad sidera palmas,  
Talia voce refert.*

DII PATRII.) Arrianus eleganter idem feret. Επὶ τοῖς δὲ ἀνατέναι Δαρεῖος τὸν σύρανον τὰς χεῖρας, καὶ ξυζαδαὶ ὁδε. Αἵμα τὸ Ζεῦ, ὅτῳ ἐπιτέρπεται, νέμειντα βασιλέων πράγματα ἐν ἀνθρώποις, τὸν μάλιστα μὲν ἐμοὶ φύλαξον περσῶν τε καὶ μῆτων τὸν ἀρχὴν, ὡστερ δὲν καὶ ἔδωκας. εἰ δὲ ἐγὼ δικέται σοι βασιλεὺς τῆς Ασίας, σὺ δὲ μηδενὶ ἀλλιότι μή Αλεξανδρῷ παραδέναι τὸ ἐμὸν κράτος. ὄντως οὐδὲ πρὸς τῶν πολεμίων ἀριστεῖται, ὅτα σώφρων τέργα. Tum deinde Darius manus ad cœlum tendens ita fertur orasse. Iupiter, penes quem est regum causas inter homines administrare, tu mihi quidem Persarum & Medorum imperium quemadmodum commisisti, serua. Aut si de altero tibi decretum, vti nulli alteri quam Alexandro regnum meum contradas. Adeo virtus apud hostes quoque est in admiratione. Idem feret Plutarchus in Alexandro, paullò tamen plura in 2. de fortuna Alexandri.

TAM IVSTVS HOSTIS, TAM MISERICORS VICTOR) Gratulatur apud Plutarchum Darius, quod si vincendum sit, à tali potissimum hoste vinci debeat. Refert enim, à quali Hercule vel Achille prosternere. Elegans est factum infra\* lib. 7. triginta nobilium Sogdianorum, qui dum iussu fortunae Alexandri ad supplicium ducerentur, ritu lantantum canebant plaudebantque, quod à tanto rege lexandri. omnium gentium victore mitterentur ad mortem. quos eo ipso nomine Alexander vita donauit. \*li. 7. & 23. Ita apud Virgilium Aeneas solatur mortem Lausi.

*Hoc tamen infælix miseram solabere mortem,  
Aeneam magni dextra cadit.*

Ad quem locum noster Pontanus ex a Ouidio, b Statio, Vopisco de Diocletiano Aprum occidente, ipsoque c Virgilio symbolas collegit.

TAM IVSTVS HOSTIS.) Corrigit quod dixerat: odisti me non prouocatis, sed ea de munus vera laus est, quæ extra aleam suspicionis ab hoste proficiuntur. Laudat filium pater, sanguis est: amicus familiarem, affectus est: inferior maiorem, adulatio est: hostis hostem, veritas est. Ita laudauit Annibal Fabium Maximum, Hannibalem Liuius, Iugurtham Sallustius, Pyrrhum Cicero, Pyrrhus Romanos: omnes Alexandrum. Ita Iustinus ex sententia Darij, de Alexandre: Tunc se ratus verè vietum, cum post tot pralia etiam beneficis ab hoste superaretur, gratum sibi esse, si vincere nequeat, quod à tali potissimum vinceretur. Cito enim gloria in sordidis hostibus obsolevit. Victum ab Alexandre Darium etiam felicitate & æquitate fatetur Syrigambis, suprà lib. 3. c. 24.

In vita &  
de fortuna  
Alexan-  
dri.

lib. 2. de

Alexandri.

\*li. 7. & 23.

Aen. li. 10.  
v. 829.

a li. b. 5  
9. 12. Met.

b. 8. & 10.  
c. 1. Aen.  
& 10.

## CAPUT XXVI.

### ARGUMENTVM.

Vltima Darij legatio ad Alexandrum de pace. Parmenionis consilium ad pacem inclinans propter aurum. Alexandri regia responsio se non esse mercatorem, questus de insidijs, Dario indicit bellum.

 Taque quanquam frustra pace bis petita, omnia in bellum consilia conuerterat, vietus tamen continentia hostis, ad nouas pacis conditiones ferendas, decem legatos cognatorum principes misit: quos Alexander, concilio aduocato, introduci iussit. ē quibus maximus natu Darij, inquit, ut pacem à te iam tertio peteret, nulla vis subegit, sed iustitia & cōtinentia tua expressit.

Matrem, coniugem, liberosque eius, nisi quod sine illo sunt, captos esse non sensimus. pudicitia earum que superfluit curam, haud secus quam parens agens, reginas appellas, specie pristine fortuna retinere pateris. Vultum tuum video, qualis Darij fuit, cum dimitteremur ab eo: & ille tamen uxorem, tu hostem luges. Iam in actestares, nisi curate sepulturæ eius moraretur. Et quid mirum est, si tam ab amico animo pacem petitur? Quid opus est armis, inter quos odia sublata sunt? antea imperio tuo finem destinabat Alyn annem, qui Lydiam terminat: nunc quidquid inter Hellepontem & Euphratem est, in dotem filia offert. Tibi tradit Ochum filium, quem habes, pacis & fidei obsidem retine. Matrem & duas virgines

nes filias redde. pro tribus corporibus xxx. millia talentum auri precaretur accipias. Nisi moderationem animi tui notam haberem, non dicerem hoc esse tempus, quo pacem non dare solum, sed etiam occupare deberes. Respice quantum post te reliqueris, intuere quantum perdas. Periculum est prae graue imperium, difficile est continere quod capere non possis. Vide ne ut nauigia que modum excedunt, regi neque anti nescio an Darius ideo tam multa amiserit, quia nimia opes magnae iactura locum faciunt. Facilius est quædam vincere, quam tueri. Quam hercule expeditius manus nostræ rapiunt, quam continent ipsa mors uxoris Darum admonere potest, minus iam misericordia tua licere, quam licuit. Alexander legatis exceedere tabernaculo iussis, quid placeret, ad consilium refert. Diu nemo quod sentiret, dicere ausus est, incerta regis voluntate. Tandem Parmenio, ante suassem, ait, ut captivos apud Damascum redimentibus redderes, ingentem pecuniam potuisse redigi ex ipsis, qui multi vincit virorum fortium occuparent manus. Et nunc magnopere censerem, ut unam anum, & duas pueras, itinerum agminumque, impedimenta, xxx. M. talentum auri permutes. Optimum regnum occupari posse, conditione, non bello; nec quenquam alium inter Istrum & Euphratem possedisse terras ingenti spatio inter uallosque desertas. Macedoniam potius respiceres, quam Bactra & Indos intuereris. Ingrata oratio regis fuit. Itaque ut finem dicendi fecit. Et ego, (inquit,) pecuniam quam gloriam mallem, si Parmenio essem. nunc Alexander, de paupertate securus sum, & me non mercatorem memini, sed Regem. Nihil quidem habeo venale, sed fortunam meam utique non vendo. Captivos si placet reddi, honestius dono dabimus, quam pretio remitteremus. Introductis deinde legatis, ad hunc modum respondit: Nunciate Dario, me, quæ fecerim clementer & liberaliter, non amicitia eius tribuisse, sed natura mea. Bellum cum captiuis & feminis gerere non soleo. Armatus sit oportet, quem oderim. Quod si saltem pacem bona fide peteret, deliberarem forsan an darem. Verum enim uero cum modo milites meos literis ad proditionem, modo amicos ad perniciem meam pecunia sollicitet, ad internecionem mihi persequendus est, non ut iustus hostis, sed ut percussor veneficus. Conditiones vero pacis, quas feris, si accepero, victorem eum faciunt. Quæ post Euphratem sunt, liberaliter donat. Vbi igitur me affaminis? nempe ultra Euphratem sum. Summum ergo dotis, quam promittit, terminum, castra mea transiunt. Hinc me depellite, ut sciam vestrum esse quod ceditis. Eadem libertate dat mihi filia suæ: nempe quam scio alicui seruorum eius nuparam. Multum vero mihi praestat, si me Mazæo generum præponit. Ite, nunciate regi vestro, & quæ amisit. & quæ adhuc habet, præmia esse bellum. Hoc regente, utriusque terminos regni, id quemque habiturum, quod proximalucis a signatura fortuna est. Legati respondent, cum bellum in animo sit, facere eum simpliciter, quod spe pacis non frustraretur: ipsos petere, quam primum dimittantur ad regem: eum quoque bellum parare debere. Dimisi nunciant adesse certamen. Ille quidem confessim Mazæum cum tribus equitum millibus ad itinera, quæ hostis petiturus erat, occupanda, præmisit.

PACE BIS PETITA) supra hoc ipso lib. cap. i. primum petiuit pacem post pugnam Issicam. Deinde, post Tyrum occupatam: hoc quoque libro cap. 16. Iisdem fermè diebus, & quæ sequuntur. Hæc ergo est tertia & ultima petitio pacis.

VICTVS CONTINENTIA) virtus & æquitas hostis non raro bella diremit, vt apud a Lium, b Polyenū, c Frontinū, & alios cognosces, singillatim de Camillo, d qui Faliscos sibi dedito magistro proditore conciliauit. e Fabricius Pyrrhū, Timochare Ambraciensi medico insidiatore edito, ad amicitiam P. Romani attraxit. Scipio Africanus multas Ibericas ciuitates Romanis amicatas sua continentia fecit.

DECEM LEGATOS) numerus ad maiestatem facit. Infra ab Scythis viginti mittuntur, rursum lib. 9. cap. 14. duarum gentium legati centum, adeunt Alexandrum eximio cum ornatu. De centum oratoribus apud \* Virgilium supra dixi, qui duce Ilioneo ad Latinum ab Aenea missi sunt.

COGNATORVM PRINCIPES) οὐ γενεῖς de quibus lib. 3. \* copiosè,

MAXIMVS NATV) natura ipsa magistra, quæ ætate maiori primas defert. lib. 7. c. 22. è Scythis etiam natu maximus perorat apud Alexandrum.

DARIUM VT PACEM A TE) Elegans, sententiosa, & ad artē dicendi facta oratio legati, qua primum aperiit quid venerit, pacis inquā petenda: dein causas, non vim illā, aut necessitatē, qua velut bis vietus, coactus sit ad misericordiā hostis confugere, potentem enim esse Darium, & maiores copias, quā Alexandrū victorē habere: sed virtute Alexandri quā admiretur Darius, iustitia & continētia, quas ex factis Alexadri declarat, inductū Persā, vt pacem denuo petat, simulq; sibi benevolentia colligit à persona Alexadri, cuius beneficia in reginas captas, misericordiā, clemetiā, affectū prolixè cōmemorat. Postmodū descedit ad cōditiones pacis, quarū prima est regionis amplitudo & prouincia-

clarum, quā ait Alexandro afferri à Dario in dotem cum filia. Minorem nempē Asiam, Ioniam, vtramque Phrygiā, Lydiā, Lyciā, Cariā, Pamphilā, Lycaoniam, Cappadociā, Ciliciā, Syriā, & quidquid denique inter Helleponūm & Euphratēm est. Altera Ochum filium dat ob fidem. Tertia, vt captiuas reginas Sisygambim & duas filias reddat pretio, quod promittit x x x. millia talenta auri. Atque has pacis conditiones fert Alexandro Darius, quas vt accipiat, conatur Alexandro legatus adiecit etiam rationibus persuadere: vt ne quid maius petat, contentus sit oblati, omne nimium imperium esse periculofum, vt maiora nauigia quae a grē reguntur. exemplum es- se ipsas Darij nimias opes. Concludit orationem cum morte vxoris Darij, per quam Alexander a- mīlerit materiam misericordiæ amplioris illi exhibenda.

**IUSTITIA ET CONTINENTIA**) Iustitia, cum supra iura belli nec sicut in reginas & fœmi- das, quamvis hostes, & ipse hostium vīctor, imo easdem vt reginas coluit, colique præcepit: conti- nentia, cum omnes intiolatas & intactas custodiuit, vt ab nullo contrectarentur. regredere ad lib.

3.C.24.

**MATREM, CONIVGEM, LIBEROS**) Sysigambim matrem, Statiram coniugem, \* Sapinam <sup>supra e</sup> Statiramque filias (quamq; am apud Plutarchum alia etiam nomina ferant) Ochum filium. <sup>16.</sup>

**SINE ILLO SVNT**) sine Dario, quæ apud te tam clementer & regiè habentur, vt se captiuas nō sentiant.

**VULTVM TVVM**) tam tristem ob mortem vxoris Darij, ac si tua, non Darij vxor fuis- set.

**QVID OPVS EST ARMIS**) finis laudationis cum epiphonemate Curtio visitato. Hæc quæ pre- dicau, non hostem, sed amicum Darij offendunt.

**ANTEA HALYMANUM**) sequuntur conditiones pacis. cap. x vi. <sup>16.</sup> supra: Dotem fore omnem re- gionem inter Helleponūm & Halyn annem fit am.

**PRO TRIBVS CORPORIBVS XXX. MILLIA TALENTVM AVRI**) Auri talentum Iulius Pol. <sup>\* Talentū</sup> lux δεκατάλαυρον appellat, quod decupla parte superet precio talentum argenteum. \* Sex millia er- go ducas in triginta millia, prodibunt centies octoages millies millia aureorum, quos hodie vulgo δεκατά- centum & octoginta milliones appellamus. Val. Maximus decies centena millia talenta argenti λαυρον ponit, quæ summa sexcentos milliones efficit. Diodorus τρισχιλιatantum pronunciat: tria, inquam, inquam millia talenta, quæ summa non efficeret nisi decies centena millia aureorum; aureo vide, argenti. cet, quadraginta victoriatis estimato. Plutarchus decem millia talentū, hoc est, sexies millies millia au- rive sex milliones. Iustinus x x x. millia, vt Curtius, qui tamen de auro tacet.

**NISI MODERATIONEM**) sequuntur rationes quibus inducere conatur Alexandrum ad pa- cem Dario dandam. prima est optima pacisendi occasio, quam obtulit Darius, qua ne optare vi- debatur meliorem posse; deinde magnitudo imperij, quæ Dario ipsi tam grauis fuit, vt illam cape- re vix potuerit: sequuntur sententiae ex communibus locis petitæ; facilius esse subinde querere re- gna, quam parta defendere: nimias opes locum iacturæ dare; & hoc genus alia, quæ supra etiam illu- strauimus.

**IPSA MORS VXORIS**) Extrema ratio ab exemplo ducta. Quod dixi, inquit, de opibus, nauigijs, magnitudine imperij docet mors Reginæ Statiræ, quæ viua dedit tibi materiam laudis, clementiae, iustitiae, misericordiae, continentiae, quam exercere in mortuam non poteris amplius. Idem poterit tibi vivuere in alijs.

**DIV NEMO QVID SENTIRET AVSVS EST DICERE**) Veriti vniusquisque ne ab regis sen- lib. i. An- tentia dissentiret, vt Piso apud Tacitum Tiberio rogante. Quo loco, inquit, censibus Cæsar, si primus, nat. habebo quod sequar: si post omnes, vereor ne imprudens dissentiam, sed Diodorus διὰ τὸ μέγεθος τὸ πε- κτημένος ζητήσει, ait neminem aulum respondere.

**PARMENIO**) natu inter purpuratos maximus, & rerum vsu peritissimus, qui regis adolescentiam quasi suo iure poterat regere.

**ANTE SVAS ISSEM, AIT**) Consilium Parmenionis aurum olens, parumque liberale & regi- um, de conditionibus pacis admittendis. Budæus legit hic: Antea suassisse, ait: & mox infra, redderet: Et: nunc magnopere celeret: Sed debebat etiam permutes in permutes permuttere. Curtius supra lib. hoc, cap. primo, Parmenionis sententiam non refert. Nec cap. xvi. præterea omnes Codices coniu- rant in suassisse, censerem, redderes, permutes, quam lectionem lubens merito feruo. Melius & acidali- us. Et ante suassisse, & nunc &c.

**MULTIVINCTI**) dubius locus Modio & Acidalio: ille nescit quid emendet; hic pro multi- vincti reponit simul vincti: cautè tamen quod Curtius multos appona: tribus. Itaque idem omnibus exemplaribus loquentibus seruo, multi vincti, suadetque Acidalius retinenda. Si quid tamen aptius coniisci potest, duo illa multi vincti expungenda puto, cum videantur tantum ex ora libri ab aliquo explicationis causa notata, in Curtium irrepsisse.

**INTERISTRVME T EUPHRATEM**) ingens haud dubie interuallū, nec ante Alexandrum quil- quam regum tantum regionis possederat. Istrum, siue Danubium Alexander trajcit statim primo regni anno, cum Triballos & Thrases, qui trans Danubium fugerant, persequeretur. & vique ad Ger-

Germanos excutueret, qui legatos ad eum de pace miserunt, quos & Boios fuisse nonnulli volunt, qui tum ad sinum Adriaticum colebant.

**D E S E R T A S**) locus meritò suspectus Acidalio, & mihi fuit priusquam Acidalium inspicarem, coniecat ille vel dissitas, vel disiectas, vel discretas, quod ultimum proximum ductui literarum arripui, & iple conieci.

**M A C E D O N I A M P O T I V S R E S P I C E R E S**) vnde, & quam procul abieris, quam quo, & quam procul abire cogites. De reditu cogitares & quomodo occupata regna retineres, quam noua quae reres.

**B A C T R A**) Ultimam in Asia gentem, & proximam hinc Scythis, inde Indis, de quibus lib. 7. & seq.

**I N G R A T A P R A T I O R E G I**) nec enim ad regium magnificum & liberalem stomachum faciebat, qui gloriam magis, quam vel aurum, vel terras sitiebat.

**A T T R I A N U S**  
lib. 2. qui  
miscer du-  
as legat. in  
\* in vita &  
apophteg-  
eli. 6. c. 1  
Diodorus tūr.  
**S I P A R M E N I O E S S E M**) Hoc inter apophtegmata Alexandri maximi regum dictum planè re-  
giam, à Plutarcho & alijs relatum \* Val. Maximus. Quantus hic (Socrates) in Sapientia, tantus in ar-  
mis Alexander, illam nobilem vocem nobiliter edidit. Dario enim uno iam & altero prælio virtutem eius ex-  
perto, atque ideo partem regni Tauri tenus monte, & filiam in matrimonium cum decies centum milibus  
talentum pollicente; cum Parmenio dixisset, si Alexander esset, usq[ue]urum conditione: respondit: Et ego vrerer, si  
Parmenio essem. Vocem duabus victoriis respondentem, dignamque cui tertia, sicut evenit, tribuere-

**S I C U L U S.** **N O N M E R C A T O R E M**) Et hoc planè regiè, quod sequitur ita intellige. Non sum mercator, & nihil quidem habeo venale, sed tamen si quid venale haberem, omnium minime haberem fortunam meam, nullo auro aut regno redimēdam, quam mihi Numen comitem bellī adiecit, qua omnia mihi regna paro, qua nomen immortale partum in omnem posteritatem transmitto, reverenter ha-  
benda, nullaque auaritia inquinanda, aut fuganda.

**N V N C I A T E D A R I O**) Oratio Alexandri ad legatos, qua primum negat se amicum esse Darij, sed hostem iuratum: quod autem tam clementem se erga Darij matrem, coiugem, & liberos pra-  
buerit, id le non ex amicitia aduersus Darium, sed virtute & animi magnitudine, adeoque clemen-  
ti & summo ingenio fecisse, nec se aduersus calamitosos & imbellies incermelque feminas conten-  
dere, sed viros, & viros armatos. Porrò Darij se hostem esse, non publico tantum nomine totius  
Græciæ, sed priuato etiam, quod non regia & bona fide secum agat, nec aperto Marte tantum vi-  
tam suam petat, sed per insidias conetur corrumpere nunc medicos, nunc amicos, nunc ipsum mil-  
item ad cædem sollicitam. Nam omnem regionem non tantum ab Hellesponto ad Euphratēm, sed  
Mesopotamiam etiam quæ est intra Tigrim & Euphratēm esse suam, qua si cederet sine armis, per-  
inde faceret ac vicitus. Filiam etiam, quam despoderet sibi, in sua potestate esse, & iure belli feruam  
suam. Itaque nullam esse conditionem pacis nisi bellum, quo iudice, de regno Afizie cras sic  
cum illo certaturus. Addit Iustinus, Alexandrum dixisse, se præstatum illi omnia quæ poterit, si  
secundus sibi, non par haberi velit. mundum non posse duobus solibus regi, neque orbem summa  
duo regna salvo statu terrarum habere. Quæ Iustini verba & plura his, passim irreplerunt in Curtiu[m] à Glareano, & Iunio, alijsque compluribus pro legitimis admisita. In MS. Constantiensi non  
apparet, & à Modio quoque ut spuria reiecta sunt vere, nisi Iustinus (nam posterior fuit) ex Curtio est ad verbum mutuatus, quod vero simile non est, cum sua ex Trogo acceperit. Nec Gualterus,  
qui Curtium in carmen (sæpius iphis quoque Curtij verbis in numerum coactis) transtulit. Hæc pro  
Curtianis agnouit.

**F A C E R E E V M S I M P L I C I T E R**) simplicem esse Alexandrum dixeré barbari, quod non falleret, ex quo barbarorum fidem aestimes: sed Alexander fisis suis, iudicabat etiam paratum & instructum  
ad pugnam Darium vinci posse, eoque nobiliorem fore victoriam, quo aperte campo, Marte &  
virtute Darius vinceretur.

**M A Z A E V M**) cui maximè fidebat, & qui proximus à rege erat dignitate.

## C A P V T X X V I I .

### A R G V M E N T V M .

**Alexander composito agmine pergit ad hostem.**  
**Mazæus iter explorat. Darij copiæ recensentur.**



**L**exander, corpori uxoris eius iustis persolutis, omniq; grauiore comitatu intra eadem munimēta cum modico pr̄sidio relicto, ad hostem contendit. In duo cornua diuiserat peditem, utrumq; lateri equite circumdato. impedimenta sequebantur agmen pr̄missum. deinde cum Scythis equitibus Menidam iubet explorare, ubi Darius esset. At ille cum Mazāus haud procul congedisset, non ausus procedere, nihil aliud quām tremulum hominum, hinnitumq; equorum exaudisse nuntiat. Mazāus quoq; conspectis procul exploratoribus, in castra se recepit, aduentus hostium nuncius. Igitur Darius, qui in patentibus campis decernere optabat, armari militem iubet, aciemq; disponit. In levo cornu Bactriani ibant equites mille admodum, Dabā totidem, & Arachosī Suaniq; quatuor millia explabant. Hos centum falcati currus sequebantur. Proximus quadrigis erat Bessus cum VIII. millibus equitum item Bactrianis. Messageta II. millibus agmen eius cladebant. pedites his plurimum gentium non immixtos, sed sua quisq; nationis iuxerant copias. Persas deinde cum Marsis Sogdianisq; Ariobarzanes & Oriobates ducebant. illis partibus copiarum Orsines praeerat, à VII. Persis oriundus, ad Cyrum quoq; nobilissimum regem originem sui reffens. Hos alia gentes ne jocūs quidem satis notā sequebantur. Post quas quinquaginta aqua. drigas Phradates magno Caspianorum agmine antecedebat. Indi, ceteriq; rubri maris accolae, nomina verius quam auxilia, post currus erant. Claudebatur hoc agmen alijs falcatis curribus, quis peregrinum militem adiunixerat. Hunc Armenij, quos minores appellant Armenios, Babylonij, utrosq; Belitā, & qui montes Cassaorum incolebant, sequebantur. Post hos ibant Gortua gentes quidem Euboicae, Medos quondam secuti, sed iam degeneres, & patrij moris ignari. applicauerat his Phrygas & Cataonas. Parthienorum deinde gens, incolentia terras, quas nunc Parthi Scythia profecti tenent, cladebant agmen. Hac sinistri cornus acies fuit. Dexterum tenebat natio maioris Armeniae, Cadusijq; & Cappadoces, & Syrī ac Medi. his quoq; falcati currus quinquaginta erant. Summa totius exercitus equites XLV. mendorus, millia, pedestris acies CC. millia expleuerat. Hoc modo instructi, decem stadia procedunt: ius numerus, sig. subsistere, armati hostem expectabant.

**O**MNIQVE GRAVIORI COMITATV) Periphrasis impedimentorum; lixæ, calones, fæmine, captivi, pueri, sarcinæ, reginæ captæ, illarumque spadones, & comitatus, uno nomine sunt impedimenta, sed hic non gratis additur grauiorem comitatum relictum, impedimenta leuiora secuta, vt sequitur.

**D**VO COR NVA) copias omnes pedestres diuisit in duas partes: latera vtriusque cornu & partis muniuit alis equitum, ne subitis hostium incursionibus patarent.

**V**TRIM QVE LATERI) Junij codex paullò aliter habet. Duo cornua diuisa erant peditem: in utrumque latus equite circumdato, sic & Glareanus scripsit. Augustanum exemplar vetustissimum, duo cornua dimiserat, (diuiserat haud dubie emendatius) in utrumque latus &c. M. Scriptus Constantiensis cum Modiana editione confpirat. Acidalius totum locum ita recognoscit. In duo cornua diuiserat peditem, in utrumque latus equite circumdato. Sed nulla editio, nullus codex MS. hanc scripturam præfert: *In duo cornua, Sed: Duo cornua diuiserat peditem, vel: duo cornua diuisa erant peditem.* Multa saepius ab auctoribus rectius poterant dici. Viriboni est incorruptum edere scriptorem. Suspiciones, coniecturas, iudicia, seorsim ostendere, quod non semper facit Modius, nec alij.

**C**VM SCYTHIS EQUITIBVS) omnia, ante Modianum, exemplaria præferunt scripturam aliam: *Concitis equitibus Menidam iubet: & quæ sequuntur.* Modius reponit, *Cum Scythis equitibus:* sic emendo inquit, ex eo quod libri habent *concitis*, & Musisgratia, cùm bene ita emendo. Modianæ emendationi fauet MS. Constantiensis & editio<sup>\*</sup> Antuerpiensis ante Modianam vulgata, quæ ad annos 1540. oram habet cum Scythis. Quid si legas *concitis equis*, vt alibi<sup>\*</sup> Curtius loquitur. Quid enim <sup>lib. 7.</sup> cap. 29. hic Scythæ equites, cum nullos in exercitu suo Scythes habuerit Alexander? certè cum copias & gentes castrorum suorum recenseret, nusquam Scythæ apparent, qui ab Darij catris nusquam <sup>cap. 29.</sup> absunt. Nam infra<sup>\*</sup> vbi Parmenio noctu aggredendum hostem suadet, caussam inter alios ad fert terribiles Scytharum in exercitu Darii formas & vultus, birta ora & intonsas comas, quibus Alexander miles terrori non immerito possit. Et Alexander in concione militum <sup>c. 33.</sup> ante prælium hortatur suos, ne Scythes & Cadusios signotas & ignobiles gentes reformident: præterea idem Menidas seu Minidas præfactus equitum, de quo ca. 27. aduersus Scythes & Caucasios in castra missus est, ad tuenda impedimenta, quæ hostes inuaserant, & ab iisdem repulsus, ad Alexandrum refugit. Lego ergo hoc loco, Menidas cum equitibus, erat enim præfactus equitum, vel *Concitis equis*, nihil hic Scythæ agunt inter Macedonas. Huius Menidæ infra quoque fit mentio, & fortasse idem est lib. 7. c. 16. vbi Penidas appellatur, ad Scythes Europæos missus, vbi <sup>li. 7 c. 24.</sup> Meni- <sup>& c. 16.</sup>

Lib. 3.

*Menidas, si coniecturæ locus est rescribendum pro Penidas . De Menida Arrianus testatur, quem mercenariorum ducem fuisse ait, fugatumque ab Scythis.*

**ACIEM DISPONIT**) Plurimum enim, quo quemque loco, quas gentes, quos milites, tirones, veteranos, auxilia, ancives & populares colloces, vti sepe à dispositione aciei pendeat victoria, quemadmodum Cæsar testatur in pugna Pharsalica factum.

**BACTRIANI**) De his populis & supra lib. 4. dictum est, vbi ab ipso Curtio describuntur, actum etiam lib. 3. de eisd. cap. 4. Bactrianae descriptionem habes infra lib. 7. c. 7.

**DAHÆ**) Hi populi hic primum occurrunt, occursuri saepius Indicem vide. Itaque videndum qui sint, vbi gentium degant, quibus moribus viuant, cum de his nihil memoret Curtius, nisi quod vasta mole & longa statura sint corporis. Strabo de Dabis seu Dais ita tradit. *τὸν δὲ ὅντας ἀριστερά εἰσπλέοντι τὸ κάστον πέλαιγος παροικήν τας Νόμαδας Δάες δι τὸν προσαγορέοντας, τοὺς ἐπονομαζούμενος Πλευράς.*

\**Aπάρνης. Qui ad sinistram mare Caspium natiganti offeruntur, Nomades sunt, quos hodie Daas appellant, Parni (seu Aparni) cognominati. Idem infra. οἱ μὲν δὴ πλεῖστοι τῶν Σκυθῶν ἀπὸ τῆς Καστιας θαλάττης ἀρχόμενοι, προσαγορεύοντας. Plerique Scytharum qui à Caspio mari incipiunt, Daæ dicuntur. Idem auctor est Daas*

*hos Parnos ex quorundam sententia à Dais, qui supra Maeotidem paludem degunt Xanthijs & Parrijs profectos, Arsacem habuisse regem auctorem Parthici regni, de quo multa Strabo. Plinius de Scythis: Celeberrimi eorum Sacæ, Massageta, Daha, Eßedomij, Ariaca. Polyhistor. Chalybes, & Daha in parte Asiatica Scythia crudelitate ab immanissimis nihil discrepant.*

**DUX ARACHOSIAE**) Populi Indiæ à ciuitate Arachosia, quam Semiramis condidit, fluminique Arachosiorum chotæ imposuit. Arachosia prouincia pars Asiae à Carmania ad Indum flumen porrecta, populi A- & Daharu rachosij & Arachoti appellati.

**SVANIQUE**) secutus Modium in prima Curtij editione, scripsi Suanij. Sed dum voluo scriptores Strabonem, Ptolemaeum Aethicum, Melam, Plinium, Arrianum, Solinum & alios, nullos usq[ue] lego Suanos. Antuerpianus Curtius anno c. 150 i. x l v i. inuulgatus, Susios in contextu scripsit. idem

in ora Suanij, Suanij, Sujij. Beatus Aenanus ante annos quinque supra centum A. gentorati Sueuos exprefsit. Arachosii Sueuique inquit. Quid Sueuis cum Indis, Bactrianis, & Arachosij. Coloniensis \* tamen codex vetus etiam Sueuos edidit, nouus Suanos, nouissimus Sujij. M. S. Constantiensis Vanique, æquè vanum. Si bene lego, nisi Suanij malis, ego ex Suanis facio Sufanos, ut ab regione Su-

Suanij. Plinius, Sufani dicantur, quemadmodum Mela (cum Plinio) c. 2. appellat, ita syllaba haud dubie interie-

cta operarum negligenter extrita est, quamquam Sufanos, cum ijdem sint, repulerem reliquias scripturas omnes facile damnarim. Fuere Sufij (vti Strabo describit) à Sufis nobilissima & antiquissima vrbe, olim Cissij dicti. De Sufis & Sufam etiam in sacris literis in Hestere & Daniele frequens mentio est. Sed de Sufis vrbe, infra Plinius. hic ergo Sufanos ponamus ex Sufia regione profectos, quos infra Curtius ipse Sufanos appellat.

Ex vitiosa illa Argentina editione Auentinus Boiaricæ mirus conditor historiæ occasionem lumpit fingendi Sueuos Germanos fuisse in exercitu, & vterius progressus Boios & Noricos Alexandro M. bellum indixisse. Alexander, inquit, popularibus nostris etiam imperitis notior est, quam sui reges & Imperatores: quorum ne nomina quidam norunt. Saxones & Sueu-

tum se stipendia fecisse prædicant. Noricos Boiosque eidem bellum indixisse antiquis canitur carminibus. Et supra: Ea tempestate Germanos in Asia militasse præter famam vulgarissimam antiqua carmina, domestica videlicet testimonia, autorem habeo Q. Curtium, qui inter auxilia Darii Regis Persarum (quem varia gentes, ne socii satis quidem note, sequebantur) Sueuos commemorat.

**MASSAGETAE**) De moribus Massagitarum planissime tradit Herodotus in Clio, quorum olim regina Tomyris Cyrum interfecit. Ex Herodoto sua depropnsit de eisdem Strabo. Multa quoque Iustinus in Cyro, qui communis nomine Scythes appellat. Ego indigitatis scriptoribus nihil putto necesse hic plura addere. Hoc tantum ex Herodoto, gentem ad auroram solis trans Araxem coluisse è regione Issidenorum, immensamque planitiem, quæ à Caspio mari spectatur, occupasse: esse etiam qui eos Scythicæ nationis affirment. Plura apud Herodotum, Strabonem, Iustinum, lib. 1. Diodorum lib. 3. Antiq.

**FALCATICVRVS**) De his supra c. 22. cognovisti.

**QUADRIGIS**) falcatis curribus, quos supra quadrigas falcatas appellauit.

**NON IMMIXTOS**) Iterum, inquit Modius, impresi Non mixtas ineptissime. Contra Acidalius. Quomodo tandem inquit hoc vel inepte? ineptæ membranæ potius, nisi scribase etiam immixtas. Verba enim qui aliter strues, nisi copias, iuxteris mixtas siue immixtas. Ego scripturam hanc in varijs exemplaribus deprehendo. In editis omnibus antiquioribus, Pedites his plurimum gentium non mixtas, sed suæ quicunque nationis iuxterant copias, vel non immixtas. Modius ex M. S. non immixtos damnata impressorum lectione emendauit editos. Modio suffragatur etiam Constantiensis Cod. MS. Iam Acidalius damnat MSS. Mihi vt fatear quod sentio, Modius videtur mulgere hircum, Acidalius supponere cribum. Vtraque enim scriptura iusta est, & eruditorum, & MSS. codicum. Sententia quippe eadem est auctoris, siue non mixtas, siue non immixtas, siue non immixtos legas, attendendum est ad duo nomina equites & copias, per appositionem accipienda. Ergo mens auctoris hac est; Pedites non fuisse sine discrimine immixtos equitibus, ita vt Bactriani pedites cum Dabis aut

Sey-

Scythis essent coniuncti, sed sive cuiusque gentis copias seu pedites, cum sive gentis equitibus fuerint ordinati cum Dahis, nempe equitibus pedites Dahae, cum Bactrianis, Bactriani, cum Medis Medi, atque ita deinceps, per totum exercitum erat distributi. Nisi verba Curtij ita velis interpretari, ut dicas non fuisse pedites per equitatum sparsos, sed totas cohortes & legiones equitibus aditas, ita ut Arachosij pedites iuncti fuerint inter se sive cum Susianis, sive cum Scythis, sive alijs equitibus sive vel alienae gentis. Sed prior intellectus vero propior. Arrianus post Dahas & Arachosios, Persas equites & pedites commixtos collocat.

PERSAS DEIN CVM MARDIS SOGDIANIS QVE.) Nescio quid in mentem fuerit Modio, quod hoc Marsos ex Italia & Apulia accersierit, quodque Acidalij calamus eosdem non in suum locum remiserit. Quid enim hic Marsi? Mardi haud dubie reponendi hoc loco, Mardæ Arriano, Latini Mardos dicunt. Itaque nostrum quoque Curtium ex Modio editum rursum hic ex emendationibus impremissis castigamus. Fuere Mardi \* circa Hircanum mare populi, qui per iuga Caucasi sparsi ad Bactros usque prorenduntur. gens tera & sui iuris. Nearchus apud Strabonem quatuor populosex rapto viuere testatur, quos inter Mardos Persis vicinos collocat. Mardos sequenti volum. \* Curtius eleganter describit. quo loco plura ex Suida, Herodoto & alijs. De Sogdianis infra suo loco tracta- \* lib. 5. c. 13. bitur.

ARIOBARZANES.) Fatigauit hic Satrapes plurimum Alexandrum, quando ad Susidas pilas peruenit, vti infra lib. 5. c. 6. cognoscet; cecidit demum fortiter in prælio, vt eod. lib. c. 9. discesserit.

ORIOBATES.) Aliæ editiones Orionabates, MS. Conſt. Orionibates: nec de hoc in praesens aliud occurrit.

ILLI PARTIBVS COPIARVM, SVMMAE ORSINES PRAEERAT.) Fœdè corrupti hunc locum Modius, fecitque ut intelligendo nihil intelligeret, quem si viciam, certe hoc loco meritò calamii flagro euerberat Acidalius.

Quæ hæc monstra, inquit Modius, Illi partibus copiarum summa Orsines p̄fuit. & emendat hæc monstra Modius, reponitque, Illi partibus copiarum Orsines p̄aerat. Hoccine est emendare? imo monstra parere, damnanda prorsus audacia Modij, & Marboniam ableganda, Audi iure querentem Acidaliū: Obsecro, monstra tu aedes ista? Tua magis, que produxisti è membranis; que si tibi pro Apolline Delphico s̄p̄r̄ age vaticinare indidem, quibus copiarū partibus p̄fuerit Orsines. Scribunt, illi: quibus? inquam ego, nempe quæ proximè nominata, Persis, Mardis, Sogdianis. Abicū isto oraculo. Non vides datos iam ȳs ipsi duces Ariobazanem & Oriobatem? Si id non videras, ipsa te hoc verb amonere poterant insuffissima sententia. Cur enīm partibus, & indefinite illis non vni alicui certa dicatur p̄fuisse? Verū quid diutius & m̄o & lectoris otio abutar? Isto meridie clarissim est, veram lectionem vulgatorum: qui partibus earum copiarum Ariobazanem & Oriobatem, summa earundem disertè proficiunt Orsinem. Optimè verissime quæ Acidalius, quod reip̄la docet. Cæterū quis huius Orsinis finis fuerit, quām indigna nece per insidias Bagæ nequissimi corti sublatus sit, Curtius ipse sanè dolenter lib. 10. c. 3. exponit, à quo tam dissentit Arrianus lib. 6. aliter etiam Strabo lib. 15. p. 502. vt infra demonstrabo. Plutarchus in Alexan. à Pellæ Macedone apertum ait sepulchrum & interemptum.

A VII. PERSIS ORIVNDVS.) à septem regni Satrapis per stirpem longa serie ductam ortus, quoad Cyrum ipsum Persarum primum attringeret. Sed qui illi septem Persæ fuerint, quod sciam, prodidit nemo. ipse Pasargadarum Persicæ gentis dynasta per longas temporum successiones acci- tam prouinciam obtinuerat, & rexerat. cætera toto cap. 3. li. 10. enarrantur. Arriano Orxines dicitur; Latinis mollierunt vocem, dixeruntque Orsines. In crucem demum actus est.

ALIAE GENTES.) Patishores, Achæmenidae, Magni, Cyrtij, Marai, Gedrosij, Arij, Drange, Chalybes, Esedones, Assæ, Heniochi, Cercetæ, Molisini, Sacæ vel Sagæ Tapyri, Tauri, Bateni, Oxij, & hoc genus aliæ barbaræ gentes apud Strabonem, Melam, Plinium, Solinum & alios cognoscendæ.

SOCITIS.) Persis, Babylonij, Medis, Parthis, Caspijs, Armenijs, Hircanis & alijs notioribus populis. Ita priore libro dixit Curtius cap. 3. ignata etiam ipsi gentium nomina.

PHRADATES.) Gens Taurorum p̄fectus, quem victo Dario Alexander demum in gratiam admisit, siveque genti p̄fidei reddidit, vt infra doceta. Curtius, hic in bello Caspanum agmen duxit, de quibus lib. 3. c. 4. De Phradate infra lib. 6. c. 8. & lib. 10. c. 4. Phradates regnum affectasse spectus, occiditur. Caspium porrò mare describitur lib. 6. c. 7.

CAETERIQVE RUBRI MARIS ACCOLAE.) Insulani vocantur ab Herodoto, b quod in mari rubri insulis habitarent, illuc à regibus Periarum misi, quos abs se remotos volebant.

De insulis mari rubri & incolis & accolis, copiose Plinius lib. 6. c. 29.

NOMINA VERIVS QVAM AVXILIA.) Vt multitudine holtem terreret, barbarorum more, quantas potuit gentes contraxit. Ita lib. prior c. 5. Nec quicquam illi minus quam multitudo militum defuit.

PEREGRINVM MILITEM. Græcum mercede conductum.

ARMENI, BABYLONII, BELITÆ.) De Armenijs supra dictum, \* Babylonij per se noti.

T

Cradates.  
lib. 8. c. 6.  
lib. 7. in  
Polonia.  
Persæ ru-  
brum mare  
semper ac-  
coleres;  
propter  
quod is se-  
nus Persi-  
cus appel-  
latur. Plin.  
lib. 6. c. 26.  
\* lib. 3. Bel.  
litæ.

Belitæ sunt fortasse Cælesyri, quod Belus Iupiter Babyloniorum Deus, quibus proximi Syri & Cælesyri. miror tamen apud nullum Geographum, quod meminerim, hanc gentem legi: nam quod Ortelius notauit, tantum ex hoc loco Curtij accepit, qui Belitas generali voce Asiaticum populum appellat. Syrorum singularis est infra mentio. à Belo etiam portæ quædam Belides apud \* Herodotum. ab eodem ergo Belo, Belitæ. Sed alium auctorem & testem quæreremus.

**MONTES COSSAEORVM.**) De populis & montibus plura Strabo, qui Cossæos latrones appellat.  
lib. II. p. 351. lat. Sunt, inquit, hi latrocinijs dediti, & aliquando 13. millia sagittariorum eduxerunt Elymæs superias  
lib. 16. p. 512. iruri. De eisdem. Cossæi ferè sagittarij sunt, quemadmodum & montanici sinitimi, qui semper latrocina exerceant, parvam enim sterilemq; regionem incolentes, ex alieno vivere, & quidem prævalere oportet, omnes Plin. 6. c. 27. enim bello student. Eorundem mentio est apud Plinium eodem latronum epitheto cohonestatorum.

**GORTVÆ.**) ita dispunge Gortuæ, gentes quidem Euboicæ Medos quondam secutæ. Gortuæ ex Eubæa insula oriundos affirmat, & olim ad Medos transiisse, patriæ suæ & rituum (an Græcanorum?) oblitos, atque inter barbaros versatos, barbarorum quoque mores induisse. At qui non videtur hic Curtius de Eubæa Græca insula quicquam cogitasse, sed de Indica regione, circa quam tam feraces aiunt esse vites, ut quotidie vuas proferat. Eustathium audi ad Dionysium Periegetem, vbi de Nyssa ciuitate agit. Νύσσα δὲ φασι, διάφοροι, ἀθίστηκη, Αέρας ενεργεῖ περὶ θύλευτα καὶ τὸ θάμπλον τερπάντων βόσκου ἐκφερόσκης καθέμενοι. Nyssa autem plures sunt Aethiopica, Arabica, & Eubœica, circa quam miraculo vinea est, qua quotidianas profert vuas. Quia tamen Curtius Euboicos holce cum Phrygibus coniungit in exercitu, rem mihi dubiam facit, Græcine sint Euboici origine, an Arabes & Indi, quomodo enim degeneres, nisi ab Græcis & politis gentibus discedent, & Medorum linguam, vitam & barbariem secuti essent? Certè Græcos hic intelligo iam bilingues, ut Brancidae, & barbarizontes.

**PHRYCAS.**) hi notiores sunt, quam ut interpretis penicillo indigeant.

**CATAONAS.**) Et ipsi in minore Asia populi Cappadocibus proximi, quorum fines amnis Ha-lijus interluit. De Cataonia copiolissimè Strabo lib. 12. sub ipsum initium, vbi gentis instituta expavit, quem consules.

**PARTHENORVM.**) Horum regionem, originem, migrationem, sedes, Curtius infra describit, quo loco plura. Plerique codices habent pro Parthienorum, Parthorum, utraque scriptura non est loco inidonea.

**CADVSII.**) ad sinistram maris Caspij degunt, gens militiae & latrocinijs dedita. Strabo: Τὸ μὲν τοι πλέον, τὸ περὶ τὴν ὄρειν γενναριάς, Καδούσιον νέμονται. σχεδὸν δὲ ἡ ἡπειροπεπτικὴ πολλῆς. Maiorem partem ora montis a Cadusij tenent fere ad quinque millia stadiorum. Et infra: Huius regionis cetera sunt opulenta, quod autem ad septentrionem vergit, montosum, asperum, & frigidum est. Ibi degunt Cadusij montani, Ancardi, Tapyri, Cyrtij, alijs, id genus, qui & aliunde in hac loca inimigrarunt & sunt larrones. Et de Cadulij mox iubitur: Cadusij multitudine pedestri parum cedunt. Ariani, optimè iaculo pugnant, in asprebus pedites loco equitum præliantur. Plinius Gelas appellat Græcis Cadusios ditos. Dionysius Periegetes.

— οὐδὲν πέρας  
Τρηχίαν νοίστι Καδούσιον.  
— quig, terram asperam  
Incolunt Cadusij.

In cuius loci explanatione Strabonem à nobis laudatum adducit Eustathius.

**CAPPODOCES, SYRII, MEDI.**) Notæ gentes, & lib. 3. iam celebratae.

**SVMMA TOTIVS EXERCITVS, EQVITES XLV. MILLIA, PEDESTRIS ACIES CC. MILLIA EXPLEVERAT.**) Demirari satis non possum, quo pacto error in omnia antiquiora exemplaria & edita & inedita irreperitur, fieri enim non potest, ut numerus iste exercitus Dariani, vel ipso Curtio teste, sit iustus. Ducenta quadraginta quinque millia hic censa sunt. In Cilicia trecenta vndecim millia ducenti numerati. Ad Arbelam seu Gaugamelam dimidio ferè minor exercitus erat, ut Curtius cap. 22. supra recensuerat, & cap. 23. maiores copias prioribus suis ostendit. Itaque editio Colonensis Allobrogum, equitum numerat c x l v. millia, peditum, sexcenta millia, nullo tamen alio codice Curtiano suffragante. Iustinus narrat Darium Alexandro postremū occurrisse cum centum millibus equitum, quadragecentis millibus peditum. Diodorus Siculus cum ducentis millibus equitum, octingentis millibus peditum. Arrianus equitum\* quadraginta, peditum \* decies centena millia sub signis habuisse Darium affirmat. Plutarchus vniuersim indistincte decies centena millia ponit. Cum ergo Diodorus, Plutarchus & Arrianus in decies centenis consentiant, non absque ratione apud Curtium numerum emendes, & tres nobilissimos scriptores sequaris.

De Arrianii censi est quod obserues. Arrianus in Græco exemplari totis vocibus non notis numerum expressit exercitus Dariani his verbis: ἐλέγετο δὲ οὐ πάσα σπάλα τε Δαρέως μὲν εἰς τε Σαχαριανής, πεζοὺς δὲ τε ἐγερόντων μερίας. Hæc Arrianii verba ita interpretatur Bonaventura Vulcanius: Vniuersus porro Darij exercitus ferebatur esse equitum quadringentorum millium, peditum decies centena millia.

millia. Et quā pedibus, verè Vulcanius: in equitibus vehementer aberrauit à numero Arriani. Nam τε Σαξισμοίς, non valet quod quadringenta millia, sed quadragies mille, seu quadráginta millia, vt recte verit ante Vulcanium Bartholomaeus Facius. Nam si quadringenta millia equitum posuisset Arrianus τεσσαρακοντάκιοι μορίαις, hoc est, quadragies decem millia, vel τε Σαχοσιάκιοι κιλίαι quadrages mille, scripsisset. Illud porrò exerte falsum, quod Modius ex Arriano numerat duodecies centena millia peditum. Ex verbis enim Arriani quadraginta duntaxat millia equitum, decies centena millia peditum colliges. Verēne an falso, penes Arrianum esto, quando scriptores inter se variant. Arrianus verò sua hausit ex libello Aristobuli, quem de acie ab Dario instructa vulgauit, hunc Arrianus descripsit, quem videbis.

DECEM STADIA PROCEDUNT.) Triginta duo stadia efficiunt milliare Germanicum: stadium continet passus centam viginti quinque. decem complectuntur passus mille 250. sed de stadijs dictum plenius suprà lib. 3.

## CAPUT XXXVIII.

## ARGUMENTVM.

Panicus timor militem Alexandri ex vana specie celi inuadit, quem sua prudentia rex excusit.



*L*exandri exercitum pauor, cuius causa non suberat, inuasit: quippè lymphae trepidare cœperunt, omnium pectora occulto metu percurrente. Cœli fulgor tempore astri ardenti similis internitens, ignis prabuit speciem, flamasq; ex Darij castris splendere, velut latis tenderent praesidjs credebant. Quod si perculsis Mazæus qui præsidebat itineri, superuenisset, ingens clades accipi potuit. nunc, dum ille segnis in eo, quem occupauerat, tumulto sedet, contentus non lacebit, Alexander cognito pauore exercitus, signum ut consisterent, dari, ante ipsos arma deponere ac leuare corpora iubet, admonens, nullam subiti causam esse terroris, hostem procul stare. Tandem compotes sui, pariter arma & animos recepero: nec quicquam ex presentibus turius visum est, quam in eodem loco castra munire.

ALEXAND. EXERC. PAVOR IN VASIT.) Paulò aliter Polyænus hanc historiā quarto Stratage- N. 26. p. 123. matū enarrat. Αλέξανδρος ἐπί, &c. Alexander ad flumen Tigrim præuertere Darium festinabat: panicū ab extrema acie peruasit vniuersum exercitum. Rex mandauit tubicini, vt securitatis signum promulgaret, & ante signis militibus, vt ante pedes arma proiecserent, atque idem sequentibus se dicerent. Sic omnes ex ordine hoc facientes, cauſam terroris cognoverunt. Cum Panicum cessasset, milites sublati armis processerunt.

Ex quo loco discis pauorem illum subitum Græcis πανικόν appellarci, cuius cauſam idem Polyænus aperit lib. I. Strat. Διονύσῳ, inquit, σρατηγὸς ἦν δὲ πᾶν. οὐτοῦ πρῶτον τάξιν ἔιρεν, ὡνόμασε φάλαγγα, κέρας ἐπαξεδεῖον καὶ λαυρόν. ταῦτη τοι ἄφα κερασφόρον τὸν πάνα δημιούργον. ἀλλὰ δὴ καὶ πρῶτον οὐτοῦ πολεμίοις φόβον ἐνέθελε σοφίᾳ καὶ τέχνῃ. ἦν γὰρ Διονύσος σὺν κοιλη νάπῃ ἡγειλαν οἱ σκοποι μορίαι κεῖρα πολεμίων ἐπέκεινα σρατοπεδεῖν, θέσειν δὲ Διόνυσον οὐ μηδέ δε Πᾶν. ἀλλὰ τούμανε νάκτωρ διονυσιακῆ σρατιᾶ ἀλαζέζει μέγισον. οἱ μὲν ἀλαζανοὶ ἀντηχήσαν δὲ αἱ πέδαι, καὶ τὸ κοῖλον τὸν νάπην ἥχον πολλῷ μείζον Θεός δυνάμεως τοις πολεμίοις σφετοίστεν. οἱ μὲν δὲ φόβοι πληγέντες ἐρευγον τοῦ δὲ Πανὸς σρατάγματα ἐμπάντες, τὴν ἤχων πανὶ φίλημα ἔδομεν, καὶ τοὺς κενοὺς καὶ νεκτεριοὺς τῷ σρατευμάτων φόβοις Πανὶ κληζομεν. Bacchi dux fuit Pan. Is primū inuenit aciem, phalangem nominavit, cornu instituit dextrum & sinistrum. Hac de causa ferentem cornua Pana fingunt. Sed primus etiam hic cædem hostibus per solleritam & artem immisit. Cum Baccho in concavio saltu nunciassent speculatori infinitas hostium copias in ulteriori parte castrametari, metus Bacchum incepsit, non item vero Pana: sed noctu Bacchico exercitu signum dedit, vt maximum & inconditum clamorem tolleret. His verò clamantibus petra sonum exceptum referebant, & cavitas saltus longè maiorum copiarum fremitum hostibus reddebat. Quare metu perterriti, se in fugam coniecerunt. Cum igitur Pan hoc stratagema usurparit, Echo Panigratam & amicam esse fingimus: atque vanos nocturnosq; terrores exercituum panicos appellamus.

Sed quid est, quod Curtius dicat nullam terrori cauſam subsuisse, cùm ipſem mox huius me-

tus rationem subiiciat, cœli fulgorem è castris Darij latè effulisse. Enim uero recte Curtius negauit causam pauoris extitile, iustum nempè & veram, quæ meritò percellere mentes hominum potuerit & debuerit, quemadmodum lèpè prodigia aut pugnas in aere apparere solent: cuius rei multa passim leguntur in historijs testimonia, sed hic tantum ludibrium oculorum fuisse, cùm sapienti ex anni tempore, per æstatem id vluuenire frequenter solere, facile constet. Obseruandum hic quod Vegetius monet lib. 3. cap. 12. *Animis, inquit, penè omnium hominum hoc naturaliter euenit, vt trepident, cùm ad conflictum venerint.*

cap. 30. Peruenit tamen huius Macedonum territoriorum formidinis rumor ad castra Darij, qui infrà: *Et profecto, si quā diuina opis auguria humana mente confici possent, deos stare secum; illos nuper Macedonum animis subitam incusisse formidinem: adhuc lymphatos ferri agiq. arma iacentes. Expetere præfides Persarum imperij debitam à recordibus pœnas.*

**VELUT LATIS TENDERENT PRAESIDIIS.**) Varia hic variorum codicum est scriptura, quæ librariorum vitio irrepedit. MS. Constantiensis habet: *Velut in latis temerè præsidij. aliæ membranæ: Velut illatis temerè præsidij: vb. Modiis illatas putat rescribendum. Editus. Velut illatas temerè præsidij. alijs: velut lati tenderent præsidij, quæ lectio Modio arrisit, itaque edidit, nec displicuit Acidalius, qui primum argutatus iudicauit legendum, Velitatis temerè radij; sed non immerito hanc ipse argutationem mox reprehendit, & locum aliter emendauit, vt legeret, velut laxius tenderent præsidia. Germana lectio videatur: Veluti lati tenderent præsidij.*

**NUNC DVM ILLE SEGNIS.**) Omnes ante Mod. j editionem codices impressi illas duas voces. Nunc dum desiderant, locumque ita interpunctum referunt. *Ille segnis in eo quem occupauerat tumulto, sed it, contentus non lacesti. Alexander, & quæ lequuntur. inficerè inquit Modius, atque adeò inepte: Constat tamen verbis sensus & sententia. Sed ego chartas Constantiensis, & quas alij laudant, sequor: Nunc, dum ille segnis, &c. vt in nostra editione distincta legis.*

**ANTE IPSOS ARMA DEPONERE.**) Vox ante ex chartis aslumpata est, in editis deest. Acidalius pro ante legendum putat inde, sed ret. ne scripturam ex scripto, & Polyæno suffragante, qui hanc historiam vol. 4. Strat. attingit & scribit, *τὰ ὅμα πρὸ τῶν ποδῶν, ante pedes arma ponere.* Cæterum, contrario consilio Theodorus Rhodiorum dux vtendum suavit, manendū tali tempore in armis, hærendum in tabernaculis. Exempla porrò copiarum panico terrore subito sine causa percussarum vera non multa proferuntur. Nam quæ literis scrisproduntur, diuini us perpetrata sunt, vt est in Paral. 20. in Iolaphato de Ammonitis, Moabitis, & alijs populis, qui magnis exercitiis regem Iudeæ oppugnatum venerant, quos cœlestis numen ita terruit, vt de statu mentis deiecti, in sua conuerterent vilcera terrum. Nec Panicus timor fuit, cùm Rex Syriae Benadadus Samariam obliterat, territusque est cœlesti curruum, equorum, & exercitus fremitu, clamore, & fragore, quem Deus in castra Syrorum misserat. Nec, cùm Romani ex præsidij fugerunt, cùm Hannibal cornibus boum fasces fronti alligauit, & accensos per noctem aduersus Romanos egit. Causa enim tuberat, saltem in speciem vera, quam præsidiarij per tenebras iudicare non poterant. Ille vero planè vanus & Panicus terror fuit, qui Germanos inuasit, cum anno C. 15. CCCC. xx. Sigismundi Imperatoris ductu ante annos omnino ducentos, aduersus Ziscam ducem infamem, luscum, imò cœcum ierunt. Imperator enim, Sigismundus, inquam, totius imperij viribus stipatus, fusus tamen & fugatus est, & quam turpiter audi. Ducenta millia militum Bohemiam ingredi, totidem ferro ablumpiti sunt. Nam ita Henrici Ducis Bauariae, qui magna pars illius belli, seu fugæ fuit, epistola ad Albertum Preisningum Vicarium narrat. *Bohemiam, inquit Henricus, intra uimus quinques, copys, impedimentis, tormentis, carris, machinis armis, annonæ, commeatu, supellecili, instrumentis bellicis, calonibus amissis, plenisque occisis, multis in fuga obtritus, ne cum viso hoste, turpiter terga, nescio quo fatu iniquo, vertimus.* En, nec dum viso hoste, nec in acie stante, nec preliante, metu exanimati, nulla cognita causa profugerunt. Atque hoc deum verè est Panicum, & Panicus terror.

Scriptit Angelus Politianus vir elegantiissimi ingenij & exquisitæ doctrinæ lib. 1. Obser. & emend. cap. xxxviii. de Panicis terroribus, à quo tamen nobilem Polyeni locum præteritum demitor. Politianum ipse videbis.

## C A P V T   X X I X.

### A R G V M E N T V M.

Mazæus cum Persis collem deserit, quem Macedo occupat, ibidemque castra ponit, vnde & aciem hostium

hostium prospicit, fluctuat idem animo; de pugnæ ratione deliberat, vnuſ contra omnes aperto campo, claro sole, non noctu more latronum in tenebris pugnandum statuit.

**D**istro die Mazaeus, qui cum dilectis equitum in edito colle, ex quo Macedonum prospiciebantur caſtra, conſiderat, ſive metu, ſive quia ſpeculari modo iuſſus erat, ad Darium rediſt. Macedones eum ipſum collem, quem deſeruerat, occupauerunt. nam & tutior planicie erat, & inde acies hostium, qua in campo explicabatur, confici poterat. Sed caligo, quam circa humidi effuderant montes, vniuersam quidem rei faciem non abſtulit, certum agminum discriminataque ordinem prohibuit perſpici. Multitudo inundauerat campos, fremitusq; tot milium etiam procul ſtantum aures impleuerat. Fluctuare animo rex, & modò ſuū, modò Parmenionis conſiliū ſera existimatione perpendere: quippe eo ventū erat, unde recipi exercitus mihi victor, aut ſine clade non poſſet. Itaq; diſsimulato pauore, mercenarium equitem ex Peonia præcedere iubet. Ipſe phalangem (ſicut ante a dictum eſt) in duo cornua extenderat. Vtrumque cornu equites tegebant. Iamque nitidior lux, diſcuffa caligine, aciem hostium oſtenderat. Et Macedones ſive alacritate, ſive tadio expectationis ingentem pugnantium more edidere clamorem. Redditus & à Persis, nemora vallesque circumiectas terribili ſono impleuerat. Nec iam contineri Macedones poterant, quin curſu quoque ad hostem contenderent. Melius a thuc ratus Alexander in eodem tumulo caſtra munire vallum iaci iuſſit: strenueq; opere perfecto, in tabernaculum, ex quo tota acies hostium conficiebatur, ſecet. Tum verò vniuersa futuri discriminis facies in oculis erat. armis insignibus equi virique ſplendebant, & omnia interiore cura praeparati: ſollicitudo Pratorum agmina ſua inter equitantium oſtendebatur, ac pleraque inania ſicut fremitus hominum, equorum hinnitus, armorum internitentium fulgor, ſolicitam expectatione mentem turbauerant. Igitur ſive dubius animi, ſive vi ſuos expereretur, consilium adhibet, quid optimum factu eſſet exquirens. Parmenio peritiſſimus inter duces arzium belli, furto non prelio opus eſſe censebat: intempeſta nocte opprimi poſſe hostes, discordes moribus & linguis: ad hac & ſomno & improuifo periculo territos, quando in nocturna trepidatione coituros? At interdui primū terribiles occurſuras facies Scytharum, Bactrianorumque: hirta illis ora, & intonſas comas eſſe. Præterea extimiam valorum magnitudinem corporum: vanis & inanibus militem magis quam iuſtis formidinis cauſis moueri: deinde tantam multitudinem circumfundи paucioribus poſſe. Non in Cittia angustijs, & inuicis callibus, ſed in aperta & lata planicie dimicandum fore. Omnes ferme Parmenioni affeniebantur. Polypercon haud dubie in eo conſilio positam victoriā arbitrabatur: quem intuens rex (namque Parmenionem nuper acrius quam vellet increpitum rursus caſtigare non ſuſtinebat) Latrunculorum, inquit, & furum iſta ſolertia eſt, quam prexit mihi: quippe illorum votum unicum eſt fallere. Mea verò gloria ſemper aut abſentiam Darī, aut angustias locorum, aut furtum noctis obſtare non patiar. palam luce aggredi certum eſt. Malo me fortuna pœnitent, quam victoria pudeat. Ad hac illud quoque accidit. Vigilias agere Barbaros, & in armis ſtare, ut ne decipi quidem poſſint. Itaque ad prium vos parate. Sic incitatos ad corpora curanda dimiſit.

**CVM DILECTIS.)** Priscè hoc, pro delectis, deligo, & diligo, ſive eligo idem, pleraque omnia exemplaria communem retinent scripturam, delectis.

**SPECVLARI MODO.)** Modò in hoc significatu paulò rariū & inuſitatiū eſt, cūm pro tantum duntaxat, tantummodo, ſolū ponitur. vt ſi dicabis modò hoc faci, ter modò cucurri, id eſt, bis tantum hoc feci, ter tantummodò cucurri.

**TUTIOR PLANITIE ERAT.)** Quia minus arduus, & in ſupremo loco planus erat.

**CALIGO.)** Cauſam caliginis Physicam adſert, montes circumiectos, qui nunquam ferē ſine nubibus

1. Meteor.

bibus, ex quibus nebulæ, ex quibus caligo existit. Est enim caligo, nubis sterilioris partus, vt id docet Philosophus.

A V R E S.) Quia caligo liquidum oculorum prospectum ademerat.

F L V C T V A R I A N I M O R E X.) Omnia exemplaria ante Modij emendationem edita, & nobis cognita, hanc scripturam ostendunt, nō fluctuare, vt Modius, non fluctuabatur, vt idem: sed fluctuari animo rex. Manu quoque exaratus, fluctuari, habet. ita veterem inscriptionem retineo, neque melius Modius scripsit fluctuare. Sunt enim nonnulla verba Fabio teste, quæ utroque modo efferuntur: *Quod mirum minus est, inquit Quintilianus, quod in natura verborum est, & quæ facimus patienti modo sèpè dicere, vt arbitror, suspicor, & contrà, faciendi, quæ patimur, vt vapulo, ideoq; frequens permutatio est, & plerique utroque modo efferuntur, luxuriatur, luxuriat, fluctuatur, fluctuat, assentior, assentio.*

lib. 9. c. 3.

cap. 26.

M O D O S V V M, M O D O P A R M E N I O N I S C O N S I L I V M.) Suum bellum, paci; Parmenionis pacem & pecuniam bello præferendam. Et ego, inquit lupa Alexander, pecuniam quam gloriam mallem, si Parmenio essem.

S E R A E X I S T I M A T I O N E.) rectè Modius existimatione, hoc est, consideratione, iudicio: eleganter enim verbum etiam existimo, pro iudico & sentio, vt ex Cicerone discis, ponitur. Plerique tamen omnes codices estimatione habent. nec huius significatus est alienus à mente Curtij, dummodo non accipiatur pro litis estimatione.

A V T S I N E C L A D E.) Aut abest in MS. nec sanè desideratur. Mens Curtij cōstat. Eo erant progressi Macedones, vt redire sine clade, nisi victores, non possent. A tergo quippe Tigris, à fronte Darius erat. infrā cap. 33. peruenisse eos, vnde fugere non possent, tot terrarum spacia emensis, tot annibus montibusq; post tergum abiectis.

M O V E B A T E T I A M M U L T I T U D O H O S T I V M.) Ab hoc loco usque ad illa: *Itaque dissumulato in MS. desunt, & à Modio quoque præterita. In antiquioribus impressis omnibus leguntur: sed inducenda sunt, cum non sint Curtiana, sed ex Iustino, vt alia quædam inserta. Nam is, ubi de Isica Alexandri apud Cilices pugna narrat, hæc subiicit: Mouebat hac multitudo hostium respectu paucitatib; sua Alexandrum. Sed interdum reputabat quantas res cum ista paucitate gesisset, quantosq; populos fudisset. Itaque cum spes metum vinceret, periculusq; differre ratus, ne desperatio suis cresceret. Hæc ad verbum ex Iustino petita sunt, nisi quis imperitior velit, Iustinum hæc ipsa ex Curtio mutuatum. Sed cum in MSS. desint nulla, relinquunt dubitatio esse spuria & adulterina, atque à Curtio proscribenda.*

I T A Q U E D I S S I M U L A T O P A V O R E.) Eo, propauore habent impressi, sed idem sentus. pauorem intelligit, quem hauserat Alexander ex aspectu copiarum Darianarum, quarum innumerus apparebat numerus.

M E R C E N A R I V M E Q V I T E M E X P A E C E D E R E.) pro Pœonia alijs codices habent Pœonas, alijs virtiosè Pœnas, Duce Menida, qui peregrino & cōducto militi præfectus erat. Cætrum, quæras quæsit illa Pœoniæ regio, & quib; orbis in oris? Angelus Politianus in Herodiani metaphrasi Pannonias interpretatur. Herodianus ita loquitur: Περαίων δύτα Μάρκον, ό μόνον ύφ' ὑλικίας, ἀλλα καμάταις τε χρονιστές Συχωμένον, δια βίσσοντα τε οἱ Πάγοι, νόσος οὐχ απλαμένει. Quæ Angelus his verbis transfert: *Senem iam Marcum neque atate solūm, sed laboribus multis curiūq; confegit. Comitum, dum in Pannonijs ageret, gravis innudit morbus.*

Herodian.  
1.1. p. 6. v. 5.  
l. a. f. edit. In-

Sed Homerus, Herodotus lib. 5. Periegetes, Strabo, Plinius, Eustathius non procul à Macedonia Pœonas coluisse tradunt, & Plinius quidem inter populos Macedoniae eosdem recenset lib. 4. c. 10. Partem, inquit eius (Macedonia) Septentrionalem, Pœonia ac Pelagonia à Triballis protegunt. Pœonas iplos ad Axium flumen collocat, vt Homerus:

2. Illad.

*Αυτῷ πυραιχμησάγε πάγονας ἀγχόλοτός γε  
Τκλόθεν δέ Αμυδῶν ἀπὸ δέξια, ἐνρῦ πέοντο  
Αξίον, οὐ καλλισον δέωρ ἐπικιδονατος ἄη.  
Pyrechmes ducebat Pœonas curuis arcubus utentes,  
Procul ex Amydone, ab Axio latè fluente  
Axio, cuius pulcherrima aqua diffunditur super terram.*

Strabo li. 7.  
excerptis,

*Ἐπικείτε δέ Αξίοποτα μωχαρίον ὅπερ ὅμηρος Αμυδῶνα καλεῖ, χρονιν τοὺς Πάγονας εἰς Τρόιαν ἐπικέργεται ελθεῖν. Adiacet autem Axio flumini locus, quem Homerus Amydona vocat, indeque Pœonas auxiliatum venif- se Troianis.*

Herodotus multò liquidius de Pœonibus scribit: Pœoniam ad flumen Strymonem sitam, qui Strymon non procul abest ab Hellesponto. Esse verò Pœonas coloniam Teucrorum, qui è Troia fuerunt. Subiicit deinde Pœonas per Megabyzum iuslu Darij Histaspis, translatos esse in Asiam Sardis, quod quomodo peractum sit, copiosè Herodotus exponit. Pœonas autem prorsus diuersos tradit Strabo à Pœonibus, et si posteriores Græci, Pœones pro Pannonijs accepisse videantur. Eustathius ad lupa laudatos Homeri versus copiohsimè de Pœonibus disputationat, nec tacet ad Perie-

EDT.

**EIDIDERE CLAMOREM**) *I*ptra lib. 3. c. 19. Lipsium consule de militia Romana c. 11. lib. 4.  
**VOCEM REFERVNT**) De Echone supra lib. 3. copiosè, & commentario ad Martialem.  
**EODEM TVMVLO**) à Mazæo deserto. vt supra. Aduerte simul regis prudentiam non ante pugnam c. entis, quæm exploraret omnia, quantum humanitùs aslequi poterat, quæ apud hostem gererantur. nunquam imperator belli pareat militi quantumvis prompto, sed miles imperatori.  
**SECESSIT**) *Succes*sit, plerique omnes libri impressi, MS. Constantiensis secessit, quod etiam Modio placuit.

**VNIVERSA FACIES DISCRIMINIS IN OCVLIS ERAT.**) Recurrat quod libro priore c. 15. Curtius dixerat, qui locus, hunc mirificè illustrat: Ceterum, vt solet, cum vltimi discriminis, & que sequuntur. nemo est melior interpres, quam quisque sui ipsius. Locus hic totus optimè distinctus & inter punctus, adeoque emendatus est ad Acidalio in hunc modum: Armis insignibus equi virique splendebat: & omnia intentiore cura præparari sollicitudo prætorum agmina sua interequitantium ostendebat. ac pleraque inania, sicut fremitus.

**PLERAQUE INANIA.**) quomodo inania? tot millium fremitus armatorum, equorum hinnitus, fulgor armorum? Per se spectata, sunt inania, nec quicquam enim documenti creant: Sed vt sunt proximè imminentis prælij signa, non immerito fremitus ex multitudo hostium coniicitur, & equorum hinnitus, qui ingentes equitum copias prodit, & armorum fulgor, qui exercitum totum ad pugnam paratum & instructum ostendit, mentem cum ducis, tum militis percellunt, cum incerta sit alea Martis.

**CONSILIVM ADHIBET**) Quis enim unus omnia prouideat, & in more reprehensione dignus est imperator si bello offendat, quando offensa pertinet ad plures.

**PARMENIO PERITISSIMVS INTER DVCE S ARTIVM BELLIV**) De hoc summo post A. Lib. 3. c. 12. lex. belli duce supra memoratum est, & infra de infelici cæde narrabitur. Multa tulit fecitq; puer sudauit & alxit, & qui non uno dignus regno erat, pro regni tandem ferrum accepit, hac munera regum.

**IN TEMPESTA NOCTE** (*Contra suadet Senarius Comici:*

*Furiosa valde res in tenebris impetus.*

Multa tamen argumenta, & in speciem firma adfert Parmenio, petita primum ex ratione temporis & nocturnis tenebris, cui poterat suffragari, quod Græci olim Troiam, quam toto decennio non poterant capere, vna nocte beneficio tenebrarum occuparint.

*Inuadunt urbem somno vinoq; sepultam.*

Deinde à gentium variarum moribus & linguis inter se diuersis, à terrore subito, qui incompositos hostes ex animi perturbatione non sinit arma sumere, in ordines coire, ad signa concurrere. Rursus à contrario, si dies expectetur, futurum, vt Græci barbarorum vultu, cultu, corporum mole, truci aspectu tanquam monstros quibusdam in usitatis percellantur & exanimentur. A copiarum denique innumerabili prope numero, quo circumueniri Macedones in campis patentibus possint. Hac ratione omnes fere duces in suam sententiam traxit præter Alexandrum. Ceterum, de Scytharum moribus & cultu plurima Herodotus a in Melpomene, Iustinus, b Plinius, Mela, Salinus Geographus, Periegetes & sexcenti aliij. Nos infra suo loco plura.

**VASTORVM MAGNITUDINEM CORPORVM**) Iustinus, vires corporum immensæ.

**POLYPERCON**) Inter primos post Parmenionem duces & amicos Alexandri, de quo multa sæpè infra; hostis erat adulatorum, quorum causa in odium Alexandri & yitæ periculum incidit, receptus demum in gratiam, vt suo loco cognosces.

**NUPER ACRIVS INCREPITVM**) Illis verbis supra collocatis: *Et ego, inquit, pecuniam, quam cap. 26. gloriari mallem, si Parmenio essem.*

**LATRUNCULORVM**) An ex hoc loco descriptus est iambus?

*Latrocino clam vincas, prælio palam.*

**VOTVM EST FALLERE**) Et ex hoc loco, qui sequitur:

*Latrunculorum ac furum votum, fallere est.*

Apud Maronem Turnus Latinorum dux contra Aeneam & Troianos contempsit Græcis hæc subiicit.

----tenebras & inertia furtæ

Palladii, casis summa custodibus arcis,

Ne timeant, nec equi cæca condemur in alio,

Luce palam certum est igni circumdare muros.

Potuit ad hunc Virgilij locum respexisse Curtius.

---Sed dolus, an virtus quis in hoste requirit?

inquit Chorœbus in nocturno prælio apud Virgilium.

*Multi victoriam quacunque gloria malunt,*

Et occurunt p̄fissim apud nobiles rerum scriptores nocturna prælia: Apud Florum a Plutarchum lib. 3. c. 5. in Pompeio, b Orotum, Appianum, Dionem, Eutropium c singulare est propter umbram lunæ cl. 6. que

quæ Romanis contra Mithridatem peperit victoriam, tam leue sæpè momentum ingentem bellum fortunam versat.

Adde si placet, etiam Vespasianarum duce Antonio Primo & Vitellianarum copiarum prælium nocturnum, atrox, graue, & perniciosum Vitellianis, quas Antonius Luna quoque beneficio deuicit.

Apud Arrianum laus extat Alexandri, quod noluerit inire prælium, & rationes multæ adseruntur, quamobrem nocte non sit dimicandum, quæ lector ipse libro 3. apud eundem, si federit animo, reperiet.

Plutarchus inuocatos vltro, scribit, ad Alexandrum accessisse, vt illi pugnam nocturnam suadarent, illumque respondisse ὅτι οὐ κλέπτω νίκην, non furto paro victoriam, quod dictum alij temerarium, alij sapiens interpretabantur. Causas vtrorumque apud Plutarchum in Alexandro disces.

VICILIAS AGERE BARBAROS) Hoc vno verbo, Parmenionis consilium euertit Alexander, quod barbarus vigilaret: affirmat idem Arrianus totam noctem exercitum Darij in armis peruigilem stetisse, vti locus nocturnis insidijs nullus esset, eamque rem fatigato per insolenniam milite vehementer Dario obfuisse.

## C A P V T   X X X.

## A R G U M E N T U M.

Vtriusque regis supremæ noctis quæ pugnam præcessit, sollicitudo explicatur.

**D**arius id quod Parmenio suaserat hostem facturum esse coniectans, frenatos equos stare, magnamque exercitus partem in armis esse, ac vigiliae intētore cura seruari usserat. Ergo ignibus tota eius castra fulgebant. Ipse cum ducibus propinquisque agmina in armis statu cœlubat. Solem Mithren, sacrumque & aeternum inuocans ignem, ut illis dignam vetere gloria mitorumque monumentis fortitudinem inspirarent. Et profecto si qua diuinæ opis auguria humana mente conspici possent, deos stare secum: illos nuper Macedonum animis subitam incusisse formidinem: adhuc lymphatos ferri agique, armati acientes. Expetere præses Persarum imperij debit as à recordibus pœnas; nec ipsum ducem saniores esse: quippe ritu ferarum prædam modò quam expereret, intuentem, in perniciem qua ante prædam posita esset, incurrire. Similis apud Macedones quoque sollicitudo erat, noctemque velut in eam certamine edito metu egerunt. Alexander non alias magis territus, ad vota & preces Aristandrum vocari iubet. Ille in candida ueste vertenas manu preferens, capite velato, præbat preces regis, Iouem Mineruamque & Victoriam propitianti. Tunc quidem sacrificiorum è perpetuo, reliquum noctis acquieturus in tabernaculum reddit. Sed nec somnum capere, nec quietem pati poterat. modò è iugo montis aciem in dexterum Persarum cornu dimittere agitabat, modò recta fronte cōcurrere hosti, interdum hestare an potius in lævum detorqueret agmen. tandem grauatum animi anxietate corpus altior somnus oppresſit.

VIGILIAS INTENTIORE CVRA) ut supra, & omnia intentiore cura preparari.

IGNIBVS TOTA EIUS CASTRA FVLGEBANT) lib. 3. Ignes deinde totis campis collucere ceperunt.

SOLEM MITREN) De Sole, Deo Persarum, multa superiore libro ad cap. 7. dicta. Mithren & Mithren vocabant. Claudianus:

Et vagat testatur volucentem sidera Mithren  
Statius:

Indignata sequi torquentem cornua Mithren.

Sol, inquit interpres, apud Achæmenios Titan, apud Aſyrios Osiris, apud Persas (vbi in antro colitur) Mithra vocatur.

Plura super hoc & templis Mithrae Pyræis, in Aula sancta nostra, vbi de sacro quoque igne, quæ voles, cognoscet. Interim oblerua Martem hic mendosè in editis passim, perscriptum ac perscribendum. De Mithra, non Marte sermo est.

**AUGVRIA MENTE CONSPICI**) melius, ut MS. habet, *concipi*.  
**ADHVC LYMPHATOS**) Mirum, quomodo panicum hoc Macedonum tam citè ad Darium fuit perlatum. Sed nimirum exploratores castra omnia pererrant, itemque transfugæ & proditores.

**ARMA IACIENTES**) ad imperium Alexandri, qui ante pedes quemque suos, sua arma deponi iusserat.

**EXPETERE PRAESIDES PERSARVM**) Deos patrios exigere pñas ab Macedonibus in furem & rabiem actis. Sed quām vera fuerit hæc Darij oratio, euentus docuit.

**NEC SANIOREM DVCEM**) ipsum etiam Alexandrum spe prædæ illectum tamquam feram, obiecta elca in prælens, ante captam prædam, ruere in exitum.

**EXPETERET INTVENTEM**) Acidalius propositionem abiicit, & peteret contra omnium codicim fidem censem: nec male sentit, quod compositum idem paullò antè præcesserit. Sed nihil muto, cum & hoc ferri possit.

**SIMILIS APVD MACEDONES QVOQVE SOLICITVDO**) In milite & duce. Nemo tam firmitus, quem expectatio imminentis quasi mortis primùm non percellat & propè exanimet. Nam sicut teste Comico, *Mors inopinata mortium mors optima*. Ita, *Mors expectata mortuum mors pessima*. vèrè Mimus, *Mortem timere crudelius est, quam mori*. Vir fortis tamen mox colligit animum, *pulchramque petit, per vulnera mortem. aut cogitat illud:*

*Mortem effugit miles, qui mortem non fugit.*

Et:

*Mortem oppetere ante regem pulcherrimum est.*

**NON ALIAS MAGIS**) usitata Curtio frequenter loquendi formula. Qui alias pro alioquin usurpant *Capit. 85.*

**AD VOTA ET PRECES**) vbi humana consilia deficiunt, natura nos ipsa ad diuina ablegat.

**ARISTANDRVM**) multa huius vatis aruspis & coniectoris acutissimè mentio apud Curtium, Plutarchum, Diodorum, Arrianum. Multa enim prodigia, solertia ingenij assecutus, sàpè vera pronunciauit, Deo etiam verum suggestente, vbi non de religione, vel dæmonum cultu agebatur, quod exoraculis etiam Sibyllinis ostenditur: Sibyllæ enim gentium vates fuere.

**ILLE IN CANDIDA VESTE VERBENAS MANV PRAEFERENS, CAPITE VELATO PRAEBAT PRECES REGI.**) Ita manu exaratus docet legendum. non, vt vulgares habent, *praebat preces regis*, quod vel è tolennibus precum formulis Romanorum constat, quas apud Brisionum & legis, & Curtius b ad res Græcanicas, vt alibi quoque, transtulit. *Quorum alia ductu meo, inquit Alexander, alia imperio auspicioq; perdonui.* a li. 1. p. 61. b li. 6.

**CANDIDA VESTE**) solenni more & ritu apud Romanos lacra in candida veste peragi, & speclari.

*Vestibus intactis Tarpeias itur ad arces,  
Et populus festo concolor ipse suo est.*

Quid. Fast.

Etiā spectaculis intererant candidati; Martial. lib. 4. epig. 2.

*Spectabat modò solus inter omnes  
Nigris munus Horatius lacernis,  
Cum plebs, & minor ordo, maximusque  
Sancto cum duce candidus federeret.  
Toto nix cecidit repente calo:  
Albis spectat Horatius lacernis.*

Apud Græcos quoque plurimus vsus albæ vestis. In Panathénæis nefas tintæ veste spectare.

**VERBENAS MANV PRAEFERENS**) legmina seu sagmina & verbenæ ead. herba. Plinius. a *Siquidem auctores imperii Romani conditoresq; immensum quiddam & hinc sumdere, quoniam non aliunde sagmina in remedijs publicis fuere, & in sacris, legationibusq; verbenæ. Certe vtroque nomine idem significatur,* Eisenso *hoc est, gramen ex arce cum sua terra euulsum: ac semper & legaticum ad hostes, clarigatumque mitte-* Erant *rentur, idest, res raptas clare repetitum, unus vtiique verbenarius vocabatur. Ad quem locum b Dalecam- des formæ* Dioscori- *pius: Liuio, Neuio, Seruio, Turnebo verbenæ, non herba priuatum genus dicuntur, sed rami, virgæ, frondes, o- represe-  
nnium sacrarum arborum, vt lauri, oliua, myrti: quin etiam herbas ex puro loco decerptas, quibus festis b Cömen.  
diebus ar. ecoronantur.* Terent. in And. a 1. 22. c. 2. b in Plin. l. 22. c. 2.

*Ex aræ hinc sume verbenas tibi.*

Myrtum apud Menandrum fuisse, ex quo illa comicus transtulit, constat, Virg.

*Verbenasque adole pingues, & mascula thura.*

*Verbenas, quasi herbenas dictas volunt, illasque facile accendi, & flammam concipere ob pinguitudinem. Apud Tranquillum in Vespasiano, in Serapidis templo verbenæ, corona, & panificia fuerunt. Guileland.*

*Græcis iespotatq; idest, sacra dicitur. verbenaca. Eisenbraus.*

CA.

CAPITE VELATO) filo cincto, yt Filamines & flamines Latini, non velo obducto de quibus passim Latini, nec res ignota.

Apud Gracos, sacerdotes Minerua vmbellam albam gestabant. Meursius in Graecia feriata.

PRAEIBAT PRECES REGI) quas, inquies, preces nullas Graeci, nullas Latini scriptores Alexandri formulas edidere. fingere non placet. Ceterum apud Latinos alijs in rebus exempla apud Brislonium ex Luiio & alijs petita extant, sed huc non faciunt.

IOVEM, MINERVAM ET VICTORIAM PROPITIANTIS) Ita lego cum Acidalio, non propitiantis. Iouem, Acidalius tollit, quod hunc alibi infra Curtius omisit. Sed manuscripti habent Iouem, vt summum Deorum, Mineruam repertricem belli, Victoriam, cuius causa bellum fit, nemo enim bellum facit vt vincatur, sed vt vincat, proximus ergo belli finis, Victoria; Victoria varijs fines.

SED NEC SOMNVM CAPERE) solicitae & anxiæ mentis naturam exprimit Curtius, cum animus in omnem se partem versat, nec latissima consilia explicat, quid potissimum agat, aut quid non agat, aut quomodo rem aggrediatur. Ita altum alijs dormientibus dux belli sapientem insomnes dicit noctes, nec enim decet, ut canit Homerus, qui publicum officium gerit, aut in consilio est, totam ut noctem sterat.

Οὐ χρὴ παντόχιον ἐυδεῖν βγληφόρον ἀνδρα

ALTIOR SOMNV5) vt curæ nimis somnum excludunt, ita si diutius durent, conciliant, aut omnino ad insaniam redigunt.

## C A P V T   X X X - I .

### A R G V M E N T V M .

Alexander alto somno mersus, & à Parmenione excitatus, caussas tam securæ quietis reddit, signum dari ad pugnam iubet, duces ad sua munia obeunda dimittit.



Amque luce orta duces ad accipienda imperia conuenerant, insolito circa prætorium silentio attoniti: quippe alias accersere ipsos, & interdum morantes castigare assueverat. tunc ne ultimo quidem rerum discrimine extatutum esse mirabantur: & non somno quiescere, sed pauore marcere credebat, non tamen quisquam ex custodibus corporis intrare tabernaculum audiebat, & iam tempus instabat, nec miles iniussu ducis aut arma capere poterat, aut in ordines ire. Diu Parmenio cunctatus, cibum ut caperent ipsi, pronuntiat. Iamque exire necesse erat, tunc demum intrat tabernaculum, sapius q. nomine compellatum, cum voce non posset, tactu excitauit. Multa lux, inquit, est. Instruet amicem hostis admovit, tuus miles adhuc inermis expectat imperium. Vbi est vigor ille animi tui? nempe excitare vigiles soles. Adhac Alexander. Crede me prius somnum capere potuisse, quam exonerare amicum solicitudine, que quietem morabatur? signumq. pugna tuba dari iubat. Et cum in eadē admiratione Parmenio perseveraret, quod solutum se curis somnū cepisse dixisset. Minime, inquit, mirum est. Ego enim cum Darius terram ueret, vicos exscinderet, alimenta corrumperet, potens mei non eram. Nunc vero quid metuam, cum acie decernere pareat? Hercule, votum meum impleuit, sed huius quoque consilij ratio postea reddetur. Vos ite ad copias quibus quisq. præst: ego iam adero, & quid fieri velim, exponam. Raro admodum admonitus amicorum, cum metus discriminis erat, ut solebat. Tunc quoq. munimento corporis sumio, proceſſit ad milites.

DUCES AD ACCIPIENDA IMPERIA) duces, quos Romani legatos, tribunos, centuriones, saepius vocabant. Hodie, nisi vox esset ambigua ducis, rectius duces appellarentur: sed quia Dux Principem quoque valet, addendum: Duces belli, præfecti cohortium, turmarum: usurpamus tamenvoces tribunorum, legatorum, raro centurionū, quod officium centurionum cessarit: Curtius nunquam.

CIRCA PRAETORIVM) Latinorum more, alijs in locis saepius propriè tabernaculum appellavit, ut mox infra & alibi pluries.

**IN SOLITO**) tali tempore, hoste in acie stante; rege adhuc cunctante, causa ipse subiicit Curtius.

**PAVORE MARCESCERE**) quasi paucus regi mentem eripuisset. Paucor enim sapientiam omnem ex animo expectorat. paucoris quippe & consilii rara copula est.

**NON TAMEN QVISQVM EX CVSTODIBVS CORPORIS INTRARE TABERNACVLUM AVDEBAT**) Apud Assyrios quoque haec reuerentia erat, vbi non solum tabernaculum regis, aut ipsam regiam (eadem quippe ratio est utriusque,) sed nec summi copiarum ducis quisquam audebat ingredi. habes in historia sacra luculentum huius rei exemplum in Holoferne, de quo ita pagina sacra: Porro hi qui in tabernaculo erant (intellige vestibulū tabernaculi) venientes, & ante ingressum cubiculi perstrepentes (excitandigratia,) inquietudinem arte moliebantur, ut non ab excitantibus, sed a sonatibus Holofernes euigilaret. Nullus enim audebat cubiculum virtutis Assyriorum pulsando aut intrando aperire. Sed cum venissent eius duces ac tribuni, & vniuersi maiores exercitus regis Assyriorum, dixerunt cubiculariis: Intrate & excitate illum, quoniam egressi mures de cauernis suis, ausi sunt prouocare nos ad pratum. Tunc ingressus Vagao cubiculum eius, stetit ante cortinam, & plausum fecit manibus suis: Eundem Persis morem fuisse nulla est dubitatio, & locus Curtij supra ostendit, vbi Leonatus ab Alexandro ad captiuos in tabernaculum missus: Leonatus expectato diu, qui se introduceret, postquam nemo procedere audebat, relictis in vestibulo satellitibus, intrat in tabernaculum. Ea ipsares turbauerat faminas, quod irrupisse non admissus videbatur. & quae sequuntur. Ita apud Medos Deioces rex edicto lanxit, ne quis regiam intraret, nisi vocatus, neque se rex conspiciendum popularibus dabat, ne quis in regia spueret, vel quicquam faceret, quod publicè non deceret. Habes in Aduero clarissimum quoque huius rei testimonium, vbi Herodotus rogata à Mardonio ut regiam intraret, & deprecaretur regem pro salute gentis suæ, quam Alexander Macedo hostis ludorum delere decrebat, ita respondit Mardonius: Omnes servi regis, & cunctæ, quæ sub dictione eius sunt, norunt provinciæ, quod siue vir, siue mulier, non vocatus, interius atrium regis intrauerit, absq; villa cunctatione statim interficiatur: nisi fortè rex aurea virgam ad eum tetenderit pro signo clementiae, atq; ita posset viuere. Ego igitur quomodo ad regem intrare potero, quæ tristitia iam diebus non sum vocata ad eum? Quid porrò primum ingredienti acciderit Hesteri leges cap. 25. Ad quem locum multa doctissimus noster Serrarius. Id interim apud Diodorum Siculum idem cognoscet in Sardanapalo, & apud Herodotum in Smerdimago. Fiebat hoc cù propter maiestatem regiam, ut humanæ fortis fastigium superasse viderentur, & instar numinum colerentur, tum ut securius viuerent, quorum vita multorum inuidiæ, insidijs, ambitioni, indignationi & odijs obnoxia & obiecta est. De veneratione Iustinus: Apud Persas persona regis sub specie maiestatis occulitur. Plurima de eadem maiestate regum, & aditu in regiam, Brissonius de regno Persarū. lib. 1. lib. 1. p. 17. 18. 19. 20.

**TEMPUS INSTABAT**) cibum sumendi, arma capiendo, hosti occurrenti.

**IN ORDINESIRE**) haec omnia cognoscet \* apud eos, qui de remilitari accurate prescripserunt. Valtrinū.   
 **IPSE PRONVNCIAT**) ita Acidalius verè & germanè. Non ut Modius, ipsi pronunciat. Parmenio Lipsum, proximus imperio Alexandro, vices Alexandri ablentis agebat, ipse pronunciat, quid faciendū los esset militi: & suffragantur editi nonnulli antiquiores, & MS. Conſt.

**NEMPE VIGILES EXCITARE SOLES**) Alexander dormis, solatum petit cælum, hostis supercaput est, miles adhuc inermis ad signa nondum conuenit. Vbi diuina vis illa animi tui, quæ exanimatum etiam paucore exercitum in vitam reuocare soles. vbi vigor ille, cum ipso etiam vigiles excitati. Hic ironia est, nempe dormiendo vigiles, ut alias consueti, excitabis?

**ET CVM IN EAD. ADM. PARMEN. PERSEVERARET**) Responsio Alexandri, quod dixisset solutum se curis somnum cepisse, adhuc majori Parmenionem admiratione perculerat, cuius admirationis cum Alexander in Parmenione signa notaſset, adiecit, Quid est, inquit, quod mireris me dixisse solutum curis somnum cepisse: ratio securitatis & somni est, Cum Darius terras vreret, & quæ sequuntur. Oblerua cum Acidalio, illa verba (solutum curis somnum cepisse) per glossema irreplisse in contextum. Sed cum illa in omnibus exemplaribus apparerent, malui illa parenthesi claudere, quam omittere, cum incertum sit irreplisse, quamvis omnino id factum iudicem.

**CVM TERRAS VRERET**) Darius terras suas velut alienas vrebatur, vaſtabat, exinaniebat. Alexander velut suas defendebat, ierubat, & incendia restinguebat. Fecit id Darius, ut Alexander inopiae victus & pabuli, sequi non posset Darium.

**MEI POTENS NON ERA M**) quia Darius nullum fugiendi finem faciebat, quem èrè sequebar,

**QUI SVS QVISQUE PRAEEST**) praestis, mallet Acidalius, sed codicum omnium contentus mutare vetat, cum Acidaliana emendatio ad ligatam magis, quam solutam inclinet orationem.

**RARO ADMONVM**) sententia est: Raro Alexander, cum discriminem etiam ultimum impeneret prælii, induere arma solebat, nisi ab amicis moheretur, quorum admonitu tunc quoque munimentum corporis sumto processit ad milites. Acidalius hunc locum ita legendum censet: Tunc, quo raro admodum, admonitu amicorum, cum metus discriminis erat, ut solebat, munimento corporis sumto, processit ad milites. Sensus idem cum nostro, sed magna verborum trajectio contra omnium codicum fidem, necstaria tamen, ut sensus constet, quem confirmat locus fulmis supra in oppugnatione: Iamque ad regem prælantium clamor peruenierat, cum denunciati peri-

periculi haud sanè memor, loricam tamen, quam raro induebat, amicis orantibus, assunxit. Nec placet Acdalio vox admodum, propter sequentem admonitu, sed Curtius sepè sine cultu cultus est, & has minutias negligit. Alioqui oblicura existit oratio, quamuis etiam cum Acdalio ita leuiore traecta vobum scribas: Raro admodum, admonitu amicorum cum metus discriminis erat, ut solebat, quo tunc munimento corporis sumto processit ad milites. Prior Acdalij lectio, quamuis traecta, clarior & melior: vulnerata tam intricata, vt vix ferenda sit.

MVNIMENTO CORPORIS SVMPTO) quod illud munimentum corporis? πανοπλία, Galea ferrea, quæ fulgore candidum argentum referebat, Theophili opus, amiculum Siculum cinctum, supra id thorax lineus duplex ex Ilisha præda. Collare ex ferro compactum, quod gemmis erat distinctum; gladius mira tintura & levitate regis Cætorum donum, quo accinctus erat, asluetus ferè gladio vt in prælio. Balteum gestabat opere superbiore, quam pro reliqua ratione armaturæ, opificium veteris Hesiconis, Rhodiorum munus, quo illum honorauerat illa ciuitas, hoc in conflictibus vtebatur.

Iliad. f.

Tradit Eustathius ad Quintum Iliad. διεξ ὅπλων Αλεξανδρεών στέλας ἔλαμψε, ex armis Alexandri, ad mirandum quendam fulgorem eluxisse, κατὰ, inquit, χέπι τὸ μεγάλην Αλεξανδρεόν συνέπεσε κινδυνεύων γέροντος πετεῖν διατίναχατο τοῦ ὅπλου κατὰ τὴν ἵστοριαν. οἱ δὲ βάρβαροι στέλας τι χρόσος μαργαρῖτας σύμφωνος φέρονται. Quemadmodum, inquit, in Alexandro magno vsiuuenit, qui apud Indos pericitatus arma concusit, vt refert historia, cum Barbari fulgorem & quasi spectrum quoddam corpus ipsius procedere putarunt. Omnia Alexandri indumenta fuere posteritati in admiratione & veneratione. Pompeius M. cum de Mithridate triumpharet, Alexandri M. chlamyde induitus gemmato curru vehabatur. Chlamydem in Mithridatis lapelle telle reperta in aiunt. Ita quicquid ab Alexandre haberi potuit, in summo semper precio & cultu fuit.

Appianus  
de bello  
Alex. Mi-  
thrid.

## CAPVT XX XII.

## ARGUMENTV M.

Alexander sola vultus hilaritate militem excitat ad spem victoriae, copias in duo cornua dispergit, singulis duces præficit, alis equitum latera firmat, subsidia opportunè collocat, aciem versatilem facit, impedimenta in colle seponit, ipse dextro, Parmenio sinistro cornu præst.

**B**aud alias tam alacrem viderant regem: & vultu eius interrito, certam spem victorie augurabantur: at q̄ ille proruto vallo exire copias iubet, aciem q̄ disponit. In dextero cornu locatis sunt equites, quos agema appellabat. Praerat his Clytus, cui iunxit Philot a turmas, ceterosq; præfeci os equitū lateri eius applicuit. Ultima Meleagri ala stabat, quam Phalanx sequebatur. Post Phalangem Argyraspides erant. His Nicanor Parmenionis filius prærat, in subsidys cum manusua Cenos post eum Orestes, Lyncestesq;. Post illos Polypercon dux peregrini militis. huius agminis Amyntas princeps erat. Phaligrus Balacris eos regebat, in societatem nuper ascitos. Hec dexteri cognitus facies erat. In laeo Craterus Peloponensium equites habebat, Achaeorumq; & Locrensum & Maleon turmissibi adiuncti. hos Thessali equites cladebant, Philippo duce, peditum acies equitatut regebatur: frons laeui cornus hac erat. Sed ne circuiri posset à multitudine, ultimum agmen valida manu cinxerat. Cornua quoque subsidys firmauit, non recta fronte, sed à latere positis: ut si hostis circumuenire aciem tentasset, parata pugna forent. Hic Agriani erant, quibus Attalus prærat, adiuncti sagittarii Cretensisbus. Ultimos ordines auertit a fronte, ut totam aciem orbe reuniret. Illyri hi erant, adiuncto milite mercede conducto. Thracas quoque simul obiecerat leuiter armatos: adeo q; aciem versatilem posuit, ut qui ultimi stabant, ne circuiren- tur, verti tamen, & in frontem circumagi possent. Itaque non prima quam latera, non la-